62627/B

U6

Flora Britanica:

S I V E,

S Y N O P S I S

M E T H O D I C A

S T I R P I U M

B R I T A N I C A R U M.

S I S T E N S,

Arbores et Herbas, indigenas et in agris cultas in Claſſes et Ordines, Genera et Species redactas Secundum Syſtema Sexuale:
Additis nonnullis noviter detectis.
cum claſſium, ordinum, et generum characteriſticis, Specierum deſcriptionibus, et virium Epitome.
tabulis æneis illuſtrata.
Poſt tertiam Editionem Synopſeos Raianæ, opere Dillenii concinnatam, nunc primum ad celeberrimi Caroli Linnæi methodum diſpoſita.

Auctore JOHANNE HILL, *M.D.*
Societatis regiæ Burdigalenſis, &c. Soc.

LONDINI:

Impenſis JACOBI WAUGH, in vico dicto Lombard Street.

M.DCC.LX.

FLORA BRITANICA

INTRODUCTIO.

I.

Vegetabilium Partes.

BOTANICE eſt Scientia Naturalis, quæ *Vegetabilium* cognitionem tradit.

Fundamentum Botanices conſiſtit in plantarum diviſione et denominatione Syſtematica, generica et Specifica.

Syſtematica diviſio pro fundamento aſſumere debet partem harum primariam, ergo fructificationem.

Vegetabilium PARTES, diſtinguendæ, ſunt III: *Radix*, *Herba*, *Fructificatio.*

RADIX *Perpendicularis*, quæ recta deſcendit.

Horizontalis, quæ ſub terra tranſverſim extenditur. *Iris.*

Simplex, quæ non ſubdividitur.

Ramoſa, quæ in laterales ramos dividitur.

Fuſiformis, quæ oblonga, craſſa, attenuata. *Daucus*, *Paſtinaca.*

Tuberoſa, quæ ſubrotundis conſtat corporibus in faſciculum collectis.

Repens, quæ longe excurrit & radiculas hinc inde demittit.

Fibroſa conſtat tantum Radiculis fibroſis.

Præmorſa, quæ deorſum truncata eſt, nec attenuato apice terminatur.

HERBA comprehendit *Truncum*, *Folia*, *Fulcra*, *Hybernaculum*.

Truncus a Radice ad Fructificationem ducit, veſtitus Foliis, terminatus Fructificatione.

Folia tranſpirant & adtrahunt, umbramque præbent.

Fulcra adminicula ſunt.

Hybernaculum eſt Herbæ compendium ſuper radicem antequam excreſcit.

Truncus Folia & Fructificationem profert; Species ejus ſunt VI: *Caulis*, *Culmus*, *Scapus*, *Pedunculus*, *Petiolus*, *Frons*, *Stipes*.

Caulis, Truncus proprius herbæ, elevat Folia Fructificationemque.

CULMUS, Truncus proprius *Gramini*, elevat Folia Fructificationemque.

Scapus, Truncus univerſalis, elevans Fructificationem, nec Folia: *Narciſſus*, *Convallaria*, *Hyacinthus*.

Pedunculus, Truncus partialis, elevans Fructificationem, nec Folia.

Pedicellus eſt Pedunculus partialis.

PETIOLUS, Trunci ſpecies, adnectens folium, nec Fructificationem.

FRONS, Trunci ſpecies, ex Ramo coadunatus Folio & ſæpius fructificatione.

Propria *Filicibus* & *Palmis*.

Stipes, baſis Frondis eſt.

Proprius *Palmis*, *Filicibus*, *Fungis*.

FOLIUM conſideratur ſecundum *Simplicitatem*, *Compoſitionem* aut *Determinationem*.

Simplex eſt, cum Petiolus gerit unicum folium.

COMPOSITUM reſpicit folia plura, in uno petiolo.

DETERMINATIO aliunde (nec a propria ſtructura) notam adquirit; uti a *Loco*, *Situ*, aut *Inſertione*.

Locus, quo adnectuntur parti plantæ.

Situs eſt diſpoſitio Foliorum in Plantæ caule.

Inſertio folii fit baſi ejuſdem.

FULCRA adminicula plantæ ſunt, pro commodiore ſuſtentatione; numerantur VII: *Stipula*, *Bractea*, *Spina*, *Aculeus*, *Cirrhus*, *Glandula*, *Pilus*.

Stipula

Stipula eſt ſquama, quæ baſi Petiolorum, aut Pedunculorum enaſcentium utrinque adſtat: *Roſa*, *Melianthus*, *Padus*, &c.

Bractea dicitur Folium florale, cum colore & figurâ recedit a ceteris: *Tilia*.

Spina, eſt mucro plantæ e ligno plantæ protuſus: *Prunus*.

Aculeus, eſt mucro plantæ, ejuſdem cortici tantum affixus: *Roſa*.

Cirrhus, eſt vinculum filiforme ſpirale quo planta alio corpori alligatur: *Vitis*, *Piſum*.

Glandula, eſt Papilla humorem excernens: *Opulus*.

Locus: Petioli Foliorum Serraturæ, & Stipulæ tenellæ.

Pilus eſt ductus excretorius plantæ ſetaceus.

HYBERNACULUM eſt pars Plantæ includens Herbam embryonem ab externis injuriis; eſtque *Bulbus* vel *Gemma*.

BULBUS eſt hybernaculum caudici deſcendenti inſidens.

Squamoſus conſtans imbricatis lamellis: *Lilium*.

Solidus conſtans ſubſtantia ſolida: *Tulipa*.

Tunicatus conſtat tunicis numeroſis: *Cepa*.

Articulatus conſtans lamellis catenulatis *Martyniâ*, *Adoxa*.

Gemma eſt hybernaculum caudici adſcenditi inſidens. Conſtat vel Stipulis, vel Petiolis, vel Foliorum rudimentis, vel Squamis corticalibus.

FRUCTIFICATIO Vegetabilium pars eſt temporaria, Generationi dicata, hujus Partes ſunt VII.

CALYX.

Perianthium, Calyx Fructificationi contiguus.

Involucrum Calyx Umbellæ a flore remotus.

Amentum Calyx ex Receptaculo communi paleaceo-gemmaceo.

Spatha Calyx *Spadicis* longitudinaliter ruptus.

Gluma Calyx *Graminis*, valvis amplexantibus.

Calyptra Calyx *Muſci* cucullatus.

Volva Calyx *Fungi* membranaceus, undique lacerus.

COROLLA.

Petalum, tegmen floris corollaceum.

Tubus corollæ monopetalæ pars inferior tubuloſa.

Limbus corollæ monopetalæ pars ſuperior dilatata.

Unguis

Unguis Corollæ polypetalæ pars inferior baſi affixa.
Lamina Corollæ polypetalæ pars ſuperior patula.
Nectarium pars mellifera flori propria.

Stamen.
Filamentum pars elevans adnectenſque Antheram.
Anthera pars gravida Polline, quod matura dimittit.
Pollen, pulvis Floris, humore rumpendus.

Pistillum.
Germen rudimentum Fructus immaturi in flore.
Stylus pars Piſtilli, Stigma elevans a Germine.
Stigma ſummitas Piſtilli madida humore Pollen rumpendo.

Flores qui antheras habent maſculi, qui Stigmata fæminei, qui utraque ſimul hermaphroditi.

Pericarpium, Viſcus gravidum ſeminibus, quæ matura dimittit.

Semen, pars decidua, novi rudimentum, pollinis irrigatione vivificatum.

Receptaculum, baſis qua partes fructificationis VI connectuntur.

Flos eſt pars plantæ tenuior, fugax, colore & figura, vel utroque inſignis, fructui prævia, eique plurimum cohærens, & tenello tegendo fovendoque inſerviens.

Fructus pars plantæ annua, flori cohærens & ſuccedens, qui, ubi ad perfectionem pervenerit, ſponte a planta abſcedit, & commoda nutrice exceptus novæ plantæ facit initium.

Petalorum *Numerus* a baſi Corollæ: *Laciniarum* autem a medio Limbi aut Laminæ deſumendus eſt.

Diſtincta eſſe Nectaria a Corolla conſtat exemplis: *Aconitum*, *Aquilegia*; *Helleborus*, *Epimedium*, *Parnaſſia*.

Calcariata Monopetela: *Antirrhinum*, *Valeriana*, *Pinguicula*, *Utricularia*.

Polypetala: *Orchis*, *Delphinium*, *Viola*, *Impatiens*, *Fumaria*.

Completi Flores ſunt Simplices aut Aggregati.

Simplex Flos, cum pluribus floribus nulla pars fructificationis communis eſt.

Aggregatus Flos, cum floſculis pluribus aliqua pars fructificationis communis eſt; diciturque Aggregatus proprie, vel *Compoſitus*, vel *Umbellatus*, vel *Cymoſus*.

Aggregatus

Aggregatus fit flos, cum plures floſculi mediante aliqua parte fructificationis omnibus communi, ita uniuntur, ut alter floſculus demtus deſtruat formam totius, cujus pars eſt.

Commune in his eſt, *Receptaculum* aut *Calyx*.

Floſculus dicitur flos partialis floris aggregati.

COMPOSITUS Flos eſt aggregatus continens floſculos plures ſeſſiles, Receptaculo communi integro, & Perianthio contentos, ſed antheris in cylindrum connatis inſtructos.

UMBELLATUS Flos eſt aggregatus ex floſculis pluribus inſidentibus receptaculo in pedunculos faſtigiatos, omnes ex eodem puncto productos.

Cyma vero flos eſt aggregatus ex floſculis pluribus inſidentibus receptaculo in pedunculos faſtigiatos, primores ex eodem puncto productos, poſteriores autem ſparſos.

SYSTEMA Botanicum Claſſes per 5 appropriata membra reſolvit: *Claſſes*, *Ordines*, *Genera*, *Species*, *Verietates*.

SPECIES tot numeramus, quot diverſæ formæ in principio ſunt creatæ.

VARIETATES tot ſunt, quot differentes plantæ ex ejuſdem ſpeciei ſemine ſunt productæ.

GENERA tot dicimus, quot ſimiles conſtructæ fructificationes proferunt diverſæ Species naturales.

CLASSIS eſt Generum plurium convenientia in partibus fructificationis ſecundum principia naturæ & artis.

ORDO eſt Claſſium ſubdiviſio, ne plura genera diſtinguenda ſimul & ſemel evadant, quam animus facile aſſequatur.

NOTA CHARACTERISTICA omnis erui debet a Numero, Figura, Proportione & Situ omnium partium Fructificationis differentium.

Si Flores conveniunt, Fructus autem differunt, ceteris paribus, conjungenda ſunt Genera.

Figura Floris certior eſt quam Fructus; Proportio partium autem maxime diverſa, ſed conſtantiſſima.

II.

Syſtema Sexuale.

Vegetabile Regnum Claſſes 24 habet. Vid. Tab. 1.

1. MONANDRIA.
Stamen unicum in flore hermaphrodito.
2. DIANDRIA.
Stamina duo in flore hermaphrodito.
3. TRIANDRIA.
Stamina tria in flore hermaphrodito.
4. TETRANDRIA.
Stamina quatuor in flore hermphrodito.
Si Stamina 2 proxima breviora ſunt, referatur ad Cl. 14.
5. PENTANDRIA.
Stamina quinque in flore hermaphrodito.
6. HEXANDRIA.
Stamina ſex in flore hermaphrodito.
Obſ. *Si ex his Stamina 2 oppoſita breviora, pertinet ad Cl.* 15.
7. HEPTANDRIA.
Stamina ſeptem in flore eodem cum piſtillo.
8. OCTANDRIA.
Stamina octo in eodem flore cum piſtillo.
9. ENNEANDRIA.
Stamina novem in flore hermaphrodito.
10. DECANDRIA.
Stamina decem in eodem flore cum piſtillo.
11. DODECANDRIA.
Stamina duodecim in flore hermaphrodito.

12

T. 1.



12. ICOSANDRIA.

Stamina viginti circiter (non receptaculo) *calicis lateri interno adnata.*

13. POLYANDRIA.

Stamina a 15 *ad* 1000 *in eodem, cum piſtillo, flore.*

14. DIDYNAMIA.

Stamina quatuor : quorum 2 *proxima longiora ſunt.*

15. TETRADYNAMIA.

Stamina ſex : quorum 4 *longiora,* 2 *autem oppoſita breviora.*

16. MONADELPHIA.

Stamina filamentis in unum corpus coalita.

17. DIADELPHIA.

Stamina filamentis in duo corpora connata.

18. POLYADELPHIA.

Stamina filamentis in tria, vel plura, corpora coalita.

19. SYNGENESIA.

Stamina antheris (raro filamentis) in cylindrum coalita.

20. GYNANDRIA.

Stamina piſtillis (non receptaculo) *inſident.*

21. MONOECIA.

Flores maſculi & feminei in eadem planta.

22. DIOECIA.

Flores maſculi in diverſa planta a femineis naſcuntur.

23. POLYGAMIA.

Flores hermaphroditi & maſculi aut feminei in eadem ſpecie.

24. CRYPTOGAMIA.

Flores intra fructum, vel parvitate oculos noſtros ſubterfugiunt.

ORDINES a Piſtillis, ut claſſes a Staminibus deſumuntur; in Claſſi Syngeneſiæ autem a cæteris differunt Ordines. e. gr.

MONOGYNIA, Digynia, Trigynia.

i. e. *Piſtillum* 1. 2. 3. 4. *&c. Numerus hic piſtilli deſumitur a Baſi ſtyli, ſi ſtylus autem deficiat, a numero Stigmatum calculus fit.*

POLYGAMIA ÆQUALIS conſtat.

Multis floſculis ſtaminibus & piſtillis inſtructis.

Flores ejuſmodi maximam partem Floſculoſi *dicuntur.*

POLYGAMIA SPURIA.

Ubi floſculi hermaphroditi diſcum occupant, & marginem cingunt

cingunt floſculi feminei, ſtaminibus deſtituti, idque triplici modo:

SUPERFLUA.

Cum flores diſci hermaphroditi ſtigmate inſtruuntur & ſemina proferunt; flores quoque feminei radium conſtituentes ſimiliter ſemina ferunt.

FRUSTRANEA.

Cum flores diſci hermaphroditi ſtigmate inſtruuntur & ſemina proferunt; floſculi vero radium conſtituentes, quum ſtigmate careant, ſemina proferre nequeunt.

NECESSARIA.

Cum flores hermaphroditi ob defectum ſtigmatis piſtilli, ſemina perficere nequeunt; floribus autem femineis in radio ſemina perfecta proferentibus.

CLASSIS PRIMA.
MONANDRIA.

ORDO. I. MONOGYNIA.

SALICORNIA.

CAL. *tetragonus, integer, truncatus, ventricoſus, perſiſtens.* COR. *nulla.* STAM. Filamentum *unicum, ſimplex, calyce longius (interdum duo.)* Antheræ *duæ, oblongæ, didymæ, erectæ.* PIST. Germen *ovato-oblongum.* Stylus *ſimplex, ſub ſtamine.* Stigma *bifidum.* PER. *nullum.* Calyx *ventricoſus, inflatus.* SEM. *unicum.*

1. *Salicornia apicibus apice Craſſioribus obtuſis.* Salicornia *Cor. Inſt. R. H.* 51. ſeu Kali geniculatum *Ger. Em.* 535. *Park* 280. *C. B. Pin.* 289. *Jointed Glaſswort or Saltwort.* In ſalſis maritimis copioſiſſime. (Eſt vel elatius & viride, vel humilius & rubeſcens.)

2. Kali geniculatum perenne fruticoſius procumbens *Syn. II.* 67. 2. geniculatum lignoſum *Pet. H. Br.* 9. 4. Prope Inſulam *Shepey* a *D Hans Sloane.* Bar. inventum. (Copioſius provenit in Inſula Thameſis *Grain* vocata Deſcriptio Kali geniculati ſive Salicorniæ *J. B III.* 704. huic quadrat, figura autem pagina antecedente habetur.)

Præter

Præter hanc aliæ tres, notabiles varietates obſervatæ a *D. Stoneſtreet*, nempe

3. Salicornia myoſuroides procumbens, ſurculis longiſſimis. Found on a little Salt-marſh on the Eaſt Side of *Pool*.

4. Salicornia ramoſior procumbens, foliis brevibus purpuraſcentibus. Ibidem reperta.

5. Salicornia erecta, foliis brevibus, cupreſſiforme. Ibid.

Salicornia foliis caret, & ſurculis eſt teretibus, viridibus ſucculentis, e quibuſdam velut ſquamis pyxidatim geniculatis compoſitis, ſub quibus ſemina occultantur.

Noſtrates ſurculis ad modum Crithmi præparatis & muria conditis ad acuendum appetitum utuntur hyberno tempore in acetariis & condimentis, & *Marſh-Sampire*, i. e. Crithmum paluſtre nuncupant.

Modum conficiendi Salis Alkali e Kali vel Salicornia uſta vide apud *J. Bauhinum*. Noſtrates circa Whitby oppidum in littore Eboraſcenſi ex Alga & Fuco marino aggeſto & incenſo, raſtro ferreo inter urendum materiam agitantes, *Kelp* dictum ſalis Alkali genus parant, ad vitra conficienda idoneum.

HIPPURIS.

CAL. *nullus*. COR. *nulla*. STAM. Filamentum *unicum, receptaculo floris inſidens*. Anthera *ſemibifida*. PIST. Germen *oblongum, infra receptaculum*. Stylus *unicus, ſubulatus, erectus, intra ſtamen, ſtamine longior*. Stigma *acutum*. PER. *nullum*. SEM. *unicum, ſubrotundum, nudum*.

1. *Hippuris*. Limnopeuce *Cord. Hiſt.* 150. vulgaris *Comm. Ac. R. Sc. A.* 1719. *p.* 15. *T.* 1. *f.* 3. Equiſetum paluſtre brevioribus foliis polyſpermon *C. B. Pin.* 15. *Th.* 242. paluſtre alterum brevioribus ſetis *Park.* 1200. Equiſeti facie Polygonum fœmina *J. B. III.* 732. Cauda equina fœmina *Ger.* 953. In lacubus & ſtagnis, & ad fluviorum ripas in aquis aut limo oritur, ſed rarius. In Caſhioberry Park. Mr. Watſon. In the River Soar, near Loughborough; and in a Brook near Weſt-Leeke. Mr. Pultney.

ORDO. II. DIGYNIA.

CALLITRICHE.

CAL. *nullus*. COR. Petala *duo, incurva, acuminata, canaliculata, oppoſita*. STAM. Filamentum *unicum, longum, recurvum*. Anthera *ſimplex*. PIST. Germen *ſubrotundum*. Styli *duo, capillares, recurvi*. Stigmata *acuta*. PER.

Capſula

Capſula *ſubrotunda, quadrangularis, compreſſa, bilocularis.* SEM. *quatuor ſolitaria, oblonga.*

Niſi memoria valde fallat, vidi flores maſculos & femineos *in eadem planta diſtinctos, at nuperæ obſervationes flores* hermaphroditos *oſtendebant.*

1. *Callitriche.* Stellaria *C.G. App.* 119. *T.* 6 aquatica *Park.* 1228. *C. B. Pin.* 141. *n.* 13. Alſine aquis innatans, foliis longiuſculis *J. B. III.* 786. paluſtris ſerpillifolia *Ger. Em.* 614. *Water-wort, or Star-headet Water Chickweed.* Floſculi huic dipetali e ſingulis foliorum aliis ſinguli. Nam folia latiuſcula velut ſtellatim in aquæ ſuperficie expanſa flores non ſunt; vid. *Cat. Cant.* & *Meth. Em.* 93.

2. Stellaria minor & repens, *C. Giſs.* 120. Lenticula paluſtris bifolia, fructu tetragono *C. B. Pin* 362. aquatica bifolia Neapolitana *Park.* 1263. Callitriche Plinii *Col. Ec. l.* 315. Found on *Wimbleton-Common* by Sir *Hans Sloane,* Bart. Syn. II. 282. (It grows alſo on *Putney-heath,* and ſeveral other Places, where the Water ſtands in Winter.)

(An a priori aliter quam ratione loci in quo creſcit, (nimirum in paludoſis exſiccatis) differat, dubitavit *Doody in Syn. II. App.* 343. Quæ dubitatio non improbabilis viſa fuit *Rajo*; & ſane cum aquaticæ plantæ pro loci & aquarum conditione tantum varient, ut diligentius etiam animadvertenti non raro imponant, hæ duæ non niſi una forte ſpecies fuerint, licet altera multo minor ſit & radiculis in terram demiſſis ſemper repat. Sed nec hæc ſola differentia eſt, cum & Stellaria vulgaris in ipſis aquis foliis variet, ſubrotundis nempe & oblongis; quin & cum majuſculis craſſis Alſineformibus foliis in foſſis paſſim circa urbem obſervatur, ut forte non immerito dubium videatur, an ſequens etiam ſpecies revera ſpecie diſtincta ſit.)

3. Stellaria aquatica foliis longis tenuiſſimis *Syn. II.* 280. aquatica longifolia *Pet. H. B.* 6. 4. Lenticula paluſtris anguſtifolia, folio in apice diſſecto *Fl. Pr. p.* 140. *i c* 38. Obſerved and ſhewn me by Mr. *Petiver.* I remember to have ſeen it among Mr. *Newton*'s dried Plants.

CLASSIS

CLASSIS SECUNDA.

DIANDRIA.

I. MONOGYNIA.

1. Corolla Regulari.

LIGUSTRUM.

CAL. Perianthium *monophyllum, tubulatum, minimum: ore quadridentato, erecto, obtuſo.* COR. Petalum *infundibuliforme.* Tubus *cylindraceus, longior calyce.* Limbus *quadripartitus, patens:* laciniis *ovatis.* STAM. Filamenta *duo, oppoſita, ſimplicia.* Antheræ *erectæ, longitudine fere corollæ.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Stylus *breviſſimus.* Stigma *bifidum, obtuſum, craſſiuſculum.* PER. Bacca *globoſa, glabra, unilocularis.* SEM. *quatuor, hinc convexa, inde angulata.*

Liguſtrum *J. B. I.* 528. *Ger.* 714. vulgare *Park.* 1446. Germanicum *C. B. Pin.* 475. *Privet. or Prim.* In ſylvis, vepretis & ſepibus.

Floribus racemoſis albis, baccis nigris dipyrenis, viminibus lentis ab aliis fruticibus diſtinguitur.

Inter omnes frutices, arbores & herbas nihil eſt quod in tot figuras & elegantias, effingi, flecti, aut formari tondendo queat ac Liguſtrum; *P. Lauremberg. Horticult. L.* 1. *c.* 30. Ob viminum tenuitatem & flexibilitatem ad ſepes tonſiles & opera topiaria expetitur. Baccæ infectoribus inſervire poſſunt.

CIRCÆA.

CAL. Perianthium *diphyllum:* foliolis *ovatis, concavis, deflexis, deciduis.* COR. Petala *duo, turbinato-cordata, calyce fere breviora, patentia æqualia.* STAM. Filamenta *duo, capillaria, erecta, longitudine calycis.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *turbinatum, ſub receptaculo.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigma *obtuſum, emarginatum.* PER. Capſula *turbinato-ovata, hiſpida, bilocularis, bivalvis, a baſi*

verſus

TAB. XI.



verſus apicem dehiſcens. SEM. *ſolitaria, oblonga, inferne anguſtiora.*

Circæa caule erecto, racemis pluribus. Circæa Lutetiana *Lob Ic.* 266. *Ger.* 280. Lutetiana major *Park.* 351. Solanifolia Circæa dicta major *C. B. Pin.* 168. Ocymaſtrum verrucarium *J. B. II.* 977. *Enchanters Nightſhade.* In umbroſis humidis, in ſylvis & ad ſepes. Notas characteriſticas vid. *Meth. Em. p.* 93.

Corolla irregulari; fructu augioſpermo.

VERONICA.

CAL. Perianthium *quadripartitum, perſiſtens:* laciniis *lanceolatis, acutis.* COR. Petalum *unicum.* Tubus *longitudine fere calycis.* Limbus *quadripartitus, planus,* laciniis *ovatis: infima anguſtiore, huic oppoſita latiore.* STAM. Filamenta *duo, inferne anguſtiora, adſcendentia.* Antheræ *oblongæ.* PIST. Germen *compreſſum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum, declinatus.* Stigma *ſimplex.* PER. Capſula *obcordata, apice compreſſo, bilocularis, quadrivalvis.* SEM. *plurima, ſubrotunda.* OBS. *Tubus corollæ* in diſtinctis diverſus eſt: in aliis ſcilicet breviſſimus, aliis longus. Lacinia corollæ major in quibuſdam *Labium ſuperius* conſtituit, reliquæ tres *Labium inferius:* intermedia anguſtiore.

1. *Veronica Spica terminali foliis oppoſitis crenatis obtuſis.* Veronica ſpicata recta minor *J. B. III* 282. ſpicata minor *C. B. Pin.* 247. it. ſpicata anguſtifolia *Ejuſd.* erecta anguſtifolia *Park.* 550. recta minima *Ger.* 503. & *Em.* 627. aſſurgens ſeu ſpicata *Ej. Em.* 628. *Upright ſpiked male Speedwell or Fluellin.* In ſeveral Cloſes adjoining to *Newmarket-Heath* beyond *Botteſham.*

2. *Veronica ſpicis terminalibus foliis oppoſitis obtuſe ſervatis, ſcabris, caule erecto.* Veronica ſpicata Cambro-Britannica, Bugulæ ſubhirſuto folio. Ad latera montis cujuſdam, *Craig Wreidhin* dicti in comitatu Montis Gomerici Walliæ *D. Lhwyd* invenit.

(Nova hujus generis ſpecies eſt, & a Veronica ſpicata latifolia *C. B.* pro qua in *Syn. Ed.* prioribus fuit habita, differt caulibus minus folioſis, minuſque altis, foliis ſubhirſutis & obtuſioribus, nec tam crebro acuteque ſerratis. Sed præcipue notabilis eſt differentia in ſeminibus, quæ in hac altera parte convexa, altera cava obſervantur, cum in illa magis plana, minora & magis copioſa ſunt.

ſint. Ceteroquin vaſcula & flores utriuſque tantam invicem ſimilitudinem habent, ut vix diſtingui queant. Figura ad plantam quæ in horto Elthamenſi naſcebatur, efformata fuit; unde conjicere licet, eam ſpontanea planta aliquanto majorem eſſe. Id etiam animadverſum fuit, in horto plures eam ſpicas proferre ſolere, quam in ſylveſtribus locis, ubi monoſtachya plerumque obſervatur. Figuram vid. Tab. XI. ubi lit. *a.* & *b.* flores aliquot ſeorſim, *c.* vaſculum, ad *d.* vero ſemina exhibentur.)

3. *Veronica ſpicis lateralibus pedunculatis foliis oppoſitis caule procumbente.* Veronica mas ſupina & vulgatiſſima *C. B. Pin.* 246. mas vulgaris ſupina *Park.* 550. vulgatior folio rotundiore *J. B. III.* 282. vera & major *Ger.* 502. *The male Speedwell or Fluellin.* In paſcuis ſiccioribus & ericetis. Tota hirſuta eſt, viticulis ſeu cauliculis radices ſubinde agentibus reptat.

Decoctum hujus ad calculum valet. Vulneraria inſignis eſt ac ſudorifera. Intus ſumpta adverſus tuſſim & vitia pulmonum conducit, item adverſus peſtem & morbos contagioſos. Extrinſecus ad vulnera, ulcera, ſcabiem, cutis vitia commendatur.

Ceterum Veronicæ in triplici ſunt differentia. (1.) Aliæ, ut prima & ſecunda ſpecies, flores ſpicatos producunt, ſpicis ſummos caules & ramulos occupantibus. (2.) Aliæ, ut 5. ſequentes ſpecies, e foliorum ſinubus, ſecundum caules flores ſingulares & ſolitarios proferunt, quæ Alſinæ ſpuriæ vocatæ. (3.) Aliæ denique, ut 6. ultimæ ſpecies, e foliorum ſinubus ſecundum caules flores promunt, verum non ſingulares, ſed plures velut ſpicatim, quæ variis nominibus Veronicæ, Anagallidis, Teucrii ſeu Chamædryos ſpuriæ appellantur.

4. *Veronica Racemo terminali ſubſpicato foliis ovatis glabris crenatis.* Veronica pratenſis minor *Park.* 551. minor *Ger.* 503. pratenſis Serpyllifolia *C. B. Pin.* 247. fœmina quibuſdam, aliis Betonica Pauli Serpyllifolia *J. B. III.* 285. *Little or ſmooth Fluellin, or* Paul's *Betony.* In pratis & paſcuis.

Flores pallide cœrulei in ſpicas quaſdam laxas excurrere videntur e ſingulis foliorum alis ſinguli exeuntes.

5. *Veronica racemis lateralibus foliis ovatis planis caule repente.* Veronica aquatica rotundifolia, Becabunga dicta, minor. Anagallis aquatica minor, folio ſubrotundo *C. B. Pin.* 252. aquat. flore cœruleo folio rotundiore

diore minor *J. B. III.* 790. aquat. vulgaris, ſive Becabunga *Park.* 1236. Anagallis ſive Becabunga *Ger.* 496. *Emac.* 620. *Common Brooklime.* In rivulis. Obſerved with a white Flower about *Shap* in *Weſtmorland*, by Mr. *Lawſon.* Mr. *Bobart* alſo found the ſame by the Side of *Heddington* Hill, near *Oxford.*

6. *Veronica racemis lateralibus, foliis lanceolatis ſerratis, caule erecto.* Veronica aquatica longifolia media. Anagallis aquatica minor *Ger.* 496. aquatica minor folio oblongo *C. B. Pin.* 252. aquatica folio oblongo crenato *Park.* 1237. aquat. flore purpuraſcente, folio oblongo minor *J. B. III.* 791. *The middle long-leaved Water-Speedwell or Brooklime.* Cum priore. Flore albo, about *Shap* in *Weſtmorland.* Mr. *Lawſon.*

7. *Veronica, racemis lateralibus, pedicellis pendulis, foliis linearibus integerrimis.* Veronica aquatica anguſtifolia minor. Anagallis aquatica anguſtifolia ſcutellata *C. B. Pin.* 252. *Pr* 119 aquatica anguſtifolia *J. B. III.* 791. *Narrow-leaved Water-Speedwell, or Brooklime.* Hæc ni fallor eſt Anagallis aquatica 4. *Lob. Ic.* 467. quamvis minus recte picta ſit cum floribus & vaſculis in ſummis ramulis: exeunt enim ex alis foliorum, præcedentium in morem. (On *Kirley* Moor; Mr. *Newton.*)

8. *Veronica racemis lateralibus, foliis ovatis rugoſis dentatis, caule debili.* Veronica Chamædrys ſylveſtris dicta. Chamædrys ſylveſtris *Ger.* 530. ſpuria ſylveſtris *Park.* 107. ſpuria latifolio *J. B. III.* 286. ſpuria minor rotundifolia *C. B. Pin.* 249. *Wild Germander.* In paſcuis vere floret.

9. *Veronica floribus ſolitariis foliis cordatis pedunculo brevioribus.* An. 4. Veronica floribus ſingularibus, in oblongis pediculis, Chamædryfolia. Alſine foliis Triſſaginis *Ger. Em.* 616. *Park.* 764. Chamædryfolia floſculis pediculis oblongis inſidentibus *C. B. Pin.* 250 ferrato folio glabro *J. B. III.* 366. *Germander Speedwell, or Chickweed,* In hortis & areis locisque cultis tota æſtate floret.

10. *Veronica foliis cordatis inciſis pedunculo longioribus, floribus ſolitariis.* An. 5. Veronica floſculis ſingularibus, cauliculis adhærentibus. Alſine foliis Veronicæ *Ger.* 489. foliis ſubrotundis Veronicæ *Park.* 762. Veron. foliis, floſculis cauliculis adhærentibus *C. B. Pin.* 250. ſerrato folio hirſutiore, floribus & loculis cauliculis adhæ-

rentibus *J. B. III.* 367. *Speedwell Chickweed.* Ad margines agrorum ſicciores, non raro & in muris antiquis & locis ruderatis.

11. *Veronica floribus ſolitariis, foliis cordatis planis quinquelobis.* An. 7. Veronica floſculis ſingularibus, Hederulæ folio, Morſus gallinæ minor dicta. Alſine hederacea *Ger. Em.* 616. Hederulæ folio *C. B. Pin.* 250. Hederulæ folio minor *Park.* 762. Alſines genus Fuchſio, folio Hederulæ hirſuto *J. B. III.* 368. *Ivy-leaved Speedwell, or ſmall Henbit.* In arvis inter ſata, primo vere floret.

12. *Veronica floribus ſolitariis, foliis digitato-partitis, pedunculo brevioribus.* An. 6. Veronica floſculis ſingularibus, foliis laciniatis, erecta. Alſine parva recta, folio Alſines hederaceæ, Rutæ modo diviſo *Lob. Ic.* 464. triphyllos ſive laciniata *Park.* 760. triphyllos cœrulea *C. B. Pin.* 250. recta *Ger.* 489. folio profunde ſecto, flore purpureo ſeu violaceo *J. B. III.* 367. *Upright Speedwell with divided Leaves.* At *Rowton* in *Norfolk*, betwixt the Town and the Highway, twelve Miles before you come to *Norwich*; and at *Mewel* in *Suffolk*; between the two Wind-Mills and the Warren-Lodge; and in Gravel-Pits two Miles beyond *Barton* Mills, on the Ridge of the Hill, where a ſmall Cart-Way croſſeth the Road to *Lynne*, and in the Graſs thereabout plentifully. *T. Williſel.*

PINGUICULA.

CAL. Perianthium *ringens, parvum, acutum, perſiſtens.* Labium ſuperius *erectum, trifidum*; L. inferius *reflexum, bifidum.* COR. Petalum *unicum, ringens.* Labium longius *rectum, obtuſum, trifidum, ſupinum*; L. brevius *bifidum, obtuſius, patentius.* Nectarium *Corniculatum, e baſi petali poſtice productum.* STAM. Filamenta *duo, cylindrica, curva, adſcendentia; calyce breviora.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *globoſum.* Stylus *breviſſimus.* Stigma *bilabiatum:* Labio ſuperiori *majore, plano, reflexo, antheras tegente*; L. inferiore *anguſtiſſimo, erecto, bifido, breviore.* PER. Capſula *ovata, apice compreſſa, apice dehiſcens, unilocularis.* SEM. *plurima, cylindracea.* Receptaculum *liberum.*

Pinguicula nectario cylindraceo longitudine petali. Pinguicula Geſneri *J. B. III.* 546. Pinguicula ſeu Sanicula Eboracenſis *Ger.* 644. *Park.* 532. Sanicula mon-

montana flore calcari donato *C. B. Pin.* 243. *Butterwort, or* Yorkſhire *Sanicle.* In locis humidis, uliginoſis & paluſtribus, præſertim montanis. (On *Petſbog*, at *Chiſſelhurſt*, planted there formerly by *D. Bowles*; Merr. Pin. On *Shooterſhill*, and the little Bog near *Charlton*, where it was ſowed by Mr. *J. Sherard.)*

Pinguicula flore minore carneo *Syn.* II. 160. 2. Cornubienſis, flore minore carneo *R. Hiſt.* I. 752. minima flore albo *Merr. P. Butterwort with a ſmall fleſh-coloured Flower.* In Cornubia locis paluſtribus circa *Kilkhampton* & alibi. (In the Mid-way betwixt *Oakhampton* and *Lanceſton*, Cornwal, betwixt a great Wood and the River, in boggy Meadows; Merr. P.) Folia huic circa margines reflexa, pellucida fere, & venis rubentibus ſtriata; flores quam in vulgari minores, pallidiores & ad colorem incarnatum dictum accedentes.

Vulnera recentia & plagas curant folia trita & impoſita: ejuſque ſucco pingui & butyroſo tumores & fiſſuras in vaccarum uberribus ruſtici ſanant. Cambrobritanni (teſte Parkinſono) ex herba ſyrupum conficiunt, quo ſeipſos purgant. Ovibus noxia eſt.

UTRICULARIA.

CAL. Perianthium *diphyllum æquale:* foliolis *ovatis, concavis minimis, deciduis.* COR. Petalum *unicum, ringens.* Labium ſuperius *planum, obtuſum, erectum*; L. inferius *majus, planum, integrum.* Palatum *cordatum, inter labia prominulum.* Nectarium *corniculatum, e baſi petali productum.* STAM. Filamenta *duo, breviſſima, incurva.* Antheræ *parvæ, cohærentes.* PIST. Germen *globoſum.* Stylus *filiformis, longitudine calycis.* Stigma *conicum.* PER. Capſula *globoſa, magna, unilocularis.* SEM. *plurima.*

Utricularia nectario conico. Lentibularia *Riv. Irr. Mon. Ic.* Millefolium paluſtre galericulatum *Ger. Em.* 828. aquaticum flore luteo galericulato *J. B. III.* 783. *Park.* 1258. aquaticum lenticulatum *C. B. Pin.* 141. In foſſis paluſtribus *Lincolnienſibus* & *Elienſibus*, inque piſcinis invenitur.

Folia ramoſa, caules etiam ramoſi, aqua profunde immerſi, e quorum divaricationum angulis eriguntur caules alii, nudi, firmi, aquas ſuperantes, in quorum faſtigio flores ſex ſeptemve, in duo ſegmenta diviſi, quorum ſu-

perius galeam, inferius labellum refert. (Vaſculum ſeminale ſimplex, numeroſis repletum exiguis ſeminibus; Vid. *C. G. App.* 115.)

Lentibularia minor *Pet. H. B.* 36. 12. Millefolium paluſtre galericulatum minus, flore minore *Syn. II.* 279. 3. *Pluk. Alm.* 251. *T.* 99. *f.* 6. Aparine aquis innatans Treviſana foliis Percepier, capreolis donata, ſive Aparine fluitans capreolis donata *Bocc. Muſ. P. II. p.* 23. *T.* 4. Found by Mr. *Dent* on *Teverſham-Moor* in *Cambridgeſhire*, and in *Yorkſhire* by Mr. *Dodſworth*. Both ſorts obſerved by Mr. *Lawſon* in the Ditches by the Cauſſey over the Moſs to the *Fell-End* near *Witherſlack*, Weſtmoreland. (In the river on *Hounſlow-heath* by Mr. *Dandridge.*) Flores huic multo pallidiores quam præcedenti.

Corolla irregulari; Fructu gymnoſpermo.

VERBENA.

CAL. Perianthium *monophyllum, angulatum, tubulatum lineare, quinquedentatum,* denticulo quinto *truncato, perſiſtens.* COR. *monopetala.* Tubus *cylindraceus, rectus, longitudine calycis, mox dilatatus, incurvatus.* Limbus *patens, ſemiquinquefidus:* laciniis *rotundatis, ſubæqualibus.* STAM. Filamenta *quatuor, ſetacea, breviſſima, intra tubum corollæ latitantia, quorum* duo *breviora reliquis.* Antheræ *incurvæ, totidem quot filamenta, aut dimidio pauciores.* PIST. Germen *tetragonum.* Stylus *ſimplex, filiformis, longitudine tubi.* Stigma *obtuſum.* PER. *tenuiſſimum, vixque manifeſtum, vel fere nullum.* Calyx *tegens ſemina.* SEM. *duo, vel quatuor, oblonga.*

Verbena tetrandra, ſpicis filiformibus paniculatis, foliis multifido laciniatis, caule ſolitario. Verbena vulgaris *J. B. III.* 443. mas, ſeu recta & vulgaris *Park* 674. communis *Ger.* 580. communis cœruleo flore *C. B. Pin.* 269. *Vervain.* In areis & ſecundum vias publicas.

Foliis rugoſis laciniatis, & floribus in ſpicis longiſſimis anguſtis, nullis intermiſtis foliolis.

Cephalica ac vulneraria eſt. Uſus præcipuus in dolore aliiſque affectibus capitis a frigidis humoribus, in affectibus oculorum & pectoris, tuſſi inveterata: in obſtructione hepatis ac lienis, ictero, torminibus ventris, dyſenteria: imprimis atterit & expellit calculum, libidinem coercet, febrim tertianam fugat, arthritidem mitigat, vulnera ſanat, partum facilitat. Extrinſecus in cephalalgia, odontalgia, alopecia, melancholia in oculorum lippitudine,

ne, imbecillitate, & rubore: in angina, raucedine (collo circumplaſmatizata) in tumore glandularum in faucibus (gargariſ.) in dolore lienis (cum axung. porci) ac podagrico mitigando, in vulneribus adſtringendis, ac putridis abſtergendis, in procidentia ani, mariſcis, &c. Hæc omnia *Schroderus.* Mirum tot viribus pollere plantam nulla inſigni qualitate ſenſibili dotatam.

LYCOPUS.

CAL. Perianthium *monophyllum, tubulatum, ſemi-quinqueſidum:* laciniis *anguſtis, acutis.* COR. Petalum *unicum.* Tubus *cylindraceus, longitudine calycis.* Limbus *quadrifidus, obtuſus, patulus:* laciniis *ſubæqualibus:* ſuperiore *latiore, emarginata;* inferiore *minore.* STAM. Filamenta *duo, corolla fere longiora, ad cujus laciniam ſuperiorem inclinata.* Antheræ *parvæ.* PIST. Germen *quadrifidum.* Stylus *filiformis, rectus, longitudine ſtaminum.* Stigma *bifidum, reflexum.* PER. *nullum.* Calyx *in fundo ſemina continens.* SEM. *quatuor, ſubrotunda.*

Lycopus foliis ſinuato-ſerratis. Lycopus paluſtris glaber *J. R. H.* 191. Marrubium aquaticum *Ger. Em.* 700. aquat. vulgare *Park.* 1230. aquaticum quorundam *J. B. III.* 318. paluſtre glabrum *C. B. Pin.* 230. *Water Horehound.* In aquoſis & ad rivulos paſſim. Nigro inficit colore. Hirſutum in Hibernia ſæpius obſervavit. *D. Sherard.*

SALVIA.

CAL. Perianthium *monophyllum, tubulatum, ſtriatum, ſuperne ſenſim ampliatum & compreſſum:* ore *erecto, bilabiato:* inferiori *bidentato.* COR. Petalum *unicum.* Tubus *ſuperne ampliatus, compreſſus.* Limbus *ringens:* Labium ſuperius *concavum, compreſſum, incurvum, emarginatum;* L. inferius *latum, trifidum:* lacinia media *majori, ſubrotunda, emarginata.* STAM. Filamenta *duo, breviſſima; his duo alia tranſverſim in medio fere affixa, quorum extremitati inferiori* Glandula, *ſuperiori* Anthera *inſidet.* PIST. Germen *quadrifidum.* Stylus *filiformis, longiſſimus ſitu ſtaminum.* Stigma *bifidum.* PER *nullum.* Calyx *leviſſime connivens, in fundo ſemina gerens.* SEM. *quatuor, ſubrotunda.* OBS. *Filamentorum* bifurcatio ſingularis conſtituit eſſentialem characterem.

Salvia foliis cordato-oblongis crenatis: ſummis amplexicaulibus, verticillis ſubnudis, corollis galea glutinoſis. Sclarea pratenſis foliis ſerratis, flore cœruleo *Inſt. R. H.* 179. Horminum pratenſe foliis ſerratis *C. B. Pin.* 238. ſylveſtre vulgare *Park.* 55. ſylveſtre Fuchſii *Ger. Em.*

 769.

769. Gallitrichum ſylveſtre vulgo, ſive ſylveſtris Sclarea flore purpureo cœruleove magno *J. B. III.* 311. An in Anglia ſponte naſcatur, dubitat *Rajus* in *Hiſt.* I. 544. 545. *J. Bobartus* tamen *H. Ox.* III. 393. 10. in ſepto *Cobhamiano* in Eſſexia a *D. Watſio* obſervatum refert.

Salvia foliis ſerratis ſinuatis; corollis calyce anguſtioribus. Horminum ſylveſtre Lavendulæ flore *C. B. Pin.* 239. *Park.* 57. ſylveſtre *Ger.* 628. Gallitrichis affine Maru, ſi non genus aliquod, Sclaræa Hiſpanica *Tab. J. B.* III. 313. Hormini ſylveſtris quarti quinta ſpecies *Cluſ. Hiſt.* XXXI. *Common* Engliſh *wild Clary.* In glareoſis frequens.

Hæc proculdubio eſt quam *Cluſius* Greenvici prope Londinum ad arcis Regiæ hippodromum ſe inveniſſe ſcribit; nulla enim præter hanc Hormini ſpecies in Anglia ſponte oritur. Hanc *Parkinſonus* erroneè pro Hormino pratenſi foliis ſerratis *C. B.* habet, non *Gerardus*, cui nos in *Hiſtoria Plant.* & *Cat. Ang.* hac in re injurios fuiſſe fatemur. Flores reliquis ſpeciebus longe minores, in ſpicis laxis: Odor ſatis vehemens.

Ut facie ſic viribus cum Hormino ſativo convenit. Semen oculis inditum eos purgat & mundificat, ruboremque & inflammationes mitigat & tollit; *Ger.* ob figuram ſcil. & lævorem ſuum.

II. DIGYNIA.

ANTHOXANTHUM.

CAL. Gluma *uniflora, bivalvis:* Valvulis *ovatis, acuminatis, concavis: interiore majore.* COR. Gluma *uniflora, bivalvis, longitudine valvulæ majoris calycinæ: valvula utraque ariſtam parvam e dorſo inferiore emittente.* Nectarium *diphyllum, tenuiſſimum, cylindricum, foliolis, ſubovatis, amplexantibus.* STAM. Filamenta *duo, capillaria, longiſſima.* Antheræ *oblongæ, utrinque bifurcatæ.* PIST. Germen *oblongum.* Styli *duo, filiformes.* Stigmata *ſimplicia.* PER. Gluma *corollæ adnaſcitur ſemini.* SEM. *unicum, utrinque acuminatum, teretiuſculum.*

Anthoxanthum ſpica ovato-oblonga, floſculis ſubpedunculatis ariſta longioribus. Gramen vernum ſpica brevi laxa. *Syn. II.* 252. Gramen anthoxanthon ſpicatum *J. B. II.* 466. pratenſe ſpica flaveſcente *C. B. Pin.* 3. *Th.* 44. *Vernal Graſs with a looſe yellowiſh Spike* Floret vere inter prima ſui generis, & in pratis & paſcuis ubique frequens eſt.

Glumæ

Glumæ rariores a ſpica brevi nonnihil extant, & in acutos apices exeunt, ariſtis carentes. Apiculi florei purpuraſcentes utrinque bifidi ſunt. (Variat & ſubinde cum ſpica divulſa, per vetuſtatem præſertim reperitur, quale in Fl. Pr. p. 110. nomine Graminis montani odorati exhibetur.)

CLASSIS TERTIA.

TRIANDRIA.

I. MONOGYNIA.

Flores Spatha amentoque deſtituti.

VALERIANA.

CAL. *vix ullus.* Margo *germen coronans.* COR. Petalum *unicum.* Tubus *a latere inferiori, nectariferus, gibbus;* Limbus *quinquefidus,* laciniis *obtuſis.* STAM. *tria vel pauciora, ſubulata, erecta, longitudine corollæ.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *infra receptaculum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigma *craſſiuſculum.* PER. Capſula *non dehiſcens, decidua, coronata.* SEM. *ſolitaria. oblonga.* OBS. Mira in hocce genere partium diverſitas. *Calycis* margo in quibuſdam vix notabilis, in aliis quinquefidus. *Corollæ tubus* in aliis oblongus, in aliis calcare mellifero inſtructus, in aliis breviſſimus. *Limbus* in aliis æqualis, in aliis bilabiatus. *Stamina* in aliis tria, in difformibus duo, in aliis unicum; in aliis ſexu diſtincta. *Stigma* in aliis trifidum; in aliis emarginatum; in aliis globoſum. *Per.* in aliis fere nullum; in aliis Capſula craſſa; in aliis biloculare. *Sem.* in quibuſdam pappo coronata; in aliis capſula tecta; figura varia.

Valeriana floribus triandris, foliis omnibus pinnatis. Valeriana ſylveſtris major *Ger.* 917. *C. B. Pin.* 164. *Park.* 122. ſylv. magna aquatica *J. B. III.* 2. 211. *Great wild Valerian.* In humectis locis & prope aquas, inque ſylvis & dumetis.

Valerianæ folia in caule bina adverſa, flores monopetali velut in umbella.

Valeriana ſylveſtris major montana *C. B. Pin.* 164. folio anguſtiore *Riv. Irr. Mon. Ic.* In paſcuis humidis juxta Balneum Buxtonienſe agri Derbienſis, ſupra locum ſaxis & ſpinis horridum *Aſhwood* dictum; *D. Richardſon.* In Mr. *Currance*'s Grounds at *Parnham*, going from *Brindiſh* to *Orford*; Mr. *J. Sherard.* On the Common near *Ilford*; Dr. *Douglas* and Mr. *Wilmer.* Hirſuite etiam diſtinguitur a priori.

Valeriana floribus triandris dioecis foliis pinnatis. Valeriana ſylveſtris minor *Park.* 122. *Lob.* 715 minor *Ger.* 3. *Riv. Irr. M. ic.* paluſtris minor *C. B. Pin.* 164 minor pratenſis vel aquatica *J. B. III.* 2. 211. paluſtris foliis ſubrotundis *Fl. Pr.* 279. *ic. Small wild Valerian, or Marſh Valerian.* In pratis humidis. In *Charlton* Wood, and *Batterſea* Meadows. Mr. *Watſon.*

Valeriana ſylveſtris ſeu paluſtris minor altera. *The other ſmall wild or Marſh Valerian.* Cum priore, quâ omnibus ſuis partibus major eſt, exceptis floribus, qui quintuplo minores ſunt & denſius ſtipati quam illius.

(In *Cat. Giſſ.* 47. obſervatur ſexus differentia in hac ſpecie. Unde liquet, alteram hanc Rajanam paluſtrem minorem Valerianam ſpeciem diſtinctam non eſſe, ſed ad ſtiliferam & ſeminiferam pertinere. In Iconibus Rivinianis nomine Valerianæ minoris flore exiguo ea deſignatur.)

Pulvis radicis Phu magni antequam caulem edat. coch. ſſ. menſura, in idoneo vehiculo ſumptus Epilepſia correptos liberat. Valeriana ruptis, convulſis, ex alto præcipitatis utilis cenſetur: Sed & folia ad oris & gingivarum cum inflammatione exulcerationes. Nervoſis inſigne Remedium.

Valeriana floribus triandris caule dichotomo foliis linearibus. Valerianella arvenſis præcox humilis ſemine compreſſo *Mor. Umb.* Lactuca agnina *Ger.* 242. *Park.* 812. Valeriana campeſtris inodora major *C. B. Pin.* 165. Locuſta herba prior *J. B. III.* 323. *Lambs-Lettuce, or Corn-Sallet.* Inter ſegetes, inque agris & hortis.

Lactuca agnina ſeu Valerianella foliis ſerratis. Locuſta altera foliis ſerratis *J. B. III.* 324. An Valeriana ſylveſtris foliis tenuiſſime diviſis *C. B.*? An Valeriana minor annua *Park.*

122?

122? *Small Corn-Sallet, or Valerian with jagged Leaves.* Inter ſegetes.

Valerianellæ vulgaris ſpecies major, ſerotina *Mor. Prælud.* 319. Valerianella arvenſis ſerotina, altior, ſemine turgidiore *Mor. Umb. Inſt. R. Herb.* 132. Pſeudo-Valeriana annua ſerotina, procerior, ſemine turgidiore *Hiſt. Ox. III.* 105. Valerianella ſerotina, elatior, ſemine turgidiore *Ejuſd. Sect.* 7. *Tab.* 16. *N*° 37. In the Corn-Fields between *Ore* and the Foot-Ferry to *Shepey* Iſle in *Kent*. Alſo in the third or fourth Field on the right Hand of the Road going from *London-Coney* towards St. *Albans* in *Hertfordſhire*; Mr. *Dale*. Junio & Julio floret.

Veris initio antequam aliæ herbæ germinant cum aceto, ſale, & oleo, editur in acetariis Lactucæ modo, unde & nomen obtinuit, gratia etiam pari.

Flores Spathacei, capſula triloculari.

CROCUS.

CAL. Spatha *monophylla*. COR. Tubus *ſimplex*. Limbus *ſexpartitus, erectus: laciniis ovato-oblongis, æqualibus.* STAM Filamenta *tria, ſubulata, corolla breviora.* Antheræ *ſagittatæ.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigmata *tria, convoluta, ſerrata.* PER. Capſula *ſubrotunda, triloba, trilocularis, trivalvis.* SEM. *plura, rotunda.*

Crocus ſpatha univalvi radicali, corollæ tubo longiſſimo. Crocus *J. B.* 637. *Ger.* 123. ſativus *C. B. Pin.* 65. verus ſativus Autumnalis *Park. Parad.* 167. *Saffron.* In agro Cantabrigienſi & Eſſexienſi ad *Saffron-Walden* oppidum colitur. Crocus Anglicus reliquis palmam præripit. Pars illa cujus uſus eſt in medicina ſunt ſtigmata terna prælonga flammei ruboris, quæ diligenter exſiccant.

Moderatus Croci uſus cerebro prodeſt, ſenſus vegetiores reddit, ſomnum & torporem excutit: copioſior e contra ſomnum inducit & capitis dolorem; nimia doſi ℥iii, noxius & lethalis cenſetur. Corroborat cor & lætitiam gignit; at nimia quantitate riſum immoderatum excitat. Uſus ejus frequens eſt in Syncope, apoplexia, obſtructionibus hepatis & ictero: ad aſthma & pulmonum affectus cum oleo Amygdalino: Urinam deducit, necnon menſes, fœtus & ſecundinas. Noſtrates mulierculæ ad variolas expellendas eo uti ſolent, & in ſacculis ſub mento ſuſpendere ad materiam putridam ibidem ſtagnare ſolitam,

tam, & ægrum ſtrangulare, diſſipandam. Verum nunc dierum hoc morbo laborantes aliter tractant Medici quam olim. Cæterum Crocus cum partium tenuium ſit, facile penetrat, calefacit, & diſcutit.

IRIS.

CAL. Spathæ *vagæ, flores diſtinguentes, perſiſtentes.* COR. *ſexpartita.* Petala *oblonga, obtuſa: tria exteriora reflexa; tria interiora erecta acutiora; omnia unguibus connata.* STAM. Filamenta *tria ſubulata, petalis reflexis incumbentia.* Antheræ *oblongæ, rectæ, depreſſæ.* PIST. Germen *oblongum, infra receptaculum.* Stylus *ſimplex breviſſimus.* Stigma *maximum, tripartitum,* laciniis *petala mentientibus, latis, reflexis, ſtamina & petala alterna deprimentibus, apicibus bifidis.* PER. Capſula *oblonga, angulata, trilocularis, trivalvis.* SEM. *plura magna.*

Iris corollis imberbibus, petalis interioribus ſtigmate minoribus, foliis enſiformibus. Iris paluſtris lutea *Ger.* 46. paluſtris lutea, ſeu Acorus adulterinus *J. B. II.* 732. Acorus adulterinus *C. Pin.* 34. paluſtris, ſive Pſeudo-iris & Iris lutea paluſtris *Park.* 1219. *Yellow Water Flower-de-luce.*

In pratis riguis, locis paluſtribus & ad ripas fluviorum. Folia florum ſurrecta, valde anguſta & brevia ſunt, tota lutea. Obſerved by Mr. *Dale* with a white Flower.

Iris paluſtris pallida. *Pale or whitiſh leaved Water Flower-de-luce.* By the River-ſide, between *Hertford* and *Welling.* Obſerved by Mr. *Dale.*

Iris corollis imberbibus, petalis internis longitudine ſtigmatis, foliis enſiformibus. Iris ſylveſtris quam Xyrim vocant *Plin.* Lib. 21. cap. 20. Xyris *Ger.* 53. Xyris ſeu Spatula fœtida *Park.* 256. Spatula fœtida, pleriſque Xyris *J. B. II.* 731. Gladiolus fœtidus *C. B. Pin.* 30. *Stinking Glaadon, or Gladwyn.* Ad ſepes & in dumetis, ſed rarius: where I now live at *Black Notley*, it grows in the Hedges by the Road, not far from the Parſonage towards *Braintree.* (Common in *Charlton-Wood*, all about *Sangate* Caſtle; Mr. *J. Sherard.*) Foliorum tritorum fœtido odore cuivis inquirenti ſe prodit, ut de lugubri florum colore, quos rarius producit, nihil dicam.

Radix Ir. luteæ calidane an frigida ſit controvertitur; quod validam aſtringendi vim obtineat omnes conſentiunt, unde ad dyſenteriam alioſque alvi & uteri fluxus, item ad hæmorrhagiam quamcunque commendatur. Flo-

res

res guſtu acres & fervidi ſunt, unde non videntur convenire oculorum inflammationibus, ut vult *Tragus*.

Flores amento imbricato, gymnoſpermæ.

SCHOENUS.

CAL. Gluma *communis, multiflora, bivalvis, magna, erecta, attenuata, perſiſtens*. Cor. Petala *ſex, lanceolata, acuta, conniventia, perſiſtentia, ſitu inæqualia, fereque imbricata: exterioribus brevioribus*. Stam. Filamenta *tria, capillaria*. Antheræ *oblongæ, erectæ*. Pist. Germen *ovato-triquetrum, obtuſum*. Stylus *ſetaceus, longitudine corollæ*. Stigma *trifidum, tenue*. Per. *nullum*. Corolla *laxe connivens, demittens maturum ſemen*. Sem. *unicum, ſubovatum, ſuperne craſſius, obſolete trigonum, nitidum*. Obs. Dantur ſpecies, in qua ſetæ aliquot minimæ e receptaculo proprio enatæ, ſemen cingunt.

Culmo tereti.

Schoenus culmo tereti, foliis margine dorſoque aculeatis. Cyperus longus inodorus ſylveſtris *Ger. Em.* 29. longus inodorus vulgaris *Park.* 1263. longus inodorus ſylveſtris Lobelio *J. B. II.* 503. longus inodorus Germanicus *C. B. Pin.* 14. Gram. cyperoides altiſſimum foliis & carina ſerratis *P. Boccon. Rar.* 72. *Long-rooted baſtard Cyperus.* On *Hinton* Moor near *Cambridge*, plentifully: Alſo in boggy Places by the River *Thame*, at *Dorſthill*, near *Tamworth*, in *Warwickſhire*; and by the Sea ſide between *Penſans* and *Marketjeu* in *Cornwal*.

Caulis huic rotundus, folia utroque margine & media coſta ſerrata; Jubæ aceroſæ Junci, e foliorum alis & ſummo caule, aliæ ſupra alias exeunt.

Schoenus culmo ſubtriquetro nudo, ſpica diſticha, involucro monophyllo. Gramen cyperoides ſpica ſimplici compreſſa diſticha *D. Plukenet Alm.* 178. *T.* 34. *f.* 9. Qui illud primus obſervavit. Mr. *Newton*, who firſt ſhewed it me, found it in watery Places about *Orton* in *Weſtmoreland*, and alſo about *Chiſſelhurſt* in *Kent*. (In the Rill near *Dulwich* Wells; Mr. *Doody*.)

Caulis ſemipedalis aliquouſque ſupra ſpicam producitur, ut ſpica e ſinu caulis egredi videatur quemadmodum in Juncis.

Schoenus

Schoenus culmo ſubtriquetro, folioſo, floribus faſciculatis, foliis ſetaceis. Cyperus minor paluſtris hirſutus, paniculis albis paleaceis *H. Ox. III.* 239. *S. VIII. T.* 9. *f.* 39. (*Ic.* non deſcr. nec hirſutus, ſed potius glaber eſt) Gramini Luzulæ accedens glabrum in paluſtribus proveniens, paniculatum *Pluk. Alm.* 178. *T.* 34. *f.* 11. Gramen cyperoides paluſtre leucanthemum *Syn. II.* 266. 15. *J. Sch. Agr.* 103. *T.* 11. *f.* 11. cyperoides albis glumis *Merr. Pin.* junceum leucanthemum *Ger. Em. L.* 1. *C.* 22. *n.* 7. In paluſtribus, ſed rarius. We found it in many boggy Places in *Cornwal*, and in all the Moſſes in *Lancaſhire* and *Scotland*. (Mr. *Doody* obſerved it on *Bagſhot Heath*; Mr. *Petiver* in a large low Bog between *Wickham* and *Croydon*; Mr. *Du-Bois* near *Tunbridge* plentifully.)

Sub finem Julii paniculam promit: altitudo ei pedalis aut major; panicula e floſculis ſeu potius glumis aceroſis albis elegantulis compoſita e ſinu folii exit & ejuſmodi duæ treſve confertæ ſummum caulem, qui triquetrus eſt occupant. (Folia plana, non juncea, ſed graminea. Locuſtæ ſquamoſæ teretes.)

Cyperus minor anguſtifolius paluſtris, capitulis fuſcis paleaceis *H. Ox. III. S. VIII. T.* 11. *f.* 40. In humidis occidentalis Angliæ locis provenit, obſervante *Bobarto*, qui totius parvitate, foliis anguſtis, paniculis minoribus & paucioribus, ſubfuſci coloris a præcedente diſtinguit. Forte varietas ſaltem eſt, loci conditioni originem debens. I found, ſays *Petiv. Conc. Gr.* 148. this plentifully in a Bog between *Southampton* and *Limington*, in *Auguſt*.

CYPERUS.

CAL. Spica *diſtiche imbricata*: ſquamis *ovatis, carinatis, plano-inflexis, flores diſtinguentibus*. COR *nulla*. STAM. Filamenta *tria breviſſima*. Antheræ *oblongæ, ſulcatæ*. PIST. Germen *minimum*. Stylus *filiformis, longiſſimus*. Stigmata *tria; capillaria*. PER. *nullum*. SEM. *unicum, triquetrum, acuminatum, villis deſtitutum*.

Culmo triquetro.

Cyperus culmo triquetro folioſo, umbella folioſa ſupradecompoſita, pedunculis nudis ſpicis alternis. Cyperus longus *Ger.* 28. longus odoratus *Park* 146. odoratus radice longa

longa ſeu Cyperus Officinarum *C. B. Pin.* 14. panicula ſparſa ſpecioſa *J. B. II.* 501. *The ordinary ſweet Cyperus, or* Engliſh *Galingale.* Found by Mr. *Newton* in the Iſle of *Purbeck*, *Dorſetſhire*, near a Chapel on the Side that looks towards *Portland* Iſland. Panicula ſparſa e ſpicis parvis compreſſis ſquamoſis compoſita.

Urinam & menſes movet hujus radix, ventriculum roborat, fœtum & ſecundinas expellit. Uſus frequens ad odoramenta & ſuffitus (pulveriſat.)

Gr. cyper. paluſt. panicula ſparſa *Park.* 1266. cyperoides panicula ſparſa majus *C. B. Pin.* 6. cyperoid. vulgatius aquat. *J. B. II.* 495. *Water or Marſh Cyperus-Graſs with a ſparſed Panicle.* In the Fen Ditches about *Wiſbich*, and *Marſhland* in *Norfolk*, *Toleſbury* in *Eſſex*, and elſewhere near the Sea; as alſo in the River of *Thames* plentifully. By the Brent-ſide; Mr. *Clements*.

Planta eſt ſpecioſa, caule concinne triquetro, angulis aſperis; paniculis craſſis rufeſcentibus, e variis ſpicarum congeſtarum agminulis compoſitis; quorum medium brevi pediculo inſidens pluribus ſpicis conſtat; reliqua quæ illud circumſtant pediculis oblongis inhærent, pauciorumque ſpicarum ſunt. Spicæ autem ſingulares multo breviores ſunt quam in Cypero rotundo littoreo inodoro.

SCIRPUS.

CAL. Spica *undique imbricata:* ſquamis *ovatis, plano-inflexis, flores diſtinguentibus.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *tria, tandem longiora.* Antheræ *oblongæ.* PIST. Germen *minimum.* Stylus *filiformis, longus.* Stigmata *tria, capillaria.* PER. *nullum.* SEM. *unicum, triquetrum, acuminatum, villis calyce brevioribus inſtructum.* OBS. *Villi* iſti ſeminis in aliis ad apicem, in aliis ad baſin ſemini annectuntur.

Scirpus culmo tereti nudo, ſpica ſubovata imbricata. Scirpus Equiſeti capitulo majori *Inſt. R. H.* 528. Juncus capitulis Equiſeti major *C. B. Pin.* 12. capitulis longis ſeu clavatus *J. B. II.* 523. aquaticus capitulis Equiſeti *Park.* 1196. minor capitulis Equiſeti *Ger. Em. p.* 34. *L.* 1. *C.* 29. *n.* 5. & *App.* 1630. *Club-ruſh, or aglet-headed Ruſh.* In rivulis frequentiſſimus. Scirpi pedales & cubitales ſunt; nec aliis præter titulum notis indiget.

Juncus clavatus major & altior *Pet. Conc. Gr.* 208. Prioris ſaltem varietas eſt, loci conditioni differentiam debens.

Scirpus culmo tereti nudo ſetiformi, ſpica ovata bivalvi, ſeminibus nudis. Scirpus minimus capitulis Equiſeti *Cat.*

G.

G. 165. Juncellus omnium minimus capitulis Equiſeti *D. Plot. Hiſt. N. Ox. p.* 145. *C.* 6. §. 5. *T.* 9. *f.* 3. *Pluk. Alm.* 20. *T.* 40. *f.* 7. Juncellus clavatus minimus capitulis Equiſeti Bocc. *H. Ox.* III. 234. *S.* VIII. *T.* 10. *f.* 37. *The leaſt upright Club-ruſh*, On *Binſey-Common*, *Oxfordſhire*, in the moiſt Ditches; hunc a ſe obſervatum mihi communicavit peritiſſimus Botanicus *D. Dodſworth.* (Poſtea in ericeto *Hounſlejano* verſus *Hampton* invenit *D. Doody.)*

Simplici ſcapo, ſetæ equinæ craſſitie, altitudine trium unciarum aſſurgit.

Scirpus culmis teretibus, nudis, alternis, caule folioſo flaccido. Scirpus Equiſeti capitulo minori *Inſt. R. H.* 528. Juncellus capitulis Equiſeti minor & fluitans *C. B. Pin.* 12. *Pr.* 23. *Syn.* II. 274. 13. Gramen junceum clavatum minimum, ſeu Holoſteum paluſtre repens, foliis, capitulis & ſeminibus Pſyllii *Syn.* II. 276. 7. *H. Ox.* III. 230. *S.* VIII. *T.* 10. *f.* 31. *Pluk. Alm.* 180. *T.* 35. *f.* 1. *Marſh Ruſh-graſs with Fleawort Heads.* This was ſhewn me by Mr. *Dodſworth.* I remember alſo to have found it at *Madern*, near *Haverford-Weſt* in *Pembrokeſhire.* Mr. *Doody* gathered it in the Ponds of *Wandſworth* Common, next the new Churchyard, in *Surrey*; and in the ſame Place with the Pepper-graſs.

Gramen junceum polyſtachyon *C. B. Pin.* 5. *Th.* 74. *Syn.* II. 277. 12. junceum vulgare *Park.* 1189. & Gram. juncoides Junci ſparſa panicula *Ejuſd.* 1190. Hanc ſpeciem *D. Bobartus* in Anglia ſpontaneam eſſe aſſerit. (An hujus proprie loci vel cujuſnam familiæ Gramen ſit, nondum conſtat.)

Scirpus culmo tereti nudo, ſpicis ovatis pluribus, pedunculatis terminalibus. Scirpus paluſtris altiſſimus *Inſt. R. H.* 528. Juncus maximus ſeu Scirpus major *C. B. Pin.* 12. maximus Holoſhoenos *J. B. II.* 522. lævis maximus *Park.* 1191. aquaticus maximus *Ger.* 31. *Bull-ruſh.* In fluminibus, piſcinis & ſtagnis majoribus. Paniculæ huic e ſummo ſcapo exeunt.

Hujus varietatem panicula glomerata, caule breviore & calamo ſupra paniculam minus producto in mariſcis inſulæ *Selſey* obſervavit *D. Dillenius.*

Juncus ſive Scirpus medius *C. B. Pin.* 12. *Th.* 181. ſylvaticus Tabernamontani *J. B. II.* 524. lævis vulgaris *Park.* 1191. *The leſſer Bull-ruſh.* In the Sea-Ditches at *Brickleſey* and *Mer-*

Merſey-Iſland; Mr. *Dale*. (In a Pond of a Breach, a little beyond *Limehouſe* ; Mr. *Doody*.)

Juncus aquaticus medius, caule carinato *Dood. Ann.* aquaticus major carinatus *Pet. Conc. Gr.* 199. On this Side *Batterſea* Meadow, and in the *Thames* by *Limehouſe*; ubi creſcit etiam Juncus maritimus caule triangulari molli, item Graminis cyperoidis ſpecies, foliis anguſtioribus & durioribus panicula parva nigra congeſta: eſt Cyperi littorei ſpecies, radicem autem non vidi ; *Dood.*

Horum uſus multiplex eſt, ad ſegetes & ſtragula, pedum ſcabella, cathedrarum ſedes, ſportas, &c. Junci lævis medullæ uſus eſt ad ellychnia. E cortice autem funes texunt in agro Staffordienſi; vid. *D. Plot. Hiſt. Nat. Staff.*

Juncus acutus maritimus, caule triquetro maximo molli, procerior noſtras *Pluk. Alm.* 200. *T.* 40. *f.* 2. caule triangulari *Merr. P.* Ad ripam Thameſis fluvii tam infra quam ſupra Londinum.

Juncus hic a *D. Doody* mihi primum oſtenſus, longe diverſus eſt a Junco triangulo *C. B.* nec dum deſcriptus: magnitudine & proceritate inſignis, nec Scirpo maximo multo inferior, quocum & mollitie convenit.

Scirpus culmo tereti nudo, ſpicis ſubgloboſis glomeratis, pedunculatis, involucro diphyllo inæquali mucronato. Scirpus maritimus, capitulis rotundioribus glomeratis *Inſt. R. H.* 528. Juncus acutus maritimus, capitulis rotundis *C. B. Pin.* 11. *Th.* 174. acutus maritimus alter *Park.* 1194. Found by Mr. *Stephens* in *Brounton Boroughs* in *Devonſhire.* (It alſo grows in *Somerſetſhire* and *Hampſhire* ; *Pet. Conc. Gr.* 195.)

Scirpus culmo nudo ſetaceo, ſpicis lateralibus ſubſolitariis ſeſſilibus Scirpus foliaceus humilis *C. G.* 158. Juncellus omnium minimus, Chamæſhœnos *Adv. Lob.* 44. *Syn. II.* 274. 16. *H. Ox. III.* 232. *S. VIII. T.* 10. *f.* 23. Juncellus Lobelii *Park.* 1192. Juncus humilis *J. B.* II. 522. it. J. minimus fontis admirabilis *Ej.* 523. Gram. junceum minimum capitulo ſquamoſo *C. B. Pin.* 6. *Pr.* 13. Et Juncellus inutilis ſive Chamæſhœnos *C. B. Pin.* 12. *Pr.* 22. Gramen juncoides exile, omniumque tenuiſſimum Pleymuenſe *Lob. Ill.* 67. junceum maritimum exile Plimmoſtii *Park.* 1270. *ic.* 1271. *deſcr.* *The leaſt Ruſh of all.* In arenoſis & glareoſis humidioribus.

Paniculæ (ſpicæ potius) huic in eodem ſcapo plerumque duæ, interdum unica, rarius tres. Hunc *D. Mer-*

ret.

ret. in Pin. Gramen ſparteum capite bifido vel gemino denominavit, ut ex planta ipſa a *D. Lawſon* ad me tranſmiſſa agnovi, unde in *Faſciculo noſtro* titulus ille, Gramen ſparteum capite bifido vel gemino delendus eſt: male enim pro diſtincta a Juncello ſpecie habetur. (Sed vero magis ſimile nomen *Merreti* pertinere ad gramen ſparteum ſuperius recenſitum.)

Scirpus montanus capitulo breviori *Inſt. R. H.* 528. *J. Sch. Agr.* 363. *T.* 7. *f.* 18. Juncus parvus paluſtris, cum parvis capitulis Equiſeti *Syn.* II. 15. *Pluk. Alm.* 200. *T.* 40. *f.* 6. montanus parvus, cum parvis capitulis luteis *J. B. II.* 523. Gramen ſparteum capitulis Equiſeti *Merr. Pin. Dwarf Marſh-Ruſh with ſmall Aglet Heads.* In pratis udis & locis paluſtribus circa *Middleton* vicum in agro Warwicenſi & alibi. Mr. *Doody* obſerved it in very dry Places among Heaths, and near a Foot high.

Styli palmares aut dodrantales, tenues, ſatis firmi: capitulum ex ſpadiceo nigricans, triplo brevius quam Junci clavati, (ſtylo brevi capitulo adnato eoque vix altiore, unde capitulum ſummo culmo non inſidere apparet, qua nota & quod uno alterove brevi verſus caulis partem inferiorem folio donetur, a Junco capitulis Equiſeti aliiſque abunde differt, ut an diſtincta ſit ſpecies cum *Doodio Syn. II. App.* 345. dubitare amplius non opus ſit. Figura *Scheuchzeri* & *J. Bauhini* melior eſt *Plukenetiana.)*

Hujus in locis paluſtribus, v. g. propre *Stretham* eodem loco cum Gramine piperino, varietas occurrit, ramis longis procidui & fluitantibus, cum crebris ad ſingula genicula radicibus, pro aquæ altitudine plus minuſve longe demiſſis. Et folia & cauliculi hujus ſpeciei plani ſeu compreſſi ſunt.

Juncello accedens graminifolia plantula capitulis Armeriæ proliferæ Lhwyd *Syn. II.* 275. Gramen cyperoides minimum Caryophylli proliferi capitulo ſimplici ſquamato *H. Ox. III.* 245. *S. VIII. T.* 12. *f.* 40. *A ſmall Ruſh-graſs* with Heads like a childing *Sweet-Williams.* On the Mountains of *Wales.* Foliis eſt ad imum tenellis gramineis, caule tenui palmari, enodi, capitulo in faſtigio congeſto, Armeriæ proliferæ æmulo. (Priori idem videtur.)

Juncus lævis minor panicula glomerata nigricante *Cat. Pl. A.* 174. *Syn. I.* 202. 10. *II.* 273. 10. paluſtris panicula glomerata, ex rubro nigricante *Cat. Cant.* 81. Lithoſpermi ſemine *H. R. Bl. & Bot. Monſp.* 145. *ic. & deſcr.* capitatus Lithoſpermi ſemine *H. Ox. III. S. VIII. T.* 10. *f.* 28. Gramen ſparteum nigro capitulo *Merr. Pin. Round black-headed Marſh-ruſh, or Bog-ruſh.* Locis paluſtribus ſolo ſpongioſo. Scirpi cubitales ſunt; reliquas notas tituli ſuppeditant.

Culmo

Culmo triquetro panicula nuda.

Scirpus culmo triquetro nudo acuminato, panicula conglomerata nuda. Juncus acutus maritimus caule triquetro, rigido, mucrone pungente *Pluk. Alm.* 200. *T.* 40. *f.* 1. acutus maritimus caule triangulo *C. B. Pin.* 11. *Pr.* 22. *Th.* 175. *Park.* 1194. *H. Ox. III.* 232. *S. VIII. T.* 10. *f.* 20. triangularis Jerſejanus D. Sherard *Buddl. H. S.* 34. In Inſula Jerſeia a *D. Sherard* inventus.

Culmo triquetro panicula foliacea.

Scirpus culmo triquetro, panicula conglobata foliacea, ſpicularum ſquamis trifidis; intermedia ſubulata. Cyperus rotundus littoreus inodorus *Lob. Ic.* 77. *J. B. II.* 503. rotundus inodorus Anglicus *C. B. Pin.* 14. rotundus littoreus *Ger. Em.* 31. rotund. littoreus inodorus Anglicus *Park.* 1264. *Round-rooted baſtard Cyperus.* In Angliæ Borealis fluminum littoreis leneque fluentium rivulorum & maris alluvionibus invenit *Lobelius.* By the *Thames* about *London* in many Places; Mr. *Doody.* Obſerved alſo about *Maldon* in *Eſſex* plentifully, by Mr. *Dale.*

Radicibus in nodos extumeſcentibus; foliis latioribus; paniculâ congeſtâ ex unico ſpicarum agmine communi pediculo brevi inſidentium; ſpicis ſingularibus longioribus & fere uncialibus, a præcedente differt.

Scirpus culmo triquetro folioſo, umbella foliacea, pedunculis nudis ſupra-decompoſitis, ſpicis confertis. Cyperus Gramineus *J. B. II.* 504. grmineus miliaceus *Ger. Em.* 30. Pſeudo-cyperus miliaceus *Park.* 1171. Gram. cyperoides miliaceum *C. B. Pin.* 6. *Th.* 90. *Millet Cyperus-Graſs.* We have found it many Places: as by the *Thame* Side near *Tamworth* in *Warwickſhire*: In a Brook near *Haverford-Weſt* in *Pembrokeſhire.* Mr. *Dale* obſerved it by the River *Blackwater*, at a Mill below *Bocking* in *Eſſex*, in a Pond near *Highgate*, and in *Walcot*-Gardens, near the Wilderneſs. (In the Ditch by the Road to *Kentiſh-Town*, a little beyond *Pancras* Church; Mr. *Newton.*) Panicula nigricans in latum diffunditur.

Caulis huic plantæ cubitalis eſt & interdum ſeſquicubitalis, triquetrus, medulla farctus, ſumma parte parvo in-

terdum foramine pervius, nodoſus, & ad ſingulos nodos (qui non raro ſex, ſeptemve, aut etiam plures ſunt) foliis ſingulis ima parte ad duorum digitorum ſpatium eum involventibus, inferioribus pedem aut dodrantem longis, unciam latis, carinatis, læte viridibus; veſtitus; in ſummo faſtigio paniculam geſtans nigricantem, ſparſam junceam potius quam miliaceam, cujus radii partiales majores, paniculas privatas ſuſtinentes, e ſinu folii exeunt. Paniculæ dictæ privatæ e ſpicis ſquamoſis pluribus ſimul in ſummis pediculis coagmentatis conſtant. Spicæ autem adeo parvæ ſunt ut ſquamæ ægre poſſint diſcerni: ſub ſquamis latitant ſemina parva, oblonga pallida. Folia ima quæ e radice exeunt cubitalia, iis quæ in caule ſimilia, verum anguſtiora nonnihil. Carina & acies ſeu margines foliorum digitum deorſum ducentibus aſpera ſentiuntur.

ERIOPHORUM.

CAL. Spica *undique imbricata:* ſquamis *ovato-oblongis, plano-inflexis, membranaceis, laxis, acuminatis, flores diſtinguentibus.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *tria, capillaria.* Antheræ *erectæ, oblongæ.* PIST. Germen *minimum.* Stylus *filiformis, longitudine ſquamæ calycis.* Stigmata *tria, ſtylo longiora, reflexa.* PER. *nullum.* SEM. *triquetrum, acuminatum, villis ſpica longioribus inſtructum.*

Eriophorum culmis vaginatis teretibus, ſpica paleacea. Juncus Alpinus cum cauda leporina *J. B. II.* capitulo lanuginoſo ſive Schœnolaguros *C. B. Pin.* 12. Alpinus capitulo lanuginoſo *Ej. Pr.* 23. Gramen plumoſum elegans *Merr. P.* Gramen juncoides lanatum alterum Danicum *Park.* 1271. *Hairs-tail-ruſh.* On *Elſemere* Meers in *Shropſhire*, and *Pillinmoſs* in *Lancaſhire.* (On the great Bog beyond *Joan Coles* towards *Croydon* in great plenty; Mr. *J. Sherard.)*

I underſtood by Mr. *Lawſon*, that this is the ſame Plant which *Parkinſon, p.* 1188. calls *Gramen junceum montanum ſubcœrulea ſpica Cambro-britannicum.* The ſame Obſervation I find in *Phytol. Britan.* So that *Parkinſon* errs in putting it for a diſtinct Species, and I inadvertently following him in my Hiſtory of Plants, *p.* 1306. Spicæ ſubcœruleæ mox poſt Natalitia Chriſti apparent. Oves eum avide depaſcuntur, unde *Moſs-crops* Weſtmorlandicis dicitur; *D. Lawſon.*

Erio-

Eriophorum culmis teretibus, foliis planis ſpicis pedunculatis. Linagroſtis *Tab. Hiſt.* 599 Gramen pratenſe tormentoſum panicula ſparſa *C. B. Pin.* 4. tomentarium *Ger.* 27. Gnaphalium Tragi ſive Juncus bombycinus *J. B. II.* 514. Gram. junceum lanatum, vel Juncus bombycinus vulgaris *Park.* 1271. *Cotton-graſs.* In paludoſis, inque humidis & cœnoſis frequens.

Foliis eſt gramineis. Caulis pedalis aut cubitalis. Panicula tomentoſa, nivea, multiplex. (Characterem hujus generis vid. in *Sch. Agr. p.* 302. *T.* 7. *f.* 1. 2. 3. 4.)

NARDUS.

CAL. *nullus.* COR. *bivalvis:* Valvula exterior *lanceolato-linearis, longa, ſenſim in ariſtam deſinens, ventre amplectens minorem;* V. minor *interior, linearis, in ariſtam breviorem deſinens.* STAM. Filamenta *tria, capillaria, corolla breviora.* Antheræ *oblongæ.* PIST. Germen *oblongum.* Stylus *unicus, filiformis, longus, pubeſcens.* Stigma *ſimplex.* PER. Corolla *adnaſcitur ſemini, nec dehiſcit.* SEM. *unicum, tectum, lineari-longum, utrinque acuminatnm, ſuperne anguſtius.*

Nardus ſpica ſetacea recta. Gramen ſparteum juncifolium *C. B. Pin.* 5. *Th.* 69. Spartum parvum Lobelio *J. B. II.* 513. Spartum noſtras parvum Lobelio *Ger. Emac.* 43. Spartum parvum Betavicum & Anglicum *Park.* 1199. *Small Mat-weed.* In paluſtribus & ericetis. (On *Putney-heath* plentifully, flowering from the End of April, and holds its Spike till Winter; *Pet. Conc. Gr. n.* 29.) On *Hanwell-heath*, near *Boſton-lane*; ann on *Hounſlow-heath*, behind the Powder-Mills. Mr. *Clements.*

Folia huic tenuia, juncea, caulis palmaris, ſumma parte reflexus, & pro ſpica duplicem ſeriem glumarum aceroſarum ſuſtinens.

II. DIGYNIA.

PHALARIS.

CAL. Gluma *uniflora, bivalvis, compreſſa, obtuſa:* valvulis *navicularibus, compreſſis, carinatis, ſuperne obtuſioribus, marginibus rectis, parallele conniventibus.* COR. *bivalvis, calyce minor:* Valvula exteriore *oblonga, acuminata, convoluta;* interiore *minore.* STAM. Filamenta *tria, capillaria, calyce breviora.* Antheræ *oblongæ.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Styli *duo, capillares.* Stigmata *villoſa.* PER. Corolla *cir-*

cumnaſcitur ſemini, cruſtæ inſtar, nec dehiſcit. SEM. *unicum, tectum, glabrum, e rotundo utrinque acuminatum.*

Phalaris panicula ſubovata ſpiciformi, glumis carinatis. Phalaris major, ſemine albo *C. B. Pin.* 28. Phalaris *J. B. II.* 442. We obſerved ſeveral Fields ſown with *Phalaris*, near *Sandwich* ; Mr. *Sherard* and Mr. *Rand.*

Gramen avenaceum dumetorum ſpicatum *Syn. II.* 249. An Feſtuca graminea nemoralis latifolia mollis *C. B. Pin.* 10. *Th.* 144? *Spiked Hedge-Oat-Graſs.* In ſepibus & dumetis frequentiſſimum. Folia huic lata ſunt, pallide viridia, ſtriata, piloſa, tractantibus aſpera, aridiuſcula. Spica ſtrigoſa, e partialibus anguſtis ſquamoſis ſpicis compoſita. Serius floret.

Phalaris panicula cylindrica ſpiciformi. Gramen typhinum majus ſeu primum *Ger. Emac.* 11. medium ſeu vulgatiſſimum *Park.* 1170. cum cauda muris majoris longa, majus *J. B. II.* 472. typhoides aſperum primum *C. B. Pin.* 4. ex ſententia fratris *J. B. The greateſt Cats-tail-Graſs.* In paſcuis ad ſemitas & ſepes.

(Subinde, tempore præſertim pluvioſo, cum ſpica foliacea reperitur, quam varietatem ad aggeres fluminis *Wandſor* Octobri menſe obſervavit D. *Martyn.*)

Gramen typhinum minus *Ger.* 10. *Park.* 1170. Gramen cum cauda muris minus *J. B. II.* 471. typhoides aſperum alterum *C. B. Pin.* 4. *The leſſer Cats-tail-Graſs.* Cum priore, a quo ſtatura minore & ſpica anguſtiore brevioreque differt.

Gramen nodoſum ſpica parva *C. B. Pin.* 2. *Pr.* 3. *Th.* 20. *Ic.* In Anglia provenit, ſed locus memoria excidit. A præcedenti & Gramine myoſuroide nodoſo omnino differt.

Phalaris panicula oblonga ventricoſa. Gramen arundinaceum aceroſa gluma noſtras *Park.* 1273. *Ic. H. Ox. III.* 203. *S. VIII. T.* 6. *f.* 41. *Great Reed-Graſs with chaffy Heads.* Ad fluviorum ripas paſſim.

Spica graminis aſperi, non multum ſparſa, plerumque purpuraſcens, interdum albicans. Caulis arundinaceus humanam altitudinem ſuperans, folia etiam arundinacea, glauca.

Gramen arundinaceum aceroſa gluma Jerſeianum D. *Sherard.* Mr. *Bobart* will have it to be the Gramen paniculatum folio variegato *C. B. Only not ſtriped.* On the Sea-coaſt of *Jerſey*, over-againſt *Normandy* ; Dr. *Sherard.* (Near *Lhanperis*, by the Rivulet going to the old

old Caſtle. Non videtur ſpecie differre a priori, ſaltem folia magis glauca ſunt.)

Gramen aquaticum majus *Ger. Em.* 6. majus aquaticum Lobelii *J. B. II.* 462. paniculatum aquaticum latifolium *C. B. Pin.* 3. *H. Ox. III.* 201. *S. VIII. T.* 6. *f.* 25. Gr. paluſtre paniculatum altiſſimum *C. B. Pin.* 3. *Great Water-Reed-Graſs.* Ad aquas & rivos copioſe.

Ob altitudinem & culmi magnitudinem Arundinis æmulam non immerito a nonnullis Gramen arundinaceum vocatur, quamvis panicula ejus lanuginoſa non ſit, ſed ex locuſtis ſquamoſis (pluribus quam duobus paribus) compoſita.

Gramen arundinaceum aquaticum, panicula avenacea *Syn. II.* 254. 2. Found by Mr. *Doody* on the Banks of the River *Thames*, between *London* and *Chelſea*, (and in the Woods by the Boarded River.)

Ad tricubitalem altitudinem aſſurgit, culmo gracili arundineo, geniculato, longis internodiis, in cacumine longam non multum ſparſam, ſubinde purpuraſcentem, e ſpicis ſquamoſis muticis compoſitam paniculam geſtans. Folia anguſtiora quam pro magnitudine plantæ, longiſſima. Spicæ illæ, ſeu locuſtas mavis dicere, ex quibus panicula componitur, minores ſunt quam in præcedente.

Gramen paniculatum nemoroſum, latiore folio, glabrum, panicula nutante non ariſtata.

Hoc titulo a D. *Micheli* miſſum Gramen in Anglia etiam nuper prope *Dover* repertum eſt, quod radicibus variè implicatis magno denſoque cæſpite oritur. Culmus pennæ anſerinæ & amplioris craſſitudinis, tricubitalis: folia nervoſa ſemuncialis longitudinis ſunt, rigida: panicula dodrantalis, ex locuſtis ſquamoſis, ejuſdem cum duobus præcedentibus figuræ compoſita. Found by Mr. *Rand*, and Mr. *J. Sherard*.

PANICUM.

CAL. Gluma *uniflora, trivalvis:* Valvulis *ovato-acuminatis: tertia minima a tergo alterius poſita.* COR. *bivalvis:* Valvulæ *ovato-acuminatæ: altera minor planior.* STAM. Filamenta *tria, capillaria, brevia.* Antheræ *oblongæ.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Styli *duo, capillares.* Stigmata *plumoſa.* PER. Corolla *adnaſcitur ſemini, nec dehiſcit.* SEM. *unicum, tectum, ſubrotundum, inde planiuſculum.*

Panicum ſpicis alternis conjugatiſque, ſpiculis ſubdiviſis, glumis ariſtatis hiſpidis. Gramen paniceum ſpica diviſa *C. B. Pin.* 8. *Th.* 136. Graminis genus quibuſdam, Gallis Dens canis ſecundus, ſive Panicum ſylveſtre ſpica divulſa *J. B. II.* 443. Panicum vulgare *Ger. Em.* 85.

 ſyl-

ſylveſtre Herbariorum *Park.* 1154. *Panick-Graſs with a divided Spike.* Aquoſis delectatur, verum in Anglia rarius invenitur. *Tho. Williſell* found it in Mr. *Bleſſet's* Garden, between *Deptford* and *Greenwich.* Variat ſpica nuda & ariſtata. (Spica lævi : In a Lane by the *Neat-houſe* Gardens ; Spica ariſtata : By the Rivulet Side near *Petersfield,* Hampſhire ; Mr. *Goodyer* ; *Merr. P.)*

Panicum ſpicis aggregatis, baſi interiore nodoſis, floſculis geminis, muticis, vaginis foliorum punctatis. Gramen dactylon latiore folio *C. B. Pin.* 8. *Th.* 114. Graminis genus, Dens caninus 3. vel Gramen primum, ſive Galli crus *J. B. II.* 444. Iſchæmon ſylveſtre latiore folio *Park.* 1178. *Cocks-foot-graſs.* In Juſtice *Eves* his Paſtures at *Great-Witchingham,* ſeven Miles from *Norwich,* towards *Lynne* ; alſo plentifully in the ploughed Fields about *Elden* in *Suffolk* ; *T. Williſell.*

Panicum ſpicis digitatis patentibus, baſi interiore villoſis, floribus ſolitariis, ſarmentis repentibus. Gramen repens cum panicula graminis Mannæ *J. B. II.* 459. dactyloides radice repente *Ger. Em.* 28. canarium Iſchæmi paniculis *Park.* 1179. dactylon folio arundinaceo majus *C. B. Pin.* 7. *Th.* 112. quod nomen huic noſtro, utpote minori & ſupino, minime convenit. *Creeping Cocks-foot graſs.* Found by Mr. *Newton* on the ſandy Shores between *Penſans and Marketjeu* in *Cornwal,* plentifully.

P H L E U M.

CAL. Gluma *uniflora, bivalvis, oblonga, linearis, compreſſa, apice bicuſpide dehiſcens :* valvulis *rectis, concavis, compreſſis amplexantibus, æqualibus ariſtatis.* COR. *bivalvis, calyce brevior :* Valvula exteriore *amplexante* interiorem *minorem.* STAM. Filamenta *tria, capillaria, calyce longiora.* Antheræ *oblongæ, bifurcatæ.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Styli *duo, capillares, reflexi.* Stigmati *plumoſa.* PER. *nullum.* Calyx & Corolla *includentia ſemen.* SEM. *unicum, ſubrotundum.*

Phleum ſpica ovata ciliata, caule ramoſo. Gramen typhinum maritimum minus *Syn. II.* 252. 3. *Pluk. Alm.* 177. *T.* 33. *f.* 8. An Gramen typhinum Danicum minus *Park.* 1170 ? *See Cats-tail-graſs.* In Sabuloſis maritimis frequentiſſimum eſt. Spica uncialis, turgidula, ima plerunque parte anguſtior eſt. (Figura Parkinſoni

caules

caules magis folioſós exhibet, quam in hac ſpecie obſervantur.)

ALOPECURUS.

CAL. Gluma *uniflora, bivalvis:* Valvulis *ovato-lanceolatis, concavis, compreſſis, æqualibus.* COR. *univalvis* Valvula *concava, longitudine calycis.* Ariſta *longa, dorſo valvulæ prope baſin inſerta.* STAM. Filamenta *tria, capillaria.* Antheræ *utrinque bifurcæ.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Styli *duo, cirrhoſi, reflexi, calyce longiores.* Stigmata *ſimplicia.* PER. *Corolla ſemen obveſtiens.* SEM. *unicum, ſubrotundum, tectum.*

Alopecurus culmo ſpicato, erecto. Gramen Alopecuro ſimile glabrum cum pilis longiuſculis in ſpica, Onocordon mihi denominatum *J. B. II.* 475. alopecuroides majus *Ger. Em.* 10. phalaroides majus *Park.* 1164. phalaroides majus, ſive Italicum *C. B. Pin.* 4. *Th.* 55. forte etiam phalaroides ſpica molli ſive Germanicum *C. B. Pin.* 4. *Pr.* 10. *Park.* 1164. *The moſt common Fox-tail-graſs.* In paſcuis frequentiſſimum. Aprilis fine aut ineunte Maio floret.

Folia glauco polline obducta, glabra; ſpica mollis cinericea, glumæ ſingulæ ariſta molli longiuſcula donantur; altitudo ſeſquicubitalis aut bicubitalis.

Gramen myoſuroides majus, ſpica longiore, ariſtis rectis *Syn. II.* 251. cum cauda muris purpuraſcente *J. B. II.* 473. typhoides ſpica anguſtiore *C. B. Pin.* 4. *Th.* 53. alopecuroides ſpica longa majus & minus *Park.* 1169. alopecurinum minus *Ger. Em.* 10. *The greater Mouſe-tail-graſs.* Inter ſegetes.

Spica huic duriuſcula, gracilis, longa, teres, purpuraſcens, ariſtis brevibus rectis. (Hanc ſpeciem invenit D. *Buddle* non procul a *Paddington*, ſpica & glumis ablicantibus; D. *Doody.)*

Gramen myoſuroides minus, ſpica breviore, ariſtis recurvis. *The leſſer Mouſe-tail-graſs, with crooked Awns.* D. *Dale.* In viis publicis, locis udis, provenit; nec ante Autumnum aut æſtatis finem ſpicam producit. In editione prima Gram. ſpica gracili, ariſtis brevibus recurvis dicitur.

Gramen myoſuroides nodoſum. Found by Mr. *James Sherard.*

Culmo eſt pedali, gracili, duobus tribuſve geniculis diſtincto & ad inferiora genicula reflexo, cujus ſummo ſpica uncialis gracilis reliquis hujus generis ſimilis inſidet. Folia anguſta, glabra, ad uncialem & ſeſquiuncialem longitudinem caulem cingunt & eadem longitudine ab eo extant.

 Radix

Radix nodoſa plures emittit caules fibraſque. Vid. Tab. XX. fig. 2.

Alopecurus culmo ſpicato infracto. Gramen aquaticum geniculatum ſpicatum *C. B. Pin.* 3. *Th.* 41. fluviatile ſpicatum *Ger.* 13. aquaticum ſpicatum *Park.* 1275. *Spiked Float-graſs.* In aquoſis frequens.

Gramen fluviatile album *Tab. Icon.* 217. Tota planta pallidior floſculis etiam albidis; D. *Buddle*, varietas hujus.

Spica perſimilis eſt præcedentis ſpicæ, ſed gracilior & brevior; caules infirmi procumbentes, & e geniculis radices agentes.

MILIUM.

CAL. Gluma *uniflora, bivalvis:* Valvulis *ovatis, acuminatis.* COR. *bivalvis, calyce minor:* Valvulæ *ovatæ: altera earum minore.* STAM. Filamenta *tria, capillaria, breviſſima.* Antheræ *oblongæ.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Styli *duo, capillares.* Stigmata *penicilliformia.* PER. Corolla *adnaſcitur ſemini, nec dehiſcit.* SEM. *unicum, tectum, ſubrotundum.*

Milium foliis diſperſis. Milium Effuſum, Gramen miliaceum *Lob. Icon.* 3. *Ger.* 6. *J. B. II.* 462. ſylvaticum panicula miliacea ſparſa *C. B. Pin.* 8. miliaceum vulgare *Park.* 1153. *Millet-graſs.* In ſylvoſis ad latera collium.

Culmus ei gracilis, tricubitalis; panicula ſparſa è locuſtellis plurimis non ſquamoſis compoſita. Semina longiuſcula, e viridi albicantia, lucida, Miliaceis minora, Milio cæterum panicula & toto habitu valde ſimile.

AGROSTIS.

CAL. Gluma *uniflora, bivalvis, acuminata.* COR. *bivalvis, acuminata, vix longitudine calycis; altera majore ariſtata.* STAM. Filamenta *tria, capillaria, corolla longiora.* Antheræ *furcatæ.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Styli *duo, reflexi, villoſi.* Stigmata *ſimilia.* PER. Corolla *adnaſcitur ſemini, nec dehiſcit.* SEM. *unicum, ſubrotundum, utrinque acuminatum.*

Agroſtis petalo exteriore exſerente ariſtam rectam ſtrictam longiſſimam. Agroſtis Spicaventi: Gramen miliaceum ſegetale majus *Pet. Conc. Gr. n.* 114. ſegetum panicula ſpecioſa *Park.* 1158. ſegetum altiſſimum panicula

nicula ſparſa *C. B. Pin.* 3. *Th.* 34. *H. Ox. III.* 199. *S. VIII. T.* 5. *f.* 1. capillatum *J. B. II.* 462. ſegetale *Ger.* 5. *Fair panicled Corn-graſs, or Bent-graſs.* Inter ſegetes locis humidioribus, nec raro in ſylvis & paſcuis, locis aquoſis.

Juba pedalis in ſummo caule, locuſtellæ paniculas componentes perexiguæ ſunt, longiuſculæ, ſerici inſtar ſplendentes, ex albo purpurantes.

Graminis ſpeciem huic ſimilem, ſed multo minorem, caule pulchre rubente, oſtendit nobis D. *Lawſon*, a ſe in foreſta de *Whinfield*, *Clibburnfield*, & *Great Strickland-field* in Weſtmorlandia inventam. (Gramen miliaceum minus, pulchre rubens vocat *Petiv. Conc. Gr. n.* 115.) Forte prioris ſaltem varietas eſt

Gramen avenaceum nemorenſe, glumis rarioribus ex fuſco xerampelinis *Syn. II.* 262. 12. avenaceum locuſtis rarioribus *C. B. Pin.* 10. avenaceum rariore grano nemorenſe Danicum *Lob. Ad. P. Alt.* 465. *ic. J. B. II.* 434. avenaceum ſpica mutica rariore gluma *H. Ox. III. S. VIII. T.* 7. *f.* 49. An Gr. Angl. Britannicum avenaceum, Danico nemorali ſimile *Lob. ap. C. B. Pin. p.* 10. In aggeribus ſepium umbroſis juxta ſylvas, non tamen admodum frequens. (In a Hedge between *Highgate* and *Hampſtead*, on the Left Hand; Mr. *Newton.*)

Folia Graminis avenacei dumetorum; panicula ſeſquipalmaris & longior, e raris locuſtis compoſita, quarum ſingulæ glumis duabus non ariſtatis ex fuſco xerampelinis, interius in ſinu ſuo utriculum, cui ſemen includitur, continentibus conſtant. (Miliaceum eſt, ſingula locuſta unicum ſemen continente; D. *Doody.*)

Agroſtis paniculæ ramulis divaricatis muticis, culmo repente, calycibus æqualibus. Agroſtis Stolonifera. Gramen montanum miliaceum minus, radice repente *Syn. II.* 256. caninum ſupinum minus *C. B. Pin.* 1. *Th.* 13. *J. Sch. Agr.* 128. parvum repens, purpurea ſpica *J. B. II.* 459. Upon the Mountains of *Mourn* in *Ireland*; Dr. *Sherard.*

Agroſtis panicula capillari patente, calycibus ſubulatis æqualibus hiſpidiuſculis coloratis, floſculis muticis. Agroſtis Capillaris. Gramen miliaceum locuſtis minimis, panicula fere arundinacea *R. Meth. Em.* 177. miliaceum minus panicula rubente *Pet. Conc. Gr.* 120. pratenſe vulgare panicula fere arundinacea *J. B. II.* 461. An Gramen montanum panicula ſpadicea delicatiore *C. B. Pin.*

3. *Pr.*

3. *Pr.* 6? In paſcuis ubique Junii initio paniculam promit.

Panicula purpurea cum primo egreditur minus ſparſa, ſummitate inflexa arundinaceam æmulatur: Cum explicatur non amplius nutat, ſed erigitur & in omnem partem diffunditur, numeroſiſſimis & creberrimis locuſtellis non ſquamoſis, ſed duabus tantum glumis compoſitis conſtans. (Mire magnitudine ludit pro ratione loci. An duæ vel plures dantur ſpecies? D. *Doody Ann.*)

Gramen miliaceum majus, panicula ſpadicea *Pet. Conc. Gr.* 118. *Great brown Meadow Millet-graſs.* An Gr. montanum panicula ſpadicea delicatiore *C. B. Pr.* 6? Its Tufts large and brown, compoſed of fine forked or gaping beardleſs Glumes. In dry hilly Paſtures in *June* and *July*.

Gramen miliaceum majus, panicula viridi *Pet. Conc. Gr.* 119. In Meadows by Rivers-ſides, in *June* and *July*. (Prioris varietas potius, quam diverſa ſpecies videtur & merito dubitatur an a Gramine pratenſi vulgari panicula fere arundinacea *J. B.* utrumque ſpecie differat.)

Gramen miliaceum ſylveſtre glumis oblongis *Pet. Conc. Gr.* 121. *Buddles Wood Millet-graſs.* Firſt diſcovered by him in *Biſhops-Wood*, Hampſtead.

AIRA.

CAL. Gluma *biflora*, *bivalvis*: Valvulis *ovato-lanceolatis*, *acutis*, *æqualibus*. COR. *bivalvis*: Valvulæ *calyci ſimillimæ*: *altera* ſæpe *exſerente ariſtam*. STAM. Filamenta *tria*, *capillaria*, *longitudine floris*. Antheræ *oblongæ*, *utrinque furcatæ*. PIST. Germen *ovatum*. Styli *duo*, *ſetacei*, *patentes*. Stigmata *pubeſcentia*. PER. *nullum*. Corolla *includens ſemen adnaſcitur*. SEM. *ſubovatum*, *tectum*.

Aira panicula ſpicata, *floribus muticis pedunculo longioribus*, *glumis acuminatis inæqualibus*. Gram. pumilum hirſutum ſpica purpuro-argentea molli *Syn. II.* 3. ſpica criſtata ſubhirſutum *C. B. Pin. III. Pr.* 8. *H. Ox. III.* 194. *S. VIII. T.* 4. *f.* 7. montanum hirſutis foliis, ſpica leucophæa dirupta *Pluk. Alm.* 177. *T.* 33. *f.* 7. *Dwarf Fox-tail-graſs, with a purpliſh ſilver-coloured Spike.* Found by Mr. *Dale.* In montoſis & campeſtribus ſed rarius. Spica ſeſcuncialis, e purpura argentea, mollis & laxior, ariſtis carens. (On *Black-heath Pet. Conc. Gr.* 3.)

Alopecuros maxima Anglica *Park.* 1166. altera maxima Anglica paludoſa *Ger. Emac.* 88. altera maxima Anglica paludoſa, ſeu Gramen alopecuroides maximum *J. B. II.* 474. *Lob. Adv. part. alt.* Gr. Alopecuroides Anglobritann. maximum

imum *C. B. Pin.* 4. *Great Engliſh Marſh Fox-tail-graſs.* In riguis herbidis Comitatus Southamptoniæ proxime Salinas & antiquas ædes *Drayton* vocatas, cis mare, duobus mill. Anglicis a *Portſmouth* ex adverſo Vectis inſulæ plurima; itemque in udis foſſis lacuſtribus Eſſexienſis comitatus juxta Thameſis amœniſſima fluenta. *Lob. ibid.* (Ad *Purfleet* in *Eſſex*, over-againſt the Mill towards *Raynam*, on the other ſide of the great Ditch; Mr. *Newton.*)

Aira foliis planis, panicula patente, floribus muticis lævibus calyce longioribus. Gramen miliaceum aquaticum *Syn. II.* 255. miliaceum fluitans ſuavis ſaporis *Merr. Pin.* ſupinum paniculatum dulce *C. B. Pin.* 1. *Pr.* 1. *Th.* 13. *J. B. II.* 459. exile tenuifolium Canario ſimile, ſeu Gr. dulce *Park.* 1174. dulce udorum *Lob. Illuſtr.* 10. Ut certius innoteſcat quam Graminis ſpeciem intelligamus, deſcriptionem ejus ſubjiciemus.

Fibris multis albis longis, ex imi culmi, in terram plerumque reflexi geniculis demiſſis radicatur. Hic poſtquam erigi incipit ad pedis aut etiam culmi altitudinem aſſurgit, mollis, glaber, non admodum gracilis, præſertim ſumma parte, tribus geniculis interceptus: e quibus exeunt folia culmum ipſum aliquouſque obvolventia, ut in aliis Graminibus, quæ poſtquam ab eo abſceſſerunt, non ultra duos treſve digitos extenduntur, pro longitudine ſatis lata, pyramidali figura, in tenuem mucronem ſenſim deſinentia, pallidiuſcula glabra. Summus culmus in paniculam Miliaceæ ſimilem, niſi quod locuſtæ deorſum non dependeant, laxam, undequaque ſparſam, e locuſtellis non ſquamoſis ſpadiceis compoſitam, terminatur. In aquoſis oritur, ſuavis eſt ſaporis, & Maio menſe paniculam explicat.

Aira foliis ſetaceis, vaginis angulatis, floribus paniculato-ſpicatis, floſculis baſi ariſtatis. Aira præcox. Gramen parvum præcox panicula (potius ſpica) laxa caneſcente *Syn. II.* 260. 22. *Pluk. Alm.* 177. *T.* 33. *f.* 9. it. Gr. minimum ſpica brevi habitiore noſtrum *Syn. II.* 253. In glareoſis & ſterilioribus plerumque naſcitur, ubi palmarem altitudinem aſſequitur; in lætiore ſolo ſemipedale eſt.

Radices capillares, folia brevia anguſtiſſima, caulis tenuis geniculatus, ſpica uncialis e viridi aut purpureo caneſcens, pluribus locuſtis in parvis ramulis laxius (quando floret,

floret, ab initio enim panicula contracta eſt & ſpicam refert) naſcentibus conſtans. Singulæ locuſtæ bina granula continent, ariſtis geminis perbrevibus donata. (Figura *Plukenetiana* cum non bene repræſentet plantam, aliam & meliorem Tab. XXII. fig. 2. exhibere voluimus.)

Aira foliis ſetaceis, panicula divaricata, floribus ariſtatis diſtantibus. Aira caryophyllæa. Gramen paniculatum locuſtis parvis purpuro-argenteis annuum *Syn. II.* 258. 11. paniculatum purpuro argenteum, locuſtis parvis annuum *H. Ox. III.* 200. *S. VIII. T.* 5. *f.* 11. (bon.) paniculatum minimum molle *Bot. Monſp. App.* 296. *deſcr. J. Scheuchz Agr.* 215. phalaroides ſparſa panicula minimum anguſtifolium *Barr Ic.* 44. *O.* 1218. *Small annual fair panicled Graſs.* In glareoſis & ſterilioribus.

Radices capillares, folia brevia anguſtiſſima, caulis palmaris & nonnunquam pedalis, tenuis, glaber, uno alterove geniculo interceptus. Panicula ſparſa purpuro-argentea ab initio, per vetuſtatem dein caneſcens: locuſtæ parvæ, bina ſemina duabus glumis obvoluta & ariſtis brevibus tenuibus donata, continent, duabus glumis communibus tanquam calyce comprehenſa. Locuſtarum pediculi tenues ſunt, & ſparſi; ariſtæ præ exilitate vix conſpicuæ, unde in icone *Barreliana* omiſſas eſſe mirum non eſt. Ex ſententia Petiveri *Syn. II. App.* 325. huic idem eſt, Gramen avenaceum capillaceum, minoribus glumis *C. B.* quod a *Lobelio Adv. P. Alt. p.* 465. deſcribitur, in vivario ferarum Grenovicenſi, ubi & ipſe viderit, repertum.

Gramen paniculatum locuſtis parvis, purpuro-argenteis, majus & perenne D. Doody *Syn. II.* 258. 12. *Small perennial fair panicled Graſs.* A. D. *Doodio* obſervatum & nobis oſtenſum eſt. Gramen nemoroſum paniculis albis, capillaceo folio *C. B. Pin.* 7. *Pr.* 14. *Th.* 7. *H. Ox. III.* 200. 9. *S. VIII. T.* 7. *fig. ult.* In ericeto ſolo glareoſo haud longe ab Oxonio inventum a *J. Bobarto.*

M E L I C A.

CAL. Gluma *biflora, bivalvis:* Valvulis *ovatis, concavis, ſubæqualibus.* COR. *bivalvis:* Valvulæ *ovatæ, muticæ: altera concava; altera plana.* Corpuſculum *inter floſculos.* STAM. Filamenta *tria, capillaria, longitudine floris.* Antheræ *oblongæ, utrinque bifurcatæ.* PIST. Germen *ovato-turbinatum.*

natum. Styli *duo, ſetacei, patentes.* Stigmata *oblonga villoſa.* PER. *nullum.* Corolla *includit ſemen, demittit.* SEM. *unicum, ovatum.* OBS. *Corpuſculum* pedunculatum inter floſculos (floris rudimentum) characterem eſſentialem præbet: hoc conſtat duobus floſculis truncatis, alternis: glumis convolutis, pellucidis.

Melica petalis imberbibus, panicula nutante ſimplici. Melica nutans. Gramen avenaceum locuſtis rubris montanum *C. B. Pin.* 10. *Pr.* 20. locuſtis rubris *J. B. II.* 434. *Park.* 1151. avenaceum gluma mutica montanum, locuſtis rubris *H. Ox. III. S. VIII. T.* 7. *f.* 48. This was ſent Mr. *Petiver*, out of the North, by Mr. *Fitz-Roberts*, who gathered it about *Kendal* in *Weſtmoreland*; and by him communicated to us. (Hoc ni male memini præcedenti ſimile, brevibus pediculis in ſpicam fere coactis D. *Doody.*)

Gramen pratenſe ſerotinum, panicula longa purpuraſcente *Syn. II.* 260. 21. *H. Ox. III.* 201. *S. VIII. T.* 5. *f.* 22. pratenſe ſpica Lavendulæ *Merr. Pin.* Juilo menſe floret, in pratis humidioribus frequens.

Culmus pedalis aut ſeſquipedalis, unico non longe a radice geniculo, ad quod duo aut tria folia. Panicula minus ſparſa, tres aut quatuor digitos longa, purpuraſcens.

Gramen miliaceum folio anguſtiſſimo *Pet. Conc. Gr.* 116. *Narrow Millet-graſs.* Its Leaves long and very narrow, the Glumes plain, and not thick ſet. Tufts in *June* and *July* in ſhady Thickets.

An hæc & alia *Petiveri* Miliacea gramina revera diſtincta, & non potius varietates 4. ſpeciei ſint, non immerito dubitatur?

Gramen miliaceum anguſtifolium, glumis perexiguis *Pet. Conc. Gr.* 117. *Narrow fine Millet-graſs.* Its Leaves ſhorter than the laſt, but narrow, the Panicles much ſpread with very ſmall Glumes. Tufts in *July*, in the *Grove*, at the upper end of *Greenwich-Park.*

P O A.

CAL. Gluma *multiflora, bivalvis, mutica, flores in ſpicam diſticham ovato-oblongam colligens:* Valvulis *ovatis, acuminatis.* COR. *bivalvis:* Valvulæ *ovato-acuminatæ, concavæ, compreſſæ, calyce paulo longiores, muticæ.* STAM. Filamenta *tria, capillaria.* Antheræ *bifurcatæ.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Styli *duo, reflexi, villoſi.* Stigmata *ſimilia.* PER. Corolla *adnaſcitur ſemini, nec dehiſcit.* SEM. *unicum, oblongum, acuminatum utrinque, compreſſum, tectum.*

Poa

Poa panicula diffuſa, ſpiculis quinquefloris baſi pubeſcentibus, culmo erecto tereti. Poa trivialis. Gramen pratenſe paniculatum medium *Syn. II.* 257. *C. B. Pin.* 2. *Th.* 30. pratenſe minus *J. B. II.* 542. pratenſe minus *Ger.* 2. *Park.* 1156. *The greater or middle ſort of Meadow-graſs.* In paſcuis & ad ſepes.

Hæc ſpecies vulgari elatior eſt multo; panicula undequaque diffuſa; ſingulæ locuſtæ e quibus panicula componitur ſquamoſæ ſunt, & majores etiam quam illius vel ſaltem æquales, cum vulgaris minores ſint. Differt etiam a majori; quod panicula non uſque adeo ſparſa ſeu diffuſa ſit, quodque caules ſummi & folia lævia ſint, cum in illo aſpera nonnihil ſentiantur.

Poa panicula diffuſa, ſpiculis quadrifloris pubeſcentibus, culmo erecto tereti. Poa anguſtifolia. Gramen pratenſe paniculatum majus anguſtiore folio *C. B. Pin.* 2. *Pr.* 5. Oxonio ab amico benevolo D. *Tilleman Bobart* ad me tranſmiſſum; *Petiv. Syn. II. App.* 325. Satis frequens dicitur in *H. Ox. III.* 201. & panicula ſubinde tenuior eſſe animadvertitur. Ejus figuram vide *S. VIII. T.* 5. *f.* 19.

(Forte gramen pratenſe majus anguſtifolium, locuſtis longioribus anguſtis *Dood. Ann.* Duæ inquit, dantur ſpecies graminis pratenſis majoris; una elatior, foliis anguſtioribus, altera humilior, foliis latioribus & locuſtis majoribus durioribuſque. Prior in paſcuis frequens occurrit; poſterior in muris. Ambæ per hyemem durant, radicibus fibroſis ſe figunt & flagella non emittunt. Prius majus, alterum medium nominatur; D. *Doody.* Quod idem videtur cum ſequenti ſpecie.)

Gramen pratenſe paniculatum medium *Hiſt. Pl. Par.* 90. pratenſe medium, culmo compreſſo *Budle H. S.* On the Walls about *Eltham,* and in ſeveral other Places; Mr. *J. Sherard.* Subinde in prata deſcendit: in muris vero plerumque reperitur; ubi radices oblique agit & a C. *Bauhino.* Gramen murorum radice repente vocatur, *Pr. p.* 2. *n.* 5. Locuſtæ e pluribus ſquamarum paribus compoſitæ ad Eragroſtin proxime accedunt.

Gramen paniculatum maritimum vulgatiſſimum *Syn. II.* 259. 18. In paluſtribus maritimis ubique.

Folia brevia, anguſta, carinata & ita convoluta ut juncea videantur. Culmi pedales: panicula palmaris, non multum diffuſa

diffuſa, purpuraſcens, e ſpicis ſeu locuſtis oblongis, anguſtis, ſquamoſis non ariſtatis compoſita. (Locuſtæ e pluribus quam duobus ſquamarum paribus componuntur & longiores quam priorum ſunt.) Alia hujus ſpecies elatior & major bicubitalis, ſtipulis etiam Triticeis majoribus a D. *Newton* collecta nobiſque oſtenſa eſt. Utraque ſpecies ſubglauca eſt.

Gramen caninum maritimum paniculatum *Syn. II.* 259. 19. In arenoſis maris littoribus denſis ceſpitibus naſcitur.

Radicibus reptat Graminis Officinarum in modum. Panicula non multum ſparſa, e locuſtis parvis ſquamoſis, Graminis pratenſis vulgaris ſimilibus compoſita. Deſcriptionem vid. *Hiſt. noſtr.* 1286. (Utrumque vel alterum ſaltem a *Lobelio in Illuſtr. p.* 8. nominari & deſcribi videtur.)

Gramen exile duriuſculum in muris & aridis proveniens *Syn. II.* 259. 15. minus duriuſculum *Ger.* 4. minimum Monſpelienſe *J. B. II.* 464. quod Monſpelii Gramen exile durius appellari ſcribit. Gramen panicula multiplici *C. B. Pin.* 3. *Pr.* 6. *Park.* 1157. *Small hard Graſs.*

Paniculæ e ſpicis anguſtis, oblongis, ſquamoſis compoſitæ, in metam faſtigiantur, & verſus unum duntaxat latus flectuntur.

Poa panicula diffuſa, ſpiculis trifloris glabris, culmo erecto tereti. Poa pratenſis gramen pratenſe paniculatum majus latiore folio, πόα Theophr. *C. B. Pin.* 2. *Th.* 28. pratenſe *Ger.* 2. pratenſe vulgatius *Park.* 1156. *The greateſt Meadow-Graſs.* In paſcuis.

Culmi pedales aut ſeſquipedales, nonnihil aſperi, panicula ſparſa, ſeu in omnem partem extenſa : ſpicæ ſeu locuſtæ paniculas componentes minimæ, breviores quam in præcedente, ſquamoſæ tamen.

Poa panicula diffuſa angulis rectis, ſpiculis obtuſis, culmo obliquo compreſſo. Poa annua gramen pratenſe minus ſeu vulgatiſſimum *Syn. II.* 256. paniculatum minus album & rubrum *J. B. II.* 465. pratenſe paniculatum minus *C. B. Pin.* 3. *Th.* 31. pratenſe minimum album & rubrum *Park.* 1156. *The moſt common Meadow-Graſs.* Ubique in paſcuis ad ſemitas & agrorum limites.

Vere in culmum abit & paniculam explicat, ſparſam non tamen propendentem, glumis verſus unum præcipue latus vergentibus, cujus portiunculæ ſeu paniculæ ſingulares e duplici glumarum ſquamatim incumbentium non ariſtatarum verſu compoſitæ non multum diſſimiles ſunt paniculis Graminis tremuli minoris. Culmus ſemipedalis

lis aut non multum altior, ad terram paululum reclinatus: folia hilare viridia, glabra, tenera & ſucculenta, gratiſſimum jumentis pabulum. Si Gramen a gradiendo ſeu progrediendo dictum ſit, quod fibras creberrimas agens & nova germina aggenerans mirifice ſe diffundat & propaget, non alia ſpecies hoc nomen magis meretur.

(Annuum eſt & panicula unam præcipue partem ſpectat; locuſtæ nunc albentes, nunc rubentes, majuſculæ; D. *Doody.*)

BRIZA.

CAL. Gluma *multiflora, bivalvis, patens, flores in ſpicam cordatam diſticham colligens:* valvulis *cordatis, concavis, æqualibus, obtuſis.* COR. *bivalvis:* Valvula inferiore *magnitudine & figura calycis:* ſuperiore *minima, plana, ſubrotunda, ventrem alterius claudente.* STAM. Filamenta *tria, capillaria.* Antheræ *oblongæ.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Styli *duo, capillares, recurvi.* Stigmata *plumoſa.* PER. Corolla *immutata continet ſemen, dehiſcit, demittit.* SEM. *unicum, ſubrotundum, compreſſum, minimum.*

Briza ſpiculis triangulis, calyce floſculis longiore. Briza minor. Gramen tremulum minus, panicula ampla, locuſtis parvis triangulis *Syn. II.* 254. 2. tremulum minus *J. B. II.* 470. tremulum minus, panicula parva *C. B. Pin.* 2. *Pr.* 4. *H. Ox. III.* 208. *S. VIII. T.* 6. *f.* 46. it. Gram. tremulum minus locuſta deltoide *Ej. Hiſt. Ib. f.* 47. Dr. *Sherard* firſt found it in *Jerſey*, afterwards in many Meadows in *France.*

Briza ſpiculis ovatis, calyce floſculis breviore. Briza major. Gramen tremulum *J. B. II.* 469. tremulum majus *C. B. Pin.* 2. Phalaris pratenſis *Ger.* 80. Gramen tremulum ſeu Phalaris media Anglica prima, an ſecunda *Park.* 1165. *Quaking-graſs, Cow-quakes, and in ſome Places Ladies-hair.* In paſcuis frequentiſſimum.

Maio menſe paniculam explicat, unde nonnulli Adagium illud Anglicum; May, *come ſhe early, come ſhe late, makes the Cow quake,* de hoc gramine interpretantur, hoc eſt, Majus citiuſne an ſerius advenerit, non vaccam facit tremulam, ſed Gramen tremulum Cow quakes dictum producit.

DAC.

DACTYLIS.

CAL. Glumæ *compreſſæ, ſecundæ, carinatæ, acutæ: valvula altera floſculo longiore; altera eodem breviore.* COR. Gluma *compreſſa, oblonga, acuta: valvula altera intra calycis majorem, longiore.* STAM. Filamenta *tria, capillaria, longitudine corollæ.* Antheræ *bifurcæ.* PIST. Germen *turbinatum.* Styli *duo, capillares, patentes, villoſi.* Stigmata *ſimplicia.* PER. *nullum.* Corolla *ſemen includens, dimittens.* SEM. *ſolitarium, hinc depreſſum, inde convexum, nudum.* OBS. Species aliæ calyce unifloro, aliæ multifloro ſunt.

Dactylis panicula ſecunda glomerata. Dactylis glomeratus. Gramen aſperum *J. B. II.* 467. ſpicatum folio aſpero *C. B. Pin.* 3. *Pr.* 59. *Th.* 45. pratenſe ſpica multiplici rubra *Park.* 1161. panicula toroſa pratenſe aſperum *H. Ox. III. S. VIII. T.* 6. *f.* 38. Calamagroſtis toroſa panicula *Park.* 1182. *Ic. Lob. Illuſtr.* 43. *Rough Graſs.* In pratis & paſcuis ſub finem Maii & Junii initium floret.

Culmus ſeſquicubitalis aut bicubitalis, aſper, uti ſunt & folia, panicula craſſa, albicans vel rubens, minus ſparſa, antrorſum duntaxat vergens, ex latiuſculis muſcariis compoſita.

Gramini aſpero ſimile, ſed lævius *Dood. Ann. Pet. Conc. Gr.* 63. Folia huic anguſtiora & leviora, ſpica etiam longior & tenuior. Variis circa Londinum locis; Mr. *Dood. Ann.* Prioris varietas potius quam diverſa ſpecies eſt.

CYNOSURUS.

CAL. Involucrum *partiale laterale, ſæpe triphyllum; magnum.* Gluma *multiflora, bivalvis:* valvulis *linearibus, acuminatis, æqualibus.* COR. *bivalvis:* exterior *concava, longior, ariſtata*; interior *plana, mutica.* STAM. Filamenta *tria, capillaria.* Antheræ *oblongæ.* PIST. Germen *turbinatum.* Styli *duo, villoſi, reflexi.* Stigmata *ſimplicia.* PER. *nullum.* Corolla *arcte obvolvens ſemen, nec dehiſcens.* SEM. *unicum, oblongum, utrinque acuminatum.* OBS. *Involucra* in plurimis ſunt pinnatifida ſ. pectiniformia.

Cynoſurus bracteis pinnatifidis. Cynoſurus Criſtatus. Gramen criſtatum *J. B. II.* 468. criſtatum Anglicum *Park.* 1159. criſtatum Bauhini *Ger. Emac.* p. 29. pratenſe criſtatum, ſeu Gramen ſpica criſtata læve *C. B. Pin.* 3.

Th. 43. *Smooth creſted Graſs.* In pratis & paſcuis ubique circa ſolſtitium æſtivum floret.

Calami tenues ſunt, pedales aut cubitales ; ſpica ſeſcuncialis aut major, gracilis, e glumarum duobus verſibus in unam partem vergentibus compoſita.

Gramen criſtatum quadratum; ſeu quatuor, criſtatarum glumarum verſibus. *Square creſted Graſs.* Found by Mr. *Dale* in the Fields at *Notley* in *Eſſex.*

Cynoſurus bracteis pinnato-paleaceis ariſtatis. Cynoſurus Echinatus. Gramen alopecuroides ſpica aſpera brevi *Park.* 1168. Gram. alop. ſpica aſpera *C. B. Pin.* 4. *Th.* 59. Gramen cum cauda leporis aſpera, ſive ſpica murina *J. B. II.* 473. *Rough-eared Fox-tail-graſs.* Common on all the ſandy Grounds in *Jerſey* ; Dr. *Sherard.*

Cynoſurus bracteis integris. Cynoſurus cæruleus. Gramen parvum montanum ſpica craſſiore purpuro-cærulea brevi. *Syn. II.* 253. glumis variis *C. B. Pin.* 10. *Pr.* 21. *Th.* 158. *J. Sch. Agr.* 83. *Park.* 1152. Gramen verſicolor *J. B. II.* 466. *Chabr.* 183. (deſcr. non ic. ceu quæ eſt Graminis ſtriis picti & repetitur ac deſcribitur in *J. B. p.* 476. *Ch.* 186.) Gr. montanum pumilum ſpicatum noſtras amethyſtinis ſplendentibus glumis *Pluk. Alm.* 173. *Small Mountain ſpiked Graſs, with a thick ſhort blue Spike.* This was ſent Mr. *Petiver* out of the North, by Mr. *Fitz-Roberts*, who communicated it to us.

(Huic idem eſt, Gramen ſpicatum montanum aſperum *Syn. Ed. II.* 252. Gram. ſpicatum Ingleburgenſe aſperum Newt. *Pluk. Alm.* 173. *Spiked Mountain rough Graſs.* Quod e rupium fiſſuris in monte Ingleborough denſis cæſpitibus exit. Folia ei longa, modice lata, carinata, marginibus aſperis, ſi deorſum digiti ducantur. Caulis tenuis cubitalis, ſpicam in cacumine gerens brevem : ſemina longa nigra.)

Cynoſurus panicula ſubſpicata, floſculis ſimplicibus biariſtatis. Cynoſurus paniceus. Gramen paniceum ſpica aſpera *C. B. Pin.* 8. *Th.* 139. *Rough-eared Panick-graſs.* Spicæ laxæ ſunt, aſperæ, ſeu lappaceæ & veſtibus adhærentes. In agro quodam inter Rapas, ultra Putneiam vicum, ad ſemitam quæ inde *Roehampton* ducit. Alſo beyond the Neat-houſes by the *Thames ſide*, going from the Horſe-Ferry above *Weſtminſter* to *Chelſea* ; obſerved by Mr. *Newton.*

Panicum

Panicum ſerotinum arvenſe ſpica pyramidata *Inſt. R. H.* 515. Gramen ſerotinum arvenſe ſpica laxa pyramidali *Raj. Hiſt. II.* 1288. ſerotinum arvenſe panicula contractiore pyramidali *Ej. Syn. II.* 259. Gram. Alepecuro accedens, ex culmi geniculis ſpicas cum petiolis longiuſculis promens *Pluk. Almag.* 177. *Tab.* 33. *fig.* 6. Eſt Graminis panicei ſpecies elegans. Inter ſegetes, locis præcipue ubi aquæ aliquandiu ſtagnant. Near *Thorndon* in *Eſſex*, 1748. Locuſtæ ſingulares minime ſquamoſæ ſunt, verum ſingula granula continent, glumis in mollem ariſtam exeuntibus. Integram deſcript. vid. in *R. Hiſt.* 1288.

FESTUCA.

CAL. Gluma *multiflora, bivalvis, erecta, floſculos in ſpica tenui continens:* valvulis *ſubulatis, acuminatis: inferiore minore.* COR. *bivalvis:* Valvula inferior *major, figura calycis, magnitudine calycem ſuperans, teretiuſcula, acuminata, in Ariſtam rectam terminata.* STAM. Filamenta *tria, capillaria, corolla breviora.* Antheræ *oblongæ.* PIST. Germen *turbinatum.* Styli *duo, breves, reflexi.* Stigmata *ſimplicia.* PER. Corolla *arctiſſime clauſa adnaſcitur, nec dehiſcit.* SEM. *unicum, tenui-oblongum, utrinque acutiſſimum, longitudinaliter ſulco notatum.*

Feſtuca panicula ſpicata, ſpiculis uno verſu inclinatis, ſubmuticis. Feſtuca Amethyſtina. Gramen paniculatum elatius, ſpicis longis muticis ſquamoſis *Syn. II.* 258. 9. ſparteum ſpicata Brizæ paniculata & corniculata *Barr. O.* 1154. *Ic.* 25. In paſcuis locis humidioribus.

Vulgari ſimile eſt, ſed majus & elatius, ſpicæ ex quibus panicula conflatur longiores, ſquamis non ariſtatis, circa margines cineraſcentibus ſeu incanis, cætera purpuraſcentibus, compoſitæ. Panicula unum latus ſpectat.

Feſtuca panicula ſecunda coarctata ariſtata, culmo tetragono nudiuſculo, foliis ſetaceis. Feſtuca ovina. Gramen capillaceum locuſtellis pennatis non ariſtatis *Hiſt. noſtr. II.* 1288. *Pluk. Alm.* 176. *T.* 34. *f.* 2. criſtatum radiculis nigricantibus *Fl. Pr. p.* 110. *Ic.* 24. Gram. foliolis junceis brevibus, radice nigra & alba *C. B.* ex ſententia D. *Bobarti.* In paſcuis ſiccioribus. A D. *Dale* & D. *Bobarto* habuimus. Invenimus etiam inter plantas noſtras ſiccas olim collectas.

(Idem folio glauco. Varietas prioris. Gathered on the Back-ſide of *Nottingham-caſtle*, by Mr. *J. Sherard.*)

Gramen foliolis junceis oblongis, radice alba *C. B. Pin.* 5. *Th.* 73. *Syn. II.* 277. 11. Found at the Head of the Bogs at *Wooton-heath*, three Miles from *Oxford*.

(Quomodo differt a præcedente ſpecie? *Dood. Ann.*) Ex deſcriptione *J. Scheuchzeri Agr. p.* 242. Gramen foliolis junceis oblongis radice alba *C. B.* Graminis avenacei ſpecies eſt.)

Gramen ſparteum montanum ſpica foliacea graminea majus & minus *Ph. Br. Merr. Pin. Syn. II.* 252. *Graſs upon Graſs.* In ſummis altiſſimorum Cambriæ monticum, *Snowdon, Caderidris*, &c. verticibus inter ſaxa, ubi nulla fere planta alia præter Muſcum provenit, copioſe. Gramini arvenſi panicula criſpa *C. B. Park.* perſimile eſt. (Non niſi varietas videtur; id tamen ſingulare eſt, quod ſpica ſtatim foliacea ſit, antequam ſemina matura fiant. Vid. Tab. XXII. fig. 1.)

Gramen arvenſe panicula criſpa longiore noſtras *Pluk. Alm.* 176. Cum deſcriptionem non addiderit auctor, an hujus proprie loci ſit, non conſtat. Ceteroquin arvenſe panicula criſpa *C. B.* locuſtas ſquamoſas muticas habet, Gramini pratenſi vulgatiſſimo ſatis ſimiles.

Feſtuca panicula ſpicata nutante, calycibus minutiſſimis muticis, floribus ſcabris. Feſtuca myuros. Gramen murorum ſpica longiſſima *Ger. Em.* 31. *H. Ox. III.* 215. 43. avenaceum murorum ſpica longiſſima nutante ariſtata *Ib. S. VIII. T.* 7. *f.* 43. ſpica nutante longiſſima *Park. p.* 1162. *Capons-tail-graſs*, i. e. Gramen Ἀλεκτρυόνουρος. In muris & locis agrorum ſterilioribus & ſiccioribus. On the Walls of *Greenwich* Park.

Panicula ſpicam ſimulans, ſeſquipalmaris aut ſemipedalis, anguſta & ſtrigoſa, nutans, e ſpicis prætenuibus ſquamoſis, glumis in oblongas, tenues, purpuraſcentes ariſtas deſinentibus, compoſita. Annua eſt.

Feſtuca panicula ſecunda, ſpiculis erectis, calycis altera valvula integra, altera acuminata. Feſtuca bromoides. Gramen paniculatum bromoides minus, paniculis ariſtatis unam partem ſpectantibus *Syn. I.* 189. *II.* 258. 14. *Pluk. Alm.* 174. *T.* 33. *f.* 10. *Small panicled Oat-graſs with Awns.*

A vulgatiori, quocum in multis convenit, differt panicula breviore latioreque, locuſtis ſquamoſis eam componentibus multo majoribus & latioribus, caule pluribus geniculis [tribus aut quatuor] intercepto. Iiſdem in locis.

Feſtuca

TAB. XXII. Pag. 52



Feſtuca panicula erecta, ſpiculis ſubovatis muticis, calyce floſculis majore, caule decumbente. Feſtuca decumbens. Gramen avenaceum parvum procumbens, paniculis non ariſtatis *Syn. II.* 262. 11. *Pluk. Alm.* 174. *T.* 34. *f.* 1. triticeum paluſtre humilius, ſpica mutica breviore *H. Ox. III.* 177. *S. VIII. T.* 1. *f.* 6. In paſcuis.

Locuſtæ turgidulæ tria quatuorve grana duabus glumis obvelata continent. (Melius triticeis cum *Bobarto* annumeratur Graminibus; vere enim paniculatum non eſt, nec locuſtæ Triticeis multum abſimiles ſunt.)

Feſtuca decumbens. Gramen aquaticum cum longiſſima panicula *J. B. II.* 490. fluviatile *Ger. Emac.* 14. *Park.* 1275. aquaticum fluitans multiplici ſpica *C. B. Pin. III. Float-graſs.* In rivulis & foſſis aquoſis.

Panicula cubitalis, multiplicibus ſpicis ſquamoſis teretibus compoſita, glumarum ſingularum marginibus cinereis ſeu argenteis.

Gramen fluitans locuſtis longis ſpicam æmulantibus. Found by Mr. *Buddle.* Præcedentis varietas eſt; Mr. *Doody Not.*

BROMUS.

CAL. Gluma *multiflora, bivalvis, patens, floſculos in ſpicam colligens*; valvulis *ovato-oblongis, acuminatis, muticis, inferiore minore.* COR. *bivalvis:* Valvula inferior *major, magnitudine & figura calycis, concava, obtuſa, Ariſtam infra apicem rectam emittens, ſupra ariſtam bifida.* V. ſuperior *lanceolata, parva, mutica.* STAM. Filamenta *tria, capillaria, corolla breviora.* Antheræ *oblongæ.* PIST. Germen *turbinatum.* Styli *duo, breves, reflexi, villoſi.* Stigmata *ſimplicia.* PER. Corolla *arctiſſime clauſa, adnaſcitur, nec dehiſcit.* SEM. *unicum, oblongum, tectum, hinc convexum, inde ſulcatum.*

Bromus panicula patente, ſpiculis ovatis, ariſtis rectis. Bromus ſecalinus. Feſtuca Avenacea ſpicis habitioribus, glumis glabris *Syn. II.* 261. 6. Gramen Gros Montbelgardenſe *J. B. II.* 438. avenaceum locuſtis majoribus ſquamatis, ſegetale majus *H. Ox. III. p.* 212. *n.* 16. avenaceum ſegetale majus, gluma turgidiore *Ib. S. VIII. T.* 7. *f.* 16. bromoides ſegetum latiore panicula *Park.* 1149. *deſcr.* 1150. *fig.* 2. Feſtuca graminea glumis hirſutis & glabris *C. B. Pin.* 9. *Th.* 143. *Oat-graſs, with larger ſmooth Spikes, and ſparſed Panicles.* In many Places among the Corn.

A feſtuca vulgari, cum qua Botanici eam confundunt, differt culmis elatioribus, ſpicis habitioribus & latioribus, magis ſparſis & dependentibus, glumis glabris, ut & loco inter ſegetes, extra quas nondum eam invenimus. (Variat locuſtis hirſutis, quam varietatem *Petiv. Conc. Gr.* 106. Feſtucam ſpicis habitioribus glumis incanis vocat. Eſt vero hæc varietas minus quam prior in Anglia frequens. Si glumæ glabræ ſint, folia etiam talia obſervantur, ſi hirſutæ, folia etiam hirſuta ſunt: cum foliis hirſutis *Parkinſonus* & *Bobartus*, cum glabris *C. Bauhinus* depinxere.)

Bromus panicula patula, ſpiculis oblongis diſtichis, glumis ſubulato ariſtatis. Bromus ſterilis. Feſtuca Avenacea ſterilis elatior, ſeu Bromos Dioſc. *C. B. Pin.* 9. *Th.* 146. Bromos herba ſive Avena ſterilis *Park.* 1147. Bromos ſterilis *Ger.* 69. Ægilops Matthiolo forte *J. B. II.* 439. *Great wild Oat-graſs, or Drank.* Ad ſepes & in agrorum marginibus Maio menſe.

Panicula multifariam dividitur, cujus portiunculæ e longis & tenuibus velut filamentis pendulæ, ſquamatim e pluribus glumis, ariſtis mollibus longis donatis compactiles, ſpicam parvam mentiuntur, locuſtæ Avenæ non multum diſſimiles.

Feſtuca Avenacea ſterilis ſpicis erectis *Syn. II.* 261. 3. *Pluk. Alm.* 174. *T.* 299. *f.* 2. avenacea ſterilis, pediculis brevioribus & ſpicis erectis *H. Ox. III.* 212. *n.* 13. graminea annua, ſpicis erectis *Ib. S. VIII. T.* 7. *f.* 13. *Great wild Oat-graſs, or Drank, with erected Spikes.* In the Hedges beyond *Botley*, near *Oxford*. Mr. *Bobart*. Folia inferiora pilis longis obſita ſunt.

Feſtuca Avenacea ſterilis, paniculis confertis erectioribus, ariſtis brevioribus *Syn. II.* 261. 4. ſterilis humillima, ſpica unam partem ſpectante *Pet. Conc. Gr. n.* 101. *Syn. II.* 261. 5. *Wild Oat-graſs, or Drank, with a more compact Panicle, and more erected Spikes, with ſhorter Awns.* Found by Dr. *Sherard* on the ſandy Grounds in *Jerſey*, plentifully. (By Mr. *Dale* in *Merſey-Iſle*, near *Colcheſter*, and by D. *Dillenius*, on the Coaſt of *Suſſex*. Locuſtæ ejus ſquamoſæ, vel ut J. *Scheuchzerus* vocat, compoſitæ ſunt, e quatuor plerumque locuſtis partialibus ſeu folliculis conſtantes. Singulæ autem locuſtæ partiales ſeu folliculi e glumis conſtant duabus, quarum exterior in ariſtam oblongam deſinit. Semina in ſingulis folliculis latent ſingula, oblonga & gracilia. Figura hujus Graminis ſuperius exhibetur eadem Tabula cum Bulboſa Alpina Juncifolia

lia Tab. nempe XVII. fig. 2. ubi ad lit. a. locuſta ſeorſim deſignata eſt.) pag. 374.

Gramen pratenſe panicula duriore laxa, unam partem ſpectante *Syn. II.* 257. 8. In paſcuis frequentiſſimum ſub finem Maii paniculam promit.

Folia anguſtiſſima & fere capillacea, cum in ſepibus & frutetis oritur longiſſima; (pedalia aut cubitalia.) Paniculæ laxæ, unam partem ſpectantes, e ſpicis oblongis ſquamoſis, ſquamis in ariſtas breviſſimas deſinentibus compoſitæ. Hujus icon ſuperius eadem Tabula cum Orchide magna latis foliis galea fuſca vel nigricante *J. B.* Tab. nempe XIX. fig. 1. exhibetur, ubi ad lit. a. & b. folia aliquot ſeorſim adpicta ſunt.

Feſtuca Avenacea hirſuta, paniculis minus ſparſis *Syn. II.* 261. 5. Gramini murali Dalechampii ſimile ſi non idem *J. B. II.* 438. avenaceum pratenſe, panicula ſquamata & villoſa *H. Ox. III.* 213. *S. VIII. T.* 7. *f.* 18. bromoides vernum ſpicis erectis *Merr. P.* *Rough Oat-graſs, with more compact Panicles.* In muris & aggeribus, inque agrorum marginibus & tumulis ſiccioribus paſſim.

Folia hirſuta & fere caneſcentia, nec raro ſpicæ, e quibus panicula componitur: hæ e ſquamis ſeu glumis circum oras caneſcentibus compactiles, ima parte latiores in acutum deſinunt, ariſtis mollibus brevibus armatæ, & plerunque erectæ ſunt.

Gramen avenaceum pratenſe, gluma tenuiore glabra *H. Ox. III.* 213. *n.* 19. avenaceum pratenſe, ſquamoſa gluma longiore glabra *Ib. S. VIII. T.* 7. *f.* 19. Hujus mentio facta videtur ad Gramen pratenſe paniculatum medium *Syn. II.* 257. ſub nomine Graminis pratenſis ſquamoſi, gluma tenuiore *Bob.* Diverſum vero ab iſtius generis Graminibus & hujus potius loci eſſe figura *H. Ox.* allegata ſuadet. Præcedenti plurimum accedit & non niſi ſpicis tantillum longioribus & glabris differt. Varietas forte potius, quam diſtincta ſpecies cenſenda.

Feſtuca Avenacea, ſpicis ſtrigoſioribus, e glumis glabris compactis, a nobis & D. *Dale* obſervata. *Syn. II.* 261. *inter* 5. & 6. *Smooth Oat-graſs, with more compact Panicles.* In pratis & paſcuis. Spicæ non tantum minores & anguſtiores huic ſpeciei ſunt, ſed & glabræ & colore plerunque purpuraſcentes.

Bromus panicula nutante, ſpiculis ovato-oblongis. Bromus arvenſis. Feſtuca elatior paniculis minus ſparſis, locuſtis oblongis ſtrigoſis, ariſtis purpureis ſplendentibus D. Doody *Syn. II.* 261. 7. An Feſtuca graminea effuſa juba *C. B. Pr. p.* 19. *n.* 65? Deſcriptio in omnibus niſi

locuſtarum colore huic convenit. Inter ſegetes prope Southamptoniam invenit, & nobis communicavit Dr. *Sherard*.

Gramen avenaceum dumetorum panicula ſparſa *Syn. II.* 261. 8. avenaceum dumetorum paniculatum majus hirſutum *H. Ox. III.* 213. 27. avenaceum dumetorum, juba longiore ſpica diviſa *Ib. S. VIII. T.* 7. *f.* 27. Feſtuca graminea nemoralis latifolia mollis *C. B. Pin.* 9. *Th.* 144. *J. B. II.* 479. *Buſh or Wood-oat-graſs, with a ſparſed Panicle.*

Spicæ ſeu locuſtæ primæ ſpeciei ſimiles ſunt, verum culmus hujus elatior; Panicula & calami altitudine exceptis perſimile eſt Gramini avenaceo dumetorum ſpicato.

Gramen avenaceum glabrum, panicula e ſpicis raris ſtrigoſis compoſita, ariſtis tenuiſſimis *Syn. II.* 262. 9. bromoides aquaticum latifolium, panicula ſparſa tenuiſſime ariſtata *J. Sch. Agr.* 264. *T.* 5. *f.* 17. *Fulhamiæ* prope Londinum obſervavit D. *Doody*. Still there, near the Biſhop of *London*'s Moat; Dr. *Watſon*. *Bockingæ* in Eſſexia ad fluvium ſupra molam fullonicam D. *Dale*.

Bromus culmo indiviſo, ſpiculis alternis ſubſeſſilibus teretibus. Bromus pinnatus. Gramen ſpica Brizæ majus *C. B. Pin.* 9. *Pr.* 19. *Th.* 148. *J. B. II.* 477. In Coppices and Hedges, common enough about *Oxford*; D. *Bobart*. (In *Woodſtock*-Park; Mr. *J. Sherard*. On all the Heaths and Commons for twenty Miles on this Side *York*; *Idem.*)

STIPA.

CAL. Gluma *uniflora, bivalvis, laxa, acuminata.* COR. *bivalvis:* valvula exterior *apice terminata* Ariſta *longa, baſi articulata, recta*; V. interior *longitudine exterioris abſque ariſta, mutica, linearis.* STAM. Filamenta *tria, capillaria.* Antheræ *lineares.* PIST. Germen *oblongum.* Styli *duo, hirſuti, baſi uniti.* Stigmata *pubeſcentia.* PER. Gluma *adnata.* SEM. *unicum, oblongum, tectum.* OBS. Dignoſcitur Glumæ Corollinæ Ariſta ad apicem glumæ articulata; hæc ariſta in aliis tortilis, in aliis recta eſt.

Stipa ariſtis lanatis. Stipa pennata. Gramen ſparteum pennatum *C. B. Pin.* 5. *Th.* 70. pennatum, aliis Spartum *J. B. II.* 512. Spartum Auſtriacum pennatum *Cluſ. Hiſt. CCXXI.* Found by Dr. *Richardſon*, in Company with *Tho. Lawſon*, on the Lime-ſtone Rocks, hanging over a little Valley, called *Long Sleadale*, about ſix Miles North of *Kendal*, in *Weſtmoreland.*

Spartum

Spartum Eſſexianum, ſpica gemina clauſa *Pet. Conc. Gr. n.* 35. *Ej.* Hort. Sicc. *R. Hiſt. III. App.* 248. ſparteum capite bifido vel gemino *Merr. P.* ſparteum ſerotinum, ſpica totali in duas treſve ſpicas alternas quaſi fiſſili, unam præcipue partem ſpectante D. *Buddle.* At *Crixey* Ferry in *Eſſex*; *Merr.* Mr. *Buddle* found it in the Marſhes on the River *Wallfleet,* near *Fambridge*-Ferry, in *Dengey*-Hundred, in *Eſſex*, and Mr. *J. Sherard,* in the Swail near the Mouth of *Feverſham*-Creek, about *Auguſt* and *September*.

Gramen paniceum ſpica ſimplici lævi *Syn. II.* 249. paniceum ſpica ſimplici ἐλυμάγρωςις *C. B. Pin.* 8. paniceum ſeu panicum ſylveſtre ſimplici ſpica *Ej. Th.* 138. Panicum ſylveſtre dictum, & Dens caninus 1. *J. B. II.* 433. Panicum ſylveſtre ſpica ſimplici *Park.* 1154. *Panic-graſs with a ſingle ſmooth Ear.* In arvis ſed rarius. Nulla in hac ſpecie in ariſtis aut glumis aſperitas ſentitur. Qui Panicum ſativum norit hoc facile noverit.

A V E N A.

CAL. Gluma *ſæpius multiflora, bivalvis, flores laxos colligens:* valvulis *lanceolatis, acutis, ventricoſis, laxis, magnis, muticis.* COR. *bivalvis:* Valvula inferior *calyce durior, calycis magnitudine, teretiuſcula, ventricoſa, utrinque acuminata, e dorſo* Ariſtam *ſpiraliter intortam, geniculo veluti reflexam emittens.* Nectaria *duo, ovato-lanceolata, a latere ſuperiore germini inſidentia.* STAM. Filamenta *tria, capillaria.* Antheræ *oblongæ, bifurcatæ.* PIST. Germen *obtuſum.* Styli *duo, reflexi, piloſi.* Stigmata *ſimplicia.* PER. Corolla *arctiſſime clauſa adnaſcitnr, nec dehiſcit.* SEM. *unicum, tenui-oblongum, utrinque acuminatum, ſulco longitudinali notatum.* OBS. *Ariſta* e dorſo corollæ articulata, intorta, conſtituit eſſentialem characterem.

Avena calycibus bifloris, floſculo hermaphrodito mutico, maſculo ariſtato. Avena elatior. Gramen avenaceum 7. ſeu glabrum (potius hirſutum) panicula purpuro-argentea ſplendente D. *Doody Syn. II.* 252. 3. it. Gr. avenaceum glabrum, panicula purpuro-argentea ſplendente Ejuſd. *Syn. II.* 262. 10. In the Paſtures about the Earl of *Cardigan*'s Houſe at *Twittenham* in *Middleſex*. (Inter *Northfleet* and *Graveſend* in collibus cretaceis Junio menſe; D. *Dillenius*.)

Panicula non multum ſparſa, nec e ſpicis ſquamoſis compoſita, ſed ex locuſtis Avenacearum (vere) æmulis quarum una quæ duo triave grana glumis obvoluta & ariſtata

ariſtata continet : ariſtæ prætenues ſunt, incurvæ, purpuraſcentes. (Folia minus anguſta, nec aliorum inſtar ubi abſcedunt in angulum flexa. Vid. Tab. XXI. fig. 2.

Gramen avenaceum panicula aceroſa, ſemine papposo *Cat. Giſſ.* 93. *App.* 48. *deſcr.* avenaceum elatius, juba longa ſplendente *Raj. Meth. Em.* 179. *H. Ox. III.* 214. 37. avenaceum elatius, juba argentea longiore *Ibid. S. VIII. T.* 7. *f.* 37. caninum avenacea panicula non nodoſum *Merr. Pin.* Radix fibroſa eſt. In paſcuis & ad ſepes paſſim circa *Londinum.* Granis ſtrigoſis, ad baſin papposis facile a reliquis diſtingui poteſt.

Gramen nodoſum avenacea panicula *C. B. Pin.* 2. *Pr.* 3. *Ic.* nodoſum *J. B. II.* 456. caninum nodoſum *Ger.* 22. caninum nodoſum bulboſum vulgare *Park.* 1175. Ad ſepes & in dumetis frequens, nonnunquam & inter ſegetes.

Juba verſus unam partem plerumque inflexa deorſum nutat; ariſtæ breves incurvæ ſpadiceæ. Radices nodorum bulboſorum elenchis conſtant, (quibus apriori, quocum confunditur in *Syn. II.* 260. 1. differt, ut & panicula minus ſplendente, ariſtis & locuſtis partialibus non geminis, ſed plerumque ſolitariis.)

Avena calycibus diſpermis, ſeminibus lævibus. Avena ſativa. Avena alba *J. B.* 432. vulgaris, ſeu alba *C. B. Pin.* 23. veſca *Lob. Ic.* 31. *Ger.* 68. *Park.* 1134. *White Oats.*

Avena alba Scotica, ſemine ſimplici, pediculo laxo pendente D. *Richardſon.*

Avena nigra *J. B. II.* 432. *C. B. Pin.* 23. *Black Oats.*

Avena cærulea *Merr. Pin.* Sown about *Kighlay*, in *Yorkſhire* ; D. *Richardſon.*

Avena fuſca ſeu rubra *H. Ox. III.* 209. 2. rubra *Plot. H. N. Staff.* 204. Grana turgidiora ſunt coloris ſubfuſci aut ad rubedinem tendentis. Ab Agricolis Staffordienſibus ſeritur.

Avena nuda *J. B. II.* 433. *C. B. Pin.* 23. *Ger.* 68. *Park.* 1134. *Naked Oats.* In extrema Cornubia prope Belerium promontorium copioſe ſeritur, ubi non minore pretio divenditur quam Triticum ipſum, *Pillis & Pilcorn* incolis dicta. (In *Staffordſhire.* Dr. *Plot.*)

Ægilops quibuſdam ariſtis recurvis, ſeu Avena piloſa *J. B. II.* 433. Feſtuca utriculis lanugine flaveſcentibus *C. B. Pin.*

TAB. XXI.



10. Ægilops bromoides *Ger. emac.* 77. bromoides Belgarum *Park.* 1148. *Bearded wild Oats, or Haver.* Inter ſegetes. Avena ſativa elatior eſt: Ariſtæ recurvæ & utriculi lanuginoſi ſunt.

Avena deſiccat mediocriter & aſtringit. Decorticati uſus eſt ad juſcula tam pro ſanis quam pro ægrotis. Cruda in ſartagine toſta & ſacculo indita imponitur ad dolores colicos & tormina inteſtinorum lenienda. Vid. *Hiſt. noſt. p.* 1254.

Avena panicula laxa, calycibus trifloris brevibus, floſculis omnibus ariſtatis. Avena flaveſcens. Gramen avenaceum pratenſe elatius, panicula flaveſcente, locuſtis parvis *Syn. II.* 256. 2. avenaceum panicula flaveſcente, locuſtis parvis Raji *H. Ox. III.* 215. 42. avenaceum ſpica ſparſa flaveſcente, locuſtis parvis *Ibid. S. VIII. T.* 7. *f.* 42. In pratis & paſcuis frequens.

Culmi ſeſquipedales graciles; folia anguſta utrinque hirſuta, panicula ſparſa, pallide viridis, e locuſtellis parvis bifurcis & binis brevibus ariſtis donatis, compoſita.

Gramen avenaceum ſparſa panicula ſpecioſa, locuſtis minimis *H. Ox. III.* 215. 14. *Raj. Hiſt. III.* 611. 4. Locis gramineis, ſed rarius reperitur, auctore *Bobarto*, qui tanquam a priori diſtinctum deſcribit loco allegato.

Avena calycibus quinquefloris, panicula ſpicata. Avena pratenſis. Gramen avenaceum montanum ſpica ſimplici, ariſtis recurvis *Syn. II.* 252. Found by Mr. *Dale* upon *Bartlow-Hills* in *Eſſex*, on the Edge of *Cambridgeſhire*; and between *Newmarket* and *Exning*, in the Borders of the Corn-Fields. (On the Chalk-Hills between *Northfleet* and *Graveſend*; D. *Dillenius.*) Spica raris locuſtis alternatim ſitis compoſita.

Ex obſervatione D. *Doody Syn. II. App.* 345. a vulgari omnino diverſum eſt. Hoc enim folia habet omnino glabra, anguſtiora & rigidiora, illa autem latiora, molliora & inferiora hirſuta, quæ cum caulem produxerit, ſtatim marceſcunt, unde per errorem glabrum denominavit. (Verum præter has differentias, alia notabilis in eo obſervatur, quod hoc ſpicas partiales habeat cauli proxime adnatas nulli vel breviſſimo pediculo inſidentes, adeoque vere ſpicatum ſit, cum illius locuſtæ pediculis innaſcantur & plures conjunctæ obſerventur paniculamve efficiant. Deinde ipſæ etiam locuſtæ plurimum differunt, in hac enim veluti ſquamoſæ ſunt, e quatuor locuſtis partialibus ſeu totidem granis, glumis ſuis obvolutis

lutis & quatuor ariſtis terminatis, conſtantes ſecus ac in illa. Iconem vid. Tab. xxi. fig. 1.)

ARUNDO.

CAL. Gluma *uni-* (vel) *multi-flora, bivalvis, erecta:* Valvulis *oblongis, acuminatis, muticis: altera breviore.* COR. *bivalvis:* Valvulæ *longitudine calycis, oblongæ, acuminatæ, e quarum baſi lanugo longitudine fere floris aſſurgit.* STAM. Filamenta *tria, capillaria.* Antheræ *utrinque bifurcatæ.* PIST. Germen *oblongum.* Styli *duo, capillares, reflexi, villoſi.* Stigmata *ſimplicia.* PER Corolla *adnaſcitur ſemini, nec dehiſcit.* SEM. *unicum, oblongum, utrinque acuminatum, baſi pappo longo inſtructum.*

Arundo calycibus quinquefloris, panicula laxa. Arundo Phragmites. Arundo vallatoria *Ger.* 32. vulgaris paluſtris *J. B.* II. 485. vulgaris ſive phragmites Dioſcoridis, κάλαμος χαρακίας Theophraſti *C. B. Pin.* 17. Harundo vulgaris ſive vallatoria *Park.* 1208. *Common Reed.* In aquis reſidibus ad fluviorum ripas.

Hujus varietas foliis ex luteo variegatis a *D. Bobarto* inventa ſecus Thameſin fluviam, non procul *Oxonio*: in hortos tranſlata durabili colorum pulchritudine inſigni eis ornamento eſt.

Arundo calycibus unifloris, culmo ramoſo. Arundo Calamagroſtis. Gramen arundinaceum panicula molli ſpadicea majus *C. B. Pin.* 7. *J. Scheuchz. Agr. Pr. T.* 5. plumoſum Lobelii, ſpica candida & ſerici modo lucente *J. B.* II. 476. tomentoſum arundinaceum *Ger. Em.* 9. Calamagroſtis ſive Gramen tomentoſum *Park.* 1182. *Reed-graſs, or Buſh-graſs, with a pappoſe Panicle.* Locis ſenticoſis ſylvarum quarundam Flandriæ & Angliæ collegit *Lobelius*: ſimile ſi non idem & nos invenimus in dumetis quibuſdam agri Northamptonienſis & Eſſexienſis locis udis. Ad baſin ſeminis lanugo pappoſa naſcitur.

(Ipſius Lobelii judicio cum hoc convenit, Calamagroſtis ſylvæ D. Joannis *Park.* 1181. *Lob. Illuſtr.* 42.)

Calamagroſtis minor glumis ruffis & viridibus *Pet. Conc. Gr. n.* 69. *Small Reed-graſs.* An, quærit, Gramen arundinaceum panicula molli ſpadicea minus *C. B. Pin.* 7. 4. *Th.* 95? Its panicles ſome green, others brown and yellowiſh, are ſmaller and more looſe than the *Wood-reed.* The firſt Diſcovery of this Graſs is owing to Mr. *John Scampton*, a curious Botaniſt,


Fig. 1. p. 628



p. 606
Fig. 2, p. 60


Fig. 3. p. 616


Fig. 4 p. 627


Fig. 5 p. 605


Fig. 6 p. 605

Botaniſt, who ſent it me from *Leiceſterſhire.* (Circa *Oundle* repertum.)

Arundo calycibus unifloris, foliis involutis mucronato-pungentibus. Arundo Arenaria. Gramen ſparteum ſpicatum foliis mucronatis longioribus, vel ſpica ſecalina *C. B. Pin.* 5. *Th.* 67. Spartum ſpicatum pungens Oceanicum *J. B.* II. 511. marinum noſtras *Park.* 1198. Anglicanum *Ger.* 38. *Engliſh Sea Matweed, or Marram.* In arenoſis tumulis & aggeribus ad maris littus copioſiſſime.

Gramen repens longiſſimum, decem pedes longum, *Dood.* Gr. caninum ſupinum longiſſimum nondum deſcriptum *Ph. Br.* Found by Mr. *Boucher*, on the Haven over-againſt *Browſea*, or *Breakſea-Iſle*, which is a *peninſula* of the Iſle of *Purbeck.* I gueſs by his deſcription of it to be the Gramen ſparteum foliis mucronatis, &c. Mr. *Doody Not.*

Gramen ſparteum juncifolium *C. B. Pin.* 5. *Th.* 69. Spartum parvum Lobelio *J. B. II.* 513. Spartum noſtras parvum Lobelio *Ger. Emac.* 43. Spartum parvum Batavicum & Anglicum *Park.* 1199. *Small Mat-weed.* In paluſtribus & ericetis. (On *Putney-heath* plentifully, flowering from the end of *April*, and holds its Spike till Winter; *Pet. Conc. Gr. n.* 29.)

Folia huic tenuia juncea, caulis palmaris, ſumma parte reflexus, & pro ſpica duplicem ſeriem glumarum aceroſarum ſuſtinens.

LOLIUM.

CAL. Gluma *multiflora, univalvis, oblonga, linearis, acuminata, ridigiuſcula, flores diſtiche ſpicatos angulo cauli apprimens.* COR. *bivalvis:* Valvula inferior *anguſto-lanceolata, convoluta, acuminata, longitudine calycis*; V. ſuperior *brevior, linearis, obtuſior, ſurſum concava.* STAM. Filamenta *tria, capillaria, corolla breviora.* Antheræ *oblongæ.* PIST. Germen *turbinatum.* Styli *duo, capillares, reflexi.* Stigmata *plumoſa.* PER. *nullum.* Corolla *fovet ſemen, dehiſcit, demittit.* SEM. *unicum, oblongum, hinc convexum, inde ſulcato planum, compreſſum.* OBS. Spicæ ſeſſiles in eodem plano cum caule ponuntur, unde caulis vicem valvulæ alterius calycis (deficientis & oppoſitæ) gerit.

Lolium ſpica mutica. Lolium Perenne. Gramen loliaceum anguſtiore folio & ſpica φοίνιξ Dioſc. *C. B. Pin.* 9. *Th.* 128. Lolium rubrum *Ger.* 71. *Em.* 78. Lolium

rubrum

rubrum ſive Phœnix *Park.* 1145. Phœnix Lolio ſimilis *J. B.* II. 436. *Red Darnel-graſs.* Ad vias & ſemitas, inque paſcuis pinguioribus. Locis nonnullis pro jumentorum pabulo ſeritur, & *Ray-graſs*, dicitur: eſt enim pingue & pondoroſum adeoque jumentis ſaginandis aptiſſimum.

Duplicem hujus varietatem obſervavimus, alteram ſpicis partialibus totalem componentibus anguſtioribus, teretioribus, nec adeo compreſſis, longioribus etiam quam in vulgari, inferioribus non ſeſſilibus in ala cujuſdam folioli ut in illo, ſed longis pediculis inſidentibus; alteram cui omnia contraria. (Utrumque porro variat aliquando ſpica ariſtata.)

Gramen loliaceum paniculatam. Phœnix multiplici ſpicata panicula *Park. Theat.* 1146. varietas ſecundæ ſpeciei.

Gramen parvum marinum ſpica loliacea *Ger. Emac.* Lib. 1. cap. 22. n. 8. ſine fig. Gramen loliaceum maritimum, ſpicis gracilibus articulatis recurvis *H. Ox. III.* 182. 8. Loliaceum maritimum, ſpicis articulatis *Ej. S. VIII. T.* 2. *f.* 8. Phœnix aceroſa aculeata *Park.* 1145. 1146. An Gramen loliaceum minus ſpica ſimplici *C. B. Pin.* 9. *Pr.* 19? *Dwarf Sea-darnel-graſs.* Ad maris littus, & in paluſtribus maritimis frequens. Cauliculi huic ramoſi; ſpica teres, nec ipſo caule craſſior, ut niſi cum floret ægre diſtingui poſſit.

Gramen pumilum Loliaceo ſimile *Syn. II.* 250. 4. exile duriuſculum maritimum *Ej.* 259. 16. exile duriuſculum maritimum foliolis circumvolutis, veluti junceis brevibus *Pluk. Alm.* 173. *T.* 32. *f.* 7. *Dwarf Darnel-graſs.* Found by Mr. *Newton* at *Bare*, about a Mile from *Lancaſter*; as alſo nigh the *Salt-Pans*, about a Mile from *Whitehaven*, in *Cumberland*; and at *Bright-Helmſton*, in *Suſſex*, and elſewhere on the Sea-Coaſts. Deſcriptionem vide *Hiſt. noſt. p.* 1287.

Lolii farina aliis idoneis medicamentis admixta ad ulcera putreſcentia, impetigines, lepras, ſtrumas, dolorem iſchiadicum, &c. a Veteribus commendatur. In pane aut cereviſia aſſumptum temulentiam ſeu potius vertiginem celerrime efficit, oculis quoque nocet.

Lolium ſpica ariſtata. Lolium temulentum. Lolium album *Ger.* 71. *Park.* 1145. gramineum ſpicatum, caput tentans *J. B. II.* 437. Gramen loliaceum ſpica longiore *C. B. Pin.* 9. *Th.* 121. *Darnel. Ivray* Gallis, quoniam inebriat, *Ray.* Inter ſegetes, præſertim Triticeas, nimis

nimis frequens. Magnitudine omnium partium reliquis ſui generis excellit, & familiam ducit.

ELYMUS.

CAL. Involucrum *tetraphyllum, diſtachyon:* foliolis *duobus ſingulæ ſpiculæ ſubjectis, ſubulatis, acuminatis.* Gluma *nulla.* COR. *bivalvis:* Valvula exteriore *majore, acuminata, ariſtata;* V. interiore *plana.* STAM. Filamenta *tria, capillaria, breviſſima.* Antheræ *oblongæ, baſi bifidæ.* PIST. Germen *turbinatum.* Styli *duo, divaricati, piloſi, inflexi.* Stigmata *ſimplicia,* PER. Corolla *ſemen involvit.* SEM. *unicum, lineare, hinc convexum, tectum.*

Elymus foliis mucronato pungentibus. Elymus Arenarius. Gramen caninum maritimum ſpica triticea noſtras *Syn. II.* 247. 3. caninum marinum ſpica ſiliginea *Merr. P.* it. Gr. caninum marinum ad aliquot cubitos extenſum *Ej.* maritimum vulgato canino ſimile *Lob. Illuſtr.* 24. An Gram. caninum maritimum ſpicatum *C. B. Pin.* 1? caninum geniculatum maritimum ſpicatum *Park.* 1277? *See Dogs-graſs with a Wheat-ear.* In maritimis frequens.

(Figuræ quam de Gramine canino maritimo ſpicato exhibent *C. B. Th.* 14. *Lobelius Ic.* 21. *Parkinſonus* 1277. & *Pluken. Ph. T.* 33. *f.* 3. nimis parvam monſtrant plantam nec priori ſatis convenientem.)

Tota planta glauca eſt, altitudine Triticum æquat, vel etiam ſuperat; ſpica Triticeæ ſimilis & æque longa, verum ſtrigoſior minuſque compacta; radicibus etiam reptat. (Primæ ſpeciei valde ſimilis, folia autem glauca & rigidiora; D. *Doody.*)

Gramen maritimum, ſpica loliacea, foliis pungentibus noſtras *Pluk. Alm.* 173. *T.* 33. *f.* 4. *a.* loliaceum maritimum foliis pungentibus *Inſt. R. H.* 516. phœnicoides foliis convolutis, junceis ac pungentibus alterum *J. B. II.* 478. deſcr. ſine fig. Prope *Sherneſs* in inſula Sheppy, & ad *Delkey* prope Chicheſter Junio & Julio. Spica breviore craſſiore & rariore; totius parvitate & foliis anguſtis, plerumque convolutis & pungentibus a præcedente ſatis differt. Cæterum non niſi varietas videtur Graminis anguſtifolii, ſpica Tritici muticæ ſimili *C. B.* loco ſtrigoſitatem & foliorum glaucedinem debens; D. *Dillen.*

Gramen loliaceum maritimum ſupinum ſpica craſſiore *Inſt. R. H.* 516. caninum maritimum ſupinum, ſpica craſſa *Petiv. Ib.* caninum maritimum, ſpicis rarioribus craſſis *Petiv. Conc.*

Gr.

Gr. n. 17. A. D. *Buddle* in littore Suffolciæ obſervatum. Priori ſimile, foliis tamen minus acutis & convolutis, ſpicis nonnihil craſſioribus.

Gramen caninum maritimum ſpica foliacea *C. B. Pin.* 2. *Th.* 15. caninum maritimum alterum *Ger.* 23. canim. marit. alterum longius radicatum *Park.* 1277. *Long-rooted Sea-dog-graſs, with a foliaceous Ear.* Found by Mr. *Dale*, on the Shore in *Merſey* Iſland, near *Colcheſter* in *Eſſex*. Hæc ſpecies ſpicam Triticeam non habet.

Graminis canini κατ' ἐξοχὴν Gramen dicti, radix ſiccat & ſubadſtringit. Uſus præcipui in obſtructionibus hepatis, lienis, & ureterum, in expuitione ſanguinis, & lumbricis necandis; *Schrœd.* Ad lumbricos necandos farinam radicum commendat D. *Bowle.* Aquam earundem ſtillatitiam aliis omnibus aquis præferunt, quibus pulveres contra lumbricos diluere ſolemus. Aliis deobſtruentibus, diureticis & lithontripticis medicamentis in hoc excellunt radices Graminis, quod ſine calefactione opus ſuum perficiant.

SECALE.

CAL. Involucrum *biflorum, diphyllum: foliolis oppoſitis, erectis, linearibus, acuminatis, corolla minoribus.* COR. *bivalvis:* Valvula exterior *rigidior, ventricoſa, acuminata, compreſſa, margine inferiore ciliato, deſinens in Ariſtam longam;* V. interior *plana, lanceolata.* Nectaria *duo, ovata, erecta.* STAM. Filamenta *tria, capillaria, extra florem pendula.* Antheræ *oblongæ, furcatæ.* PIST. Germen *turbinatum.* Styli *duo, reflexi, villoſi.* Stigma *ſimplex.* PER. *nullum.* Corolla *fovet ſemen, dehiſcit, demittit.* SEM. *unicum, oblongum, fere cylindraceum, nudum, hinc acuminatum.* OBS. *Flos tertius* pedunculatus ſæpe inter duos majores ſeſſiles.

Secale glumarum ciliis ſcabris. Secale cereale. Secale *Ger.* 61. *J. B. II.* 416. vulgatius *Park.* 1128. hybernum vel majus *C. B. Pin.* 23. *Th.* 425. *Rie.* Arenoſo & levi ſolo gaudet. Menſe integro ante Triticum in ſpicam abit.

Secale vernum vel minus *C. B. Pin.* 23. *Th.* 427. *deſcr.* æſtivum ſeu minus *Park.* 1129. Priore minus & gracilius, ſpica breviore & tenuiore. It is ſown in the Spring; *Pet. Conc. Gr. n.* 31.

Panis ſecalinus ater & ponderoſus eſt, lentoris & obſtruentis naturæ particeps: inaſſuetis alvum interdum non ſine torminibus movens. Verum ob humiditatem ſuam,

quia



Fig. 1. *p. 65* *Fig. 2.* *p. 39*

quia non ita facile & ſubito ab aere aridus & exſuccus reddatur, a nonnullis Triticeo præfertur : noſtrates Triticum Secali admiſcent ut panis tum levior & tenerior, tum durabilior ſit.

Secale glumarum ciliis villoſis, ſquamis calycinis cuneiformibus. Secale villoſum. Gramen ſecalinum majus ſylvaticum *Hiſt. Ox. III. p.* 180. *n.* 12. hordeaceum montanum, ſpica ſtrigoſiori brevius ariſtata *J. Scheuchz. Agr. Pr. p.* 14. *T.* 1. *Agr. p.* 16. ſecalinum maxim. *Park.* 1144. *Merr. P.* an Gram. hordeaceum montanum ſive majus *C. B. Pin.* 9. *Th.* 135? *Great Wood Rie-graſs.* In *Stoken-church* Woods, *Oxfordſhire*, plentifully; found by Mr. *Bobart.* Hujus ſpecimina aliquot mihi oſtendit D. *Sherard.* Spica longe diverſa eſt a reliquarum ſpecierum ſpicis, & Graminis ſpartei marini noſtratis ſpicæ ſimilior. (In the Woods a Mile Weſt from *Petersfield*; *Merr. P.* In the high Woods by *Hambleton*, in the Road from *Henley* to *Great Marlborough*; Mr. *J. Sherard*, in Company with Mr. *Rand.)*

Gramen ſecalinum altiſſimnm, ſpica brevi, ariſtis longis extantibus. Found by Mr. *Jam. Sherard.* Spica Secali vulgari ſimillima, nec alia in re differt, quam quod brevior & obtuſa majis velutique reſecta ſit, ariſtis interea longis, extantibus, & in latus utrinque vergentibus. Vid. Tab. XX. fig. 1.

HORDEUM.

CAL. Involucrum *partiale, triflorum, hexaphyllon, foliolis linearibus, acuminatis, erectis, duobus ſingulo flori ſubjectis.* Gluma *nulla.* COR. *bivalvis :* Valvula inferior *ventricoſa, angulata, ovato-acuminata, calyce longior, deſinens in Ariſtam longam :* V. interior *lanceolata, plana minor.* STAM. Filamenta *tria, capillaria, corolla breviora.* Antheræ *oblongæ.* PIST. Germen *ovato-turbinatum.* Styli *duo, villoſi, reflexi.* Stigmata *ſimilia.* PER. Corolla *circumnaſcitur ſemini, nec dehiſcit.* SEM. *oblongum, ventricoſum, angulatum, utrinque acuminatum, inde ſulco longitudinali notatum.* OBS. In quibuſdam omnes tres flores, involucro contenti, *hermaphroditi* ſunt fertiles; in aliis flores laterales *mares* ſunt, intermedius autem ſolus *fertilis hermaphroditus.*

Hordeum floſculis omnibus hermaphroditis ariſtatis; ordinibus duobus erectioribus. Hordeum polyſtichum *J. B. II.* 429. &, ut mihi videtur, hexaſtichum pulchrum *Ejuſd.* polyſtichum hybernum *C. B. Pin.* 22. forte etiam

 vernum

vernum *Ejuſdem.* Polyſtichum vel hybernum *Park.* 1130. *Winter, or ſquare Barley, or Bear-Barley,* & in montoſis Septentrionalibus (ubi vulgo ſeritur) *Big.* Priores duæ ſpecies hyemem non ferunt, ideoque ſeruntur vere; hæc frigus non reformidat, ideoque Septentrionalibus regionibus convenit.

Ex Hordeo fit Malta ſeu Byne, ex hac cereviſia, eaque vel cum Lupulo incocto *Biera* dicta, vel ſine lupulo *Ala.* Modus conficiendi vulgo notus, ut non opus ſit eum deſcribere. Conſule ſi placet *Hiſt. noſt. p.* 1245. Ex Hordeo decorticato quomodo Ptiſana Veterum decantatiſſima fiebat vide *Hiſt. noſt. p.* 1244. Edulium eſt in acutis morbis omnibus frumentaceis præferendum. Ptiſana recentiorum differt nonnihil a Ptiſ. veterum. Ptiſana Gallorum nihil aliud eſt quam Hordei decorticati tenuius decoctum cum Glycyrrhiza raſa et uvis paſſis.

Hordeum floſculis lateralibus maſculis muticis, ſeminibus angularibus imbricatis. Hordeum diſtichum *Ger.* 66. *J. B. II.* 429. *Park.* 1130. diſtichum quod ſpica binos ordines habeat Plinio *C. B. Pin.* 23. *Common long-eared Barley.*

Hordeum floſculis lateralibus maſculis muticis, ſeminibus angularibus patentibus corticatis. Hordeum diſtichum, ſpica breviore & latiore, granis confertis *Syn. II.* 246. An Hord. diſtichum minus *Park.* 1129? Hord. dictum Germanis Oryza *J. B. II.* 429? Zeocrython ſeu Oryza Germanica *C. B. Pin.* 22? *Sprat-barley, or Battle-door-barley.*

Hordeum floſculis lateralibus maſculis ariſtatis. Hordeum murinum. Gramen ſecalinum & Secale ſylveſtre *Johnſoni apud Ger.* 73. Hordeum ſpurium vulgare *Park.* 1147. Gramen Hordeaceum minus & vulgare *C. B. Pin.* 9. *Th.* 134. an Herba Phœnicea Græcorum Plinio Lib. 22. cap. 25. Hordeum murinum *J. B. II.* 431. *Wild Rie, or Rie-graſs, Wall-barley, Way-bennet.* Ad muros, macerias & ſemitas.

Gramen ſecalinum *Ger. emac.* Lib. 1. cap. 22. n. 4. ſecalinum majus & minus *Park.* 1144. ſecalinum pratenſe elatius *H. Ox. III.* 179. Secalinum minus pratenſe *Ib. S. VIII. T.* 2. *f.* 6. An Gram. ſpica ſecalina *C. B. Pin.* 9. *Pr.* 18? *Meadow tall Rie-graſs.* In pratis frequens.

A præcedente proceritate ſua, & ſpicarum ariſtarumque brevitate præcipue differt.

Gramen ſecalinum paluſtre & maritimum *Syn. II.* 248. 3. ſecalinum maritimum glaucifolium, ſpicis brevioribus *H. Ox. III.* 179. ſecalinum maritimum minus *Ib. S. VIII. T.* 6. *f.* 5. *Marſh Rie-graſs.*

A prima ſpecie differt ſpicis brevioribus & pyramidalibus, e ſquamis crebrioribus & magis confertis compactis, iiſdem & ariſtis magis extantibus, imis longioribus, ſuperioribus ordine brevioribus.

TRITICUM.

CAL. Gluma *bivalvis, ſæpius triflora:* valvulis *ovatis, obtuſis.* COR. *bivalvis, ſubæqualis, magnitndine calycis:* Valvula exterior *ventricoſa, obtuſa, cum acumine:* V. interior *plana.* STAM. Filamenta *tria, capillaria.* Antheræ *oblongæ, bifurcatæ.* PIST. Germen *turbinatum.* Styli *duo, capillares, reflexi.* Stigmata *plumoſa.* PER. *nullum.* Corolla *fovet ſemen, dehiſcit, demittit.* SEM. *unicum, ovato-oblongum, utrinque obtuſum, hinc convexum, inde ſulcatum.* OBS. Corollæ valvula exterior in aliis ariſtata, in aliis mutica.

Annua.

Triticum glumis ventricoſis glabris imbricatis ariſtatis. Triticum æſtivum *C. B. Pin.* 21. *Th.* 358. trimeſtre Portæ *Park.* 1121. Vere ſeritur & æſtivis menſibus ad maturitatem pervenit.

Triticum ſpica hordei *Londinenſibus. Syn. II.* 245. æſtivum ſpica hordei polyſtichi *H. Ox. III.* 176. *S. VIII. T.* 1. *f.* 11. Hordeum nudum ſeu Gymnocrithon *J. B. II.* 430. Zeopyrum ſive Tritico-ſpeltum *C. B. Pin.* 22. *Park.* 1123. Hordeum nudum *Ger.* 66. cujus figura huic plantæ minime reſpondet. *Naked Barley.* Inter Triticum & Hordeum ambigit, ſpicam enim habet hordei, granum Tritici. It is ſown in the Fields about *Iſlip* in *Oxfordſhire*, and other Places. Mr. *Bobart.*

Frumentorum omnium præſtantiſſimum Triticum eſt; de quo tacere præſtat quam pauca dicere. Vide *Hiſt. noſt.* aut *Joan. Bauhini.*

Triticum glumis ventricoſis lævibus imbricatis ſubmuticis. Triticum ſpica mutica *Ger.* 58. *Park.* 1120. hybernum ariſtis carens *C. B. Pin.* 21. *H. Ox. III. p.* 175. *S. VIII. T.* 1. *f.* 1. vulgare, glumas triturando deponens *J. B. II.* 407. *White or red Wheat without Awns.* Duplex eſt:

Triticum ſpica & granis rubentibus. Tritici hyberni ariſtis carentis genus primum: πύρος Veteribus, Robus Colu-

 mellæ

mellæ *C. B. Pin.* 21. *Th.* 354. *Red-Wheat*, and in ſome Places *Kentiſh-Wheat.* Hoc genus ponderoſius eſt, & farina, cum furfures excuſſi ſunt, candidiore.

Triticum ſpica & granis albis. Triticum ſiligineum *C. B. Pin.* 21. *Theatr.* 355. Græcorum & Galeni Σιλῖγνις, Hippocrati Τρύγις *Ejuſd. White-Wheat.* Huic granum mollius, levius, extrinſecus nitidum, medulla leviore & candida.

Utrumque hoc genus ſpicam ariſtatam interdum producit. Habetur etiam Triticum rubrum ſpica alba, ariſtata & non ariſtata, quod ſpurium & ambiguum quoddam genus eſt inter album & rubrum.

Triticum ariſtis circumvallatum, granis & ſpica rubentibus, glumis lævibus & ſplendentibus. An Triticum ariſtis circumvallatum *Ger.* 59? *Red-eared bearded Wheat.* Hæc ſpecies ariſtas per maturitatem ſponte non deponit.

Triticum ſpica villoſa quadrata longiore, ariſtis munitum *H. Ox. III. p.* 176. *S. VIII. T.* 1. *f.* 13. cinereum maximis ariſtis donatum, triturando glumas deponens *J. B. II.* 408. conica figura hirſutum, cum & ſine ariſtis *Merr. P. Cone Wheat.* Propter ariſtarum aſperitatem & glumarum hirſutiem ab avibus aliiſque injuriis liberum eſt, & ideo ad ſepes vulgo ſeritur, obſervante *Bobarto.*

Triticum glumis ventricoſis villoſis imbricatis obtuſis. Triticum ariſtatum, ſpica maxima cinericea, glumis hirſutis *Syn. II.* 245. ſpica villoſa quadrata breviore & turgidiore *H. Ox. III. p.* 176. *S. VIII. T.* 1. *f.* 14. *Grey Wheat*, and in ſome Places *Duckbill Wheat*, and *Grey Pollard.* Tritico ſpica mutica majus eſt & elatius, ſpica majore habitiore, pondere ſuo deorſum nutante, ariſtis longis circumvallata, quas non raro ante maturitatem amittit, glumis cinereis hirſutis.

Triticum majus, longiore grano glumis foliaceis incluſo, ſeu Triticum Poloniæ dictum *H. Ox. III. p.* 175. *S. VIII. T.* 1. *f.* 8. Triticum Polonicum *Pluk. Alm.* 378. *T.* 231. *f.* 6. *Polonian-Wheat.* This I received from *Worceſterſhire*, where it is ſown in the Fields; Mr. *Bobart.*

Triticum ſpica multiplici *C. B. Pin.* 21. *H. Ox. III. p.* 175. *S. VIII. T.* 1. *f.* 7. *Ger.* 59. *Park.* 1120. Tritic. cum multiplici ſpica, glumas facile deponens *J. B. II.* 107. caule farcto. D. *Moulins* obſerved it in *Eſſex*, and other Places. *Many-eared Wheat.* Mr. *Dale* obſerved it ſown at *Great Brackſtead* in *Eſſex.*

Pe-

Perennia.

Triticum calycibus ſubulatis trifloris acuminatis. Triticum repens. Gramen ſpica triticea repens vulgare, caninum dictum *Syn. II.* 247. 1. repens, Officinarum forte, ſpicæ Triticeæ aliquatenus ſimile *J. B. II.* 457. *deſcr.* caninum *Ger.* 22. caninum vulgatius *Park.* 1173. *H. Ox. III. p.* 178. *S. VIII. T.* 1. *f.* 8. caninum arvenſe ſeu Gramen Dioſcoridis *C. B. Pin.* 1. *Th.* 7. *Common Dogs-graſs, or Quich-graſs, or Couch-graſs.* Hortorum & agrorum ob importunam reptandi licentiam peſtis eſt.

Hujus varietatem cum ſpica ariſtata obſervavimus circa *Settle* & alibi in agro Eboracenſi.

Triticum calycibus ſubulatis quadrifloris ariſtatis. Triticum caninum. Gramen caninum ariſtatum, radice non repente, ſylvaticum D. *Bobarti. Syn. II.* 247. 2. Gr. caninum non repens elatius, ſpica ariſtata *H. Ox. III. p.* 177. *n.* 2. caninum ariſtatum radice non repente *Ib. S. VIII. Tab.* 1. *f.* 2. *Bearded Dogs-graſs of the Woods, not creeping.* In *Stoken-church* Woods plentifully. (About *Croydon*; D. *Doody.* Near *Settle* in *Yorkſhire*; Mr. *J. Sherard.*) Idem eſſe cum nobis obſervato ſuſpicor; nam & noſtrum inter vepres oriebatur; radices tamen non eruimus.

III. TRIGYNIA.

MONTIA.

CAL. Perianthium *diphyllum: foliolis ovatis, concavis, obtuſis, erectis, perſiſtentibus.* COR. *monopetala, quinque partita: Laciniis tribus alternis minoribus, ſtaminiferis.* STAM. Filamenta *tria, capillaria, longitudine corollæ, cui inſerta.* Antheræ *parvæ.* PIST. Germen *turbinatum.* Styli *tres, villoſi, patentes.* Stigmata *ſimplicia.* PER. Capſula *turbinata, obtuſa, tecta, unilocularis, trivalvis.* SEM. *tria, ſubrotunda.* OBS. *Calyx* ſæpe variat foliolis ternis, tumque ſtamina 5. ſæpe producit.

Montia. Montia fontana. Alſine parva paluſtris tricoccos, Portulacæ aquaticæ ſimilis. Alſineformis paludoſa tricarpos, floſculis albis inapertis *Pluk. Alm.* 21. *T.* 7. *f.* 5. Alſine floſculis conniventibus *Merr. Pin.* Por-

tulaca tricoccos *Pet. H. B.* 10. 12. Portulaca exigua ſeu arvenſis Camerarii *J. B. III.* 678. arvenſis *C. B. Pin.* 288. *Small Water Chickweed, or Purſlane, by ſome called Blinks.* Amat loca humida & paluſtria: vere pluvioſo etiam inter ſegetes obſervavimus.

Foliis Portulacam aliquatenus referentibus, floſculis albis pentapetalis vix unquam ſe aperientibus, vaſculo denique tricocco in tres carinas per maturitatem dehiſcente, cuivis inquirenti ſe detegit.

(Flos accuratius inſpicienti non niſi monopetalus apparebit, iſque irregularis, in quinque plerumque inæquales, nonnunquam in quatuor valde breves lacinias diviſus. Ob quam floris, calycis & vaſculi ab Alſine diverſitatem peculiare genus meretur, quod *Cameraria* dictum fuit in *Cat. Giſs. P.* 46. & 61. It. *App.* 114. *T.* 6. Cæterum in arvis humilior eſt, repit maturiuſve floret, locis aquoſis erectior eſt, & ſerius floret, cum poſteriori Alſine aquatica ſurrectior *J. B. III.* 786. ſatis bene reſpondet.)

CLASSIS QUARTA.

TETRANDRIA.

I. MONOGYNIA.

Aggregatæ, calyce communi; ſemina *ſolitaria nuda.*

DIPSACUS.

CAL. Perianthium *commune, multiflorum, polyphyllum:* foliolis *tenuibus, floſculo longioribus, laxis, perſiſtentibus.* Perianthium

rianthium proprium *vix manifeſtum, germini inſidens.* COR. univerſalis *æqualis :* propria *monopetala tubuloſa :* limbo *quadrifido, erecto :* lacinia exteriori *majore, acutiore.* STAM. Filamenta *quatuor, capillaria, corolla longiora.* Antheræ *incumbentes.* PIST. Germen *infra receptaculum proprium floſculi.* Stylus *filiformis, longitudine corollæ.* Stigma *ſimplex.* PER. *nullum.* REC. commune *conicum, paleis longioribus diſtinctum.* SEM. *ſolitaria, columnaria, margine calycino integro coronata.*

Dipſacus foliis ſeſſilibus ſerratis. Dipſacus ſativus *J. B. III.* 73. *C. B. Pin.* 385. *Ger.* 1005. *Park.* 983. Carduus fullonum *Lob. Ic.* 17. *Manured Teaſel.* Seritur apud nos frequens, nec vulgari diligentia colitur ad lanificia. Junio ac Julio floret: echinata capitula Auguſto colligenda ſunt.

Capitulorum ſquamis aduncis a ſylveſtri diſtinguitur.

Dipſacus ſylveſtris ſeu Labrum Veneris *J. B. III.* 74. ſylv. aut Virga paſtoris major *C. B. Pin.* 385. Dipſacus ſylveſtris *Ger.* 1005. *Park.* 984. *Wild Teaſel.* In incultis, præſertim humidis, & ad ſepes.

Capitulorum forma cum præcedente convenit, ſquamis ea componentibus in longos rectos & molles mucrones deſinentibus ab eodem differt.

Dipſacus foliis petiolatis, appendiculatis. Dipſacus minor ſeu Virga paſtoris *Ger. Em.* 1168. ſylv. capitulo minore, vel Virga paſtoris minor *C. B. Pin.* 385. Virga paſtoris *Park.* 984. Paſtoris vulgaris *J. B. III.* 75. *Small wild Teaſel, or Shepherd's Rod.* In humidis & aquoſis, ad ſepes & rivulos. In Lanes near *Denham* in *Buckinghamſhire.* In Lanes about *Garanton* Park, *Leiceſterſhire*; and in *Hollinghall* Wood, near *Loughborough*; alſo about the old Pond in Sir *Iſaac Woollaſton*'s Park, where the Cyperus Gramineus grows.

In hac ſpecie foliorum in caule adverſorum baſes disjunctæ ſunt ſeu diſcretæ, capitula parva, globoſa.

Radicis Dipſaci vulgaris in vino decoctæ uſus eſt in rhagadibus ani conſolidandis : commendatur & ad verrucas abigendas, ut & aqua foliorum cavo excepta, quæ & oculis caliginoſis prodeſt, & maculas faciei exterit. Capitulorum ſativi uſum eſſe ad pannos depectendos vulgo notum, unde *Cardui fullonum* nomen.

SCABIOSA.

CAL. Perianthium commune *multiflorum*, *patens*, *polyphyllum*; foliolis *ſeriebus variis receptaculum cingentibus eique inſidentibus*, *quorum interiora gradatim minora.* Perianthium proprium *duplex*, *utrumque germini inſidens*, *quorum:* P. exterius *brevius*, *membranaceum*, *plicatum*, *perſiſtens.* P. interius *quinquepartitum*: laciniis *ſubulato-capillaceis.* COR. *ſingula monopetala.* Petalum *erectum*, *tubulatum*, *ſenſim ampliatum*, *ſemi-quinquefidum* (*quadrifidumve:*) laciniis *exterioribus majoribus.* STAM. Filamenta *quatuor*, *ſubulato-capillaria*, *debilia.* Antheræ *oblongæ*, *incumbentes.* PIST. Germen *infra receptaculum proprium floſculi*, *propria vagina involutum tanquam calyculo.* Stylus *filiformis*, *longitudine corollæ.* Stigma *obtuſum*, *oblique emarginatum.* PER. *nullum.* REC. commune *convexum*, *foliolis calycinis corollas diſtinguentibus.* SEM. *ſolitaria*, *ovato-oblonga*, *involuta*, *calycibus propriis coronata.* OBS. *Corollulæ* exteriores ſæpe majores, magis inæquales. *Seminum coronæ* variæ in diverſis.

Scabioſa corollulis quadrifidis radiantibus, *caule hiſpido.* Scabioſa major communior folio laciniato *J. B. III.* 2. major vulgaris *Ger.* 582. vulgaris pratenſis *Park.* 484. pratenſis hirſuta, quæ Officinarum *C. B. Pin.* 269. *Common Field Scabious.* *Double-flowered Scabious.* In paſcuis frequens, nec minus inter ſegetes.

Scabioſam flore pleno dicimus, quæ floſculos interiores ejuſdem figuræ & longitudinis habet cum exterioribus; cujuſmodi in paſcuis non raro occurrit. Scabioſa flore pleno *Cat. Angl.*

Scabioſa corollulis quinquifidis foliis radicalibus ovatis crenatis, *caulinis pinnatis ſetaceis.* Scabioſa minor vulgaris *J. B. III.* 3. minor ſive Columbaria *Ger.* 582. minor campeſtris *Park.* 484. capitulo globoſo major & minor *C. B. Pin.* 270. *The leſſer Field Scabious.* In paſcuis ſiccioribus & montoſis. Variat floris colore carneo & albo, (ut & capitulis, quæ aliquando prolifera obſervantur.)

Scabioſa corollulis quadrifidis æqualibus, *caule ſimplici*, *ramis approximatis foliis lanceolato-ovatis.* Scabioſa radice ſuccifa, flore globoſo. Succiſa ſive Morſus Diaboli *J. B. III.* 11. Morſus Diaboli *Ger.* 587. Diaboli vulgaris, flore purpureo *Park.* 491. Succiſa glabra & hirſuta *C. B. Pin.* 269. *Devil's-bit.* In pratis & paſcuis. Serius

&

& ſub Autumnum floret. Variat florum colore carneo & albo; interdum etiam foliis hirſutis invenitur. Folia huic integra; flores globoſi; radix ſucciſa.

Sudorifera, alexipharmaca ac pulmonica eſt. Uſus præcip. in apoſtematibus, pleuriſi, angina, tuſſi, aſthmate, peſte, fiſtuloſis ſeu manantibus ulceribus. Extrinſecus in ſcabie, pruritu, impetigine, in achoribus ac tinea capitis, inque furfuribus ac lendibus ejuſdem, in ſugillatis & maculis faciei, doloribus hæmorrhoidum [in ſuffitu vaporoſo] *Schrod.*

Stellatæ. Monopetalæ ſupra fructum didymum, Stylo bifido.

SHERARDIA.

CAL. Perianthium *parvum, quadridentatum, germini inſidens, perſiſtens.* COR. Petalum *unicum.* Tubus *cylindraceus, longus;* Limbus *quadripartitus, planus, acutus.* STAM. Filamenta *quatuor ad apicem tubi poſita.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *didymum, oblongum, infra receptaculum.* Stylus *filiformis, ſuperne bifidus.* Stigmata *capitata.* PER. *nullum.* Fructus *oblongus, coronatus, longitudinaliter in duo ſemina ſeparabilis.* SEM. *bina, oblonga, apice tribus acuminibus notata, hinc convexa, inde plana.*

Sherardia foliis omnibus verticillatis, floribus terminalibus. Sherardia arvenſis. Rubeola arvenſis repens cœrulea *C. B. Pin.* 334. *Pr.* 145. minor pratenſis cœrulea *Park.* 276. Rubeola parvo flore cœrulea ſe ſpargens *J. B. III.* 719. *Little Field Madder.* In arvis, præſertim requietis.

ASPERULA.

CAL. Perianthium *parvum, quadridentatum, germini inſidens.* COR. Petalum *unicum.* Tubus *cylindraceus, longus.* Limbus *quadripartitus:* laciniis *oblongis, obtuſis, reflexis.* STAM. Filamenta *quatuor, ad apicem tubi poſita.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *didymum, ſubrotundum, infra receptaculum.* Stylus *filiformis, ſuperne bifidus.* Stigmata *capitata.* PER. Baccæ *ſiccæ, duæ, globoſæ, coalitæ.* SEM. *ſolitaria, ſubrotunda, magna.*

Aſperula foliis octonis lanceolatis, florum faſciculis pedunculatis. Aſperula *Ger.* 966. ſeu Rubeola montana odora

odora *C. B. Pin.* 334. Aſperula aut Aſpergula odorata *Park.* 563. Rubiis accedens Aſperula quibuſdam ſive Hepatica ſtellaris *J. B. III.* 2. 718. *Woodroof, or Woodruffe.* In ſylvis & dumetis, præſertim montoſis, Maio menſe floret. In *Charlton* Wood; Mr. *Watſon.* In *Cane* Wood, near *Hampſtead*; in *Buddon, Okely,* and *Hollinghall* Woods, near *Loughborough,* and elſewhere; Mr. *Pultney.* The fixed Salt of this Plant is a ſtronger Alkali than any other.

Flores ſummos cauliculos occupant velut in umbella; candidi, odorati.

Uſus hujus præcip. in obſtructo hepate ac meatu bilario, & hinc in ictero; in hepate calidiore refrigerando; etiam extrinſecus in cataplaſm. Fertur in vinum conjecta hilaritatem efficere, & ſaporem ei gratiſſimum conciliare, unde Germanis in frequenti uſu eſt. Ruſtici ad tumores calidos & vulnera recentia ea utuntur tuſa & impoſita.

Aſperula foliis inferioribus ſenis, intermediis quaternis, ſubulatis, triquetris; floribus quadrifidis. Aſperula Cynanchica. Rubeola vulgaris quadrifolia lævis, floribus purpurantibus *J. R. Herb.* 130. Rubia cynanchica *J. B. III.* 723. *C. B. Pin.* 333. Synanchica Lugd. p. 1185. *Ger Em.* 1120. Aſperula repens Geſneri ſeu Saxifraga altera Cæſalpini *Park.* 453. *Squinancy-wort.* In ſterilibus Soli expoſitis cretaceis collibus, v. g. *Gogmagog* Hills, *Newmarket* Heath, *Suſſex* Downs, *&c.*

Floribus velut umbellatis cum Aſperula convenit, eorundem colore rubente, ut et parvitate ſua, ab eadem differt. Radix rubro inficit colore.

GALIUM.

CAL. Perianthium *minimum, quadridentatum, germini inſidens.* COR. Petalum *unicum, quadripartitum, planum, acutum, tubo nullo.* STAM. Filamenta *quatuor, ſubulata, corolla breviora.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *didymum, infra receptaculum.* Stylus *filiformis, ſemi-bifidus, longitudine ſtaminum.* Stigmata *globoſa.* PER. Baccæ *ſiccæ, duæ, globoſæ, coalitæ.* SEM. *ſolitaria, reniformia, magna.* OBS. Aparine T. *Fructu hiſpido diſtincta fuit a* Galio T. *Fructu glabro.*

Galium foliis quaternis obovatis inæqualibus, caulibus diffuſis, fructu glabro. Gallium paluſtre. Molluginis vulgatioris varietas minor *Park.* 565. Gallium album *Ger.*


TAB. XVII.
Pag. 75
Fig. 1.
p. 175.
a
Fig. 2.
p. 54

Ger. 967. *J. B. III.* 2. 721. paluſtre album *C. B. Pin.* 335. *White Ladies Bedſtraw.* In locis humidis & ad rivulos. (Quadrifolia eſt; *D. Doody Ann.*)

Folia in caulibus ſuperiora aſpera ſunt, non lævia, quo a proxime ſequenti differt. Floſculi plures ſimul conferti quaſdam quaſi umbellulas efficiunt, ut in Rubia cynanchica.

Mollugo montana erecta quadrifolia. Rubia erecta quadrifolia *J. B. III.* 2. 716. *Croſs-wort Madder, or four-leaved mountainous Baſtard-Madder.* Prope *Orton*, *Winandermere*, & alibi in Weſtmorlandia (v. g. ad ripam fluminis *Lune* paulo ſupra pontem, oppidum *Kirkby* verſus. In montibus altiſſimis Cambriæ, e rupium fiſſuris, ubique fere provenit; *D. Richardſon.)*

Floribus in cacumine caulis & ramorum confertis albis, cum Mollugine convenit, a Cruciata differt.

Mollugo montana minor Gallio albo ſimilis *Hiſt. noſt.* 482. Gallium album minus *Pet. H. B.* 30. 6. An Gallium album minus *C. B. Pin.* 338? Rubia quædam minor *J. B. III.* 2. 716. *Small Mountain Baſtard-Madder.*

Provenit hæc non in paluſtribus tantum, ſed & in montoſis magna copia. Parvitate autem ſua, glabritie caulium & foliorum, locoque natali a præcedente diſtinguitur.

Gallium album ſupinum multicaule *Fl. Jen.* 4. In ericetis montoſis a *D. Rand* obſervatum.

Galium foliis ſenis lanceolatis, retrorſum ſerrato-aculeatis, mucronatis, rigidis, corollis fructu majoribus. Gallium uliginoſum. Aparine paluſtris minor Pariſienſis, flore albo *Inſt. R. H.* 114. *Hiſt. Pl. Par.* 390. On the lower Bog at *Chiſſelhurſt*; Mr. *J. Sherard.*

Galium foliis ſenis lanceolatis carinatis ſcabris retrorſum aculeatis, geniculis ſimplicibus, fructibus glabris. Gallium ſpurium. Aparine ſemine læviore. Aparine lævis *Park.* 567. deſcr. ſin. ic. *Gooſe-graſs, with ſmoother Seed.* Inter ſegetes. Minor eſt & humilior vulgari.

Galium foliis octonis linearibus ſulcatis, ramis floriferis brevibus. Gallium luteum *C. B. Pin.* 335. *Ger.* 967. *Park.* 564. Gallion verum *J. B. III.* 2. 720. *Yellow Ladies Bedſtraw, or Cheeſe-Rening.* In paſcuis ſiccioribus & colliculis ad agrorum margines.

Ab effectu lac coagulandi nomen adeptum Gallion, foliis tenuibus obſcurius virentibus, floribus luteis parvis a congeneribus differt. Coma coaguli modo lac condenſat. Acetum ex eadem deſtillando elicitur: modum

dum vide in *Hiſt. noſt. p.* 482. Acetoſæ ſummitates deſtillate ejuſmodi acidum non reddunt, ſed inſipidum phlegma.

Galium foliis octonis ovatis linearibus ſubſerratis patentiſſimis mucronatis, caule flaccido, ramis patentibus. Gallium mollugo. Mollugo vulgatior *Park.* 565. Rubia anguloſa aſpera *J. B. III.* 2. 715. ſylveſtris lævis *C. B. Pin.* 333. An Rubia ſylveſtris *Ger.* 957? Mollugo montana anguſtifolia, vel Gallium album latifolium *C. B. Pin.* 334? *Wild Madder, or great Baſtard Madder.* Ad ſepes & in dumetis frequens.

Planta hæc mollior eſt & minus aſpera quam præcedens; flores albi numeroſiſſimi: magnitudine & caulium longitudine & ramulorum frequentia inſignis eſt.

Galium foliis octonis lanceolatis carinatis ſcabris retrorſum aculeatis, geniculis villoſis, fructu hiſpido. Gallium Aparina. Aparine *Ger.* 963. *J. B. III.* 713. vulgaris *Park.* 567. *C. B. Pin.* 334. *Cleavers, or Gooſe-graſs.* Ad ſepes, interdum & inter ſegetes.

Aſperitate veſtium tenaci ſatis nota eſt hæc herba. Aqua deſtillata ad morbum regium commendatur; item ad pectoris & hypochondriorum dolores. Eadem vel herba ipſa minutim conciſa, inque vini albi q ſ. decocta & pota in calculo & arenulis inſigne eſt remedium, ut & in gonorrhœa ſimplici. Reliquas vires vide *Hiſt. p* 484.

Galium foliis verticillatis linearibus, pedunculis bifidis, fructibus hiſpidis. Gallium Pariſienſe. Aparine minima Dr. Sherard *Syn. II.* 118. Aparine minima *Bot. Monſp. The leaſt Gooſe-graſs.* Found at *Hackney* on a Wall. (At *Eltham*, on a Wall going to the Court, and in many other Places; Mr. *J. Sherard.*) Flos herbaceus, ſemen parvum, ſubrotundum, minus aſperum quam in aliis ſpeciebus. Figuram hujus vid. Tab. IX. fig. 1.

R U B I A.

CAL. Perianthium *minimum, quadridendatum, germini inſidens.* COR. *monopetala, campanulata, quadripartita abſque tubo.* STAM. Filamenta *quatuor, ſubulata, corolla breviora.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *didymum, infra receptaculum.* Stylus *filiformis, ſuperne bifidus.* Stigmata *capitata.* PER. Baccæ, *duæ, coalitæ, glabræ.* SEM. *ſolitaria, ſubrotunda, umbilicata.* OBS. *Flos* ſæpe quinquefidus evadit.

Rubia

Rubia foliis ſenis. Rubia tinctorum *Ger.* 957. ſativa *J. B. III.* 2. 714. tinctorum ſativa *C. B. Pin.* 333. major ſativa ſive hortenſis *Park.* 274. *Madder.* In agris ſeritur, ad uſum tinctorum. Hujus ſuperficies quotannis emoritur.

Vulnerariis potionibus admiſcetur radix: partium tenuium eſt, ut alia tinctoria: ſapor acerbus aſtrictoriam eſſe arguit. A tinctoribus ad coloris rubri præparationem adhibetur.

Rubia ſylveſtris aſpera, quæ ſylveſtris Dioſcoridis *C. B. Pin.* 333. ſylveſtris Monſpeſſulana major *J. B. III.* 2. 715. ſylveſtris *Park.* 274. *Wild Madder.* Non tantum in rupe S. Vinceniii propre *Briſtolium* oritur, ſed etiam in rupibus prope *Bediſordiam* Devoniæ oppidum, & per totam fere Devoniam in ſepibus copioſe.

Omnibus ſuis partibus minor eſt ſativa, foliis atro-virentibus, ad ſingulos nodos plerumque ſex, (unde nonnullis Rubia hexaphyllos dicitur) ſuperficie perenni.

Flores monopetali alii.

PLANTAGO.

CAL. Perianthium *quadripartitum, erectum, breviſſimum, perſiſtens.* COR. *monopetala, perſiſtens, tabeſcens.* Tubus *cylindraceo-globoſus.* Limbus *quadripartitus, depreſſus:* laciniis *ovatis, acutis.* STAM. Filamenta *quatuor, capillaria, erecta, omnium longiſſima.* Antheræ *oblongiuſculæ, compreſſæ, incumbentes.* PIST. Germen *ovatum.* Stylus *filiformis, ſtaminibus dimidio brevior.* Stigma *ſimplex.* PER. Capſula *ovata, bilocularis, horizontaliter dehiſcens, diſſepimento libero.* SEM. *plurima, oblonga.* OBS. *Calyx* in quibuſdam inæqualis eſt, in aliis æqualis. *P. uniflora* monoica eſt.

Plantago foliis ovatis glabris, nudo ſcapo tereti, ſpica floſculis imbricatis. Plantago latifolia vulgaris *Park.* 493. latifolia ſinuata *C. B. Pin.* 139. latifolia *Ger.* 338. major folio glabro non laciniato utplurimum *J. III.* 502. *Great Plantain, or Waybread.* Ad vias ubique.

Ἑπτάπλευρος dicitur hæc ſpecies quod folia ſeptem nervis inſtructa ſint (An detur hujus ſpecies hirſuta a Plantagine majore incana longe diverſa; in paſcuis humidioribus ac etiam ſiccioribus. Sane diſtincte videntur; *Dood. Annot.)*

Plantago latifolia glabra minor *C. B.* 189. latifolia minor *Tab. Ic.* 731. *Ger.* 339. *J. B. III.* 505. In paſcuis locis ſubudis; D. *J. Sherard.* Plantaginem latifoliam minorem annuam memorat *D. Doody in Ann. ad Syn.* a ſe in ericeto *Hounſlejano* obſervatam, quæ an huic eadem ſit inquiri meretur.

Plantago foliis ovato-lanceolatis pubeſcentibus, ſpica cylindrica, ſcapo tereti. Plantago major incana *Park.* 493. incana *Ger.* 338. latifolia incana *C. B. Pin.* 189. major hirſuta, media a nonnullis cognominata *J. B. III.* 504. *Hoary Plantane, or Lamb's-tongue.* In glarioſis & ad vias paſſim. Folia denſa lanugine utrinque hirſuta brevioribus inſident pediculis quam primæ ſpeciei.

Plantago noſtras latifolia minor incana trinervis *Pluk. Amalth.* 174. Prioris varietas eſt non diſtincta ſpecies, ut nobis retulit inventor *D. Rand*, qui in ericeto Hounſlejano obſervavit & loci ſterilitati differentiam adſcribit.

Plantago major panicula ſparſa *J. B. III.* 503. latifolia ſpica multiplici ſparſa *C. B. Pin.* 189. latifolia ſpiralis *Park.* 494. paniculis hirſutis ſparſis *Ger. Emac.* 420. *Beſom Plantain, or Plantain with ſpoky Tufts.* Found by Dr. *Johnſon* in the Iſle of *Thanet*, and by *Tho. Williſell* at *Reculver* there. In a Meadow near a Chalk-dell, going from *Hitchin* to *Preſton*; *Th. Knowlton.* By the Path that goes from the Ford and Bridge of the firſt River, to the Ford of the greater River in *Enfield* Marſh; Mr. *Doody.*

Plantago foliis lanceolatis, ſpica ſubovata nuda, ſcapo angulato. Plantago quinquenervia *Ger.* 341. quinquenervia major *Park.* 495. lanceolata *J. B. III.* 505. major anguſtifolia *C. B. Pin.* 189. *Ribwort, or Ribwort Plantain.* In paſcuis ubique. Plantaginis quiquenerviæ duas ſpecies conſtituunt, majorem & minorem: nos non diſtinguimus.

(Plantaginem quinquenerviam *Ger.* ſpica multiplici, inter piſa juxta ædes noſtras, anno elapſo, mihi obſervare contigit: D. *Richardſon.*)

Plantago anguſtifolia minor *Tab. Ic.* 732. *Ger.* 339. Ab hac differre videtur Plantaginis lanceolatæ ſpecies minima *J. B. III.* 505. in eo quod folia obtineat anguſtiora. Figura *Tabernæmontani* bene exprimit plantam noſtram, niſi quod glabra exhibeat folia, noſtra vero piloſa habet. In pratis mari vicinis in inſula *Selſey* non procul ab ædibus parochialibus copioſe naſcentem obſervavit D. *Dillenius.*

Plantago

Plantago anguſtifolia minor, ſummo caule folioſa ſeu prolifera noſtras *Pluk. Alm.* 298. a D. *Newton* in inſula *Thanet* inventa varietas videtur præcedentis ſpeciei.

Plantago foliis ſemicylindraceis integerrimis: baſi lanatis, ſcapo tereti. Plantago marina *Ger.* 343. marina vulgaris *Park.* 498. Coronopus maritima noſtras *J. B. III.* 511. maritima major *C. B. Pin.* 190. *Sea-Plantain.* In paluſtribus maritimis paſſim, ubi luxuriat valde, foliis prælongis, obiter dentatis; ſpicis etiam, longis. In Cornubia & Epiſcopatu Dunelmenſi etiam longe a mari provenire obſervavimus, ubi foliis eſt anguſtioribus & brevioribus, ut minus attentis facile poſſit imponere pro diverſa ſpecie.

Plantago foliis linearibus dentatis, ſcapo tereti. Plantago foliis laciniatis, Coronopus dicta. Coronopus vulgaris ſive Cornu cervinum *Park.* 502. Coronopus ſylveſtris hirſutior *C. B. Pin.* 190. Cornu cervinum *Ger.* 340. Coronopus ſeu Cornu cervinum, vulgo ſpica Plantaginis *J. B. III.* 509. *Buckſhorn Plantain.* In arenoſis & maritimis.

Hæc planta eſt quam *ſtellam terræ* ſeu *terreſtrem* vocant noſtrates & ad morſum canis rabidi efficacem eſſe experentia didicerunt.

Plantago, an Alpina anguſtifolia *J. B. III.* 506? *Narrow-leaved Mountain Plantain.* In rupibus *Trivylcaugh* ſupra lacum *Lhyn Bochlyn* prope Eccleſiam S. Pariſii; D. *Lhwyd.* Plantam hanc e rupibus *Trigvylcaugh*, orientem ſpectantibus in hortum noſtrum intuli, ubi jam viret; D. *Richardſon.* Plantagini marinæ *Ger.* tam ſimilis eſt ut diſtingui nequeat. Spica ſaltem gracilior eſt, quod loci conditioni procul dubio debetur.

Vulneraria eſt. Uſus præcip. in fluxionibus cujuſcunque generis v. g. alvi, expuitione ſanguinolenta, gonorrhœa, mictione involuntaria, menſium profluvio, &c. Extrinſecus in mundandis conſolidandiſque vulneribus & ulceribus; *Schrod.* Electuarium ad hæmoptyſin, e Symphyti majoris radicibus cum ſucco Plantaginis & Sacchari q. ſ. contuſis paratum, vide apud D. *Boyle*, *de Utilitate Philoſoph. Nat.* part 2. pag. 150. Succus Plantag. majoris vel merus vel cum ſucco limonum mixtus inſigne eſt diureticum D. *Needham.*

Plantago

Plantago gramineo folio hirſuto, minor, capitulo rotundo brevi. Found by Mr. *J. Sherard*, on the Banks of the River, near *Yarmouth*, betwixt the Town and Peer, alſo near *Sheerneſs* in *Shippey*. Accedit ad Serpentariam omnium minimam *Lob. Ico.* 439. Sed folia ſunt hirſuta, & capitula parva, rotunda. Folia non laciniata ſunt, ut in Coronopo, quod etiam nomen innuit.

Plantago ſcapo unifloro. Plantago paluſtris gramineo folio monanthos, Pariſienſis *Inſt. R. H.* 128. Holoſteum aquaticum, alſinanthemum *H. R. Par. App.* Gramen junceum ſive Holoſteum minimum paluſtre, capitulis quatuor longiſſimis ſtaminibus donotis *Raj. Syn. II.* 276. 8. *H. Ox. III. S.* 8. *T.* 9. *f.* 30. *Pluk. Alm.* 180. *T.* 35. *f.* 2. In paluſtribus. (Ad Hoſeley Lough in Northumberland; Dr. *Richardſon.*)

Foliola ad radicem in orbem ſpargit anguſta, graminea, craſſa: cauliculi plures vix digitum alti nudi, capitulum ſeu floſculum in ſummo geſtant exiguum compreſſum, unde exeunt quatuor longiſſima filamenta apicibus donata: unicum ſuccedit ſemen majuſculum.

CENTUNCULUS.

CAL. Perianthium *quadripartitum, patens, perſiſtens:* laciniis *acutis, lanceolatis, corolla longioribus.* COR. Petalum *unicum.* Tubus *ſubgloboſus.* Limbus *quadripartitus, planus:* laciniis *ſubovatis.* STAM. Filamenta *quatuor, longitudine ferme corollæ.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *ſubrotundum, intra tubum corollæ.* Stylus *filiformis, longitudine corollæ, perſiſtens.* Stigma *ſimplex.* PER. Capſula *globoſa, unilocularis horizontaliter dehiſcens.* SEM. *plurima, ſubrotunda, minima.*

Centunculus. Centunculus *Cat. Giſſ. p.* 161. & *App. p.* 111. *Tab.* 5. Alſine paluſtris minima, floſculis albis, fructu Coriandri exiguo *Mentz. Pug. icon.* in paſcuo ante vicum *Chiſſelburſt* loco ſubudo. (In a Dale juſt before the Common) obviam venit, quam valde probabile, eſſe Alſinen montanam minimam, Acini effigie, rotundifoliam *Pluk.* quæ *Syn. II.* 210. *III.* 350. recenſetur, nam hæc ſimilibus locis, elatis nempe ſubudis plerunque naſcitur, & nomen *Plukenetii* ipſi magis quam alii cuicunque reſpondet. Eſt vero

ſui

ſui generis planta nec cum Alſines genere ullo modo convenit, niſi rudiore quadam externa ſimilitudine.

SANGUISORBA.

CAL. Perianthium *diphyllum:* foliolis *oppoſitis, breviſſimis, caducis.* Cor. Petalum *planum, quadripartitum:* laciniis *ovatis, obtuſis, unguibus cohærentibus* Stam. Filamenta *quatuor, ſuperne latiora, longitudine corollæ.* Antheræ *ſubrotundæ, parvæ.* Pist. Germen *tetragonum, inter calycem & corollam poſitum.* Stylus *filiformis, breviſſimus.* Stigma *obtuſum.* Per. Capſula *parva, bilocularis.* Sem. *parva.*

Sanguiſorba ſpicis ovatis. Sanguiſorba major flore ſpadiceo *J. B. III.* 2. 120. Pimpinella major vulgaris *Park.* 582. ſylveſtris *Ger.* 889. ſanguiſorba major *C. B. Pin.* 160. *Great Burnet.* In paluſtribus & pratis humidioribus. In *Spelſbury* Field, *Oxfordſhire*, near the Church. Mr. *Blackſtone.*

Folia pinnata, flores ſpicati, ſemina quadrata, quibus inſident flores tetrapetali, ſtaminoſi.

Cardiaca eſt & alexipharmica; hinc virens vino injicitur ad cor exhilarandum, ſaporemque & odorem aromaticum melonis æmulum communicandum. Præſervat a peſte & morbis contagioſis. Aſtringit valide: hinc in profluvio menſium, fluxu alvi, hæmorrhagia quacunque, in vulneribus & ulceribus ſiccandis, glutinandis & ſanandis uſus eſt eximii.

Tetrapetalæ completæ.

CORNUS.

CAL. Involucrum commune *tetraphyllum, multiflorum, pedunculiferum:* foliolis *ovatis, oppoſitis minoribus, coloratis, deciduis;* Perianthium *minimum, quadridentatum, germini inſidens, deciduum.* Cor. Petala *quatuor, oblonga, acuta, plana, involucro minora.* Stam. Filamenta *quatuor, ſubulata, erecta, corolla longiora.* Antheræ *ſubrotundæ, incumbentes.* Pist. Germen *ſubrotundum, infra receptaculum.* Stylus *filiformis, longitudine corollæ.* Stigma *obtuſum.* Per. Drupa *ſubrotunda, umbilicata.* Sem. Nux *cordata ſ. oblonga, bilocularis.* Nucleus *oblongus.*

Cornus arborea, cymis nudis. Cornus fœmina *C. B. Pin.* 447. *Ger.* 1283. *Park.* 1521. fœmina, putata Vir-

ga ſanguinea *J. B.* I. 214. *The female Cornel, or Dog-berry-tree, or Gatter-tree, or Prickwood.* In ſepibus, frutetis & ſylvis.

Folia Corni maris, materies ſolida & dura, unde lanionibus ad verucula adhibetur; vimina rubra; flores umbellatim diſpoſiti; baccæ per maturitatem nigræ, oſſiculo dicocco. Frutex eſt, non arbor dicenda.

E baccis aqua decoctis per expreſſionem oleum eliciunt Ananienſes in agro Tridentino ad lucernas; *Matth.* Virgæ ſi manibus teneantur donec concaleſcant demorſos a cane rabido in rabiem agere dicuntur; *Idem.*

Cornus herbacea, ramis binis. Cornus Herbacea. Chamæpericlymenum *Park.* 1461. *Ger.* 1113. Periclymenum parvum Prutenicum Cluſii *J. B. II.* 108. Periclymenum 3. ſeu humile *C. B. Pin.* 302. *Dwarf Honey-ſuckle.* In Northumbriæ montibus Chevioticis dictis, in latere occidentali Septentrionalis partis montis altiſſimi copioſiſſime. (At *Pentland* Hills, five Miles from *Edinburgh*, plentifully; Mr. *Wood.*)

Flos huic tetrapetalos, cui ſuccedunt plures acini, non in unam baccam conſtipati, ſed ſuis ſinguli disjunctis petiolis pærentes.

Tetrapetalæ incompletæ.

ALCHEMILLA.

CAL. Perianthium *monophyllum, tubulatum, perſiſtens:* ore *plano, octo-partito:* laciniis *alternis minoribus.* Cor. *nulla.* Stam. Filamenta *quatuor, erecta, ſubulata, minima, ori calycis impoſita.* Antheræ *ſubrotundæ.* Pist. Germen *ovatum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum, ad baſin germinis inſertum.* Stigma *globoſum.* Per. *nullum.* Calycis *Collum clauditur, nec dehiſcit.* Sem. *ſolitarium, ellipticum, compreſſum.*

Alchemilla foliis lobatis. Alchimilla *Ger.* 802. vulgaris *C. B. Pin.* 319. major vulgaris *Park.* 538. Pes leonis ſeu Alchimilla *J. B. II. L.* 17. 598. *Ladies Mantle,* & in Septentrionalibus *Bears-foot.* In pratis & paſcuis, præſertim montoſis. In *Wicliwood* Foreſt plentifully; in *Chorley* Foreſt, near *Beacon* Hill; in the moiſt cloſes at *Woodhouſe*; and in *Buddon* Wood, *Leiceſterſhire*;

ceſterſhire; Mr. *Pultney*. Cows feeding on this yield plenty of Milk. *Haller*. *Her. Helvet.*

Alchimilla foliis digitatis ſerratis. Alchimilla Alpina pentaphyllos. Pentaphyllum ſive potius Heptaphyllum argenteum flore muſcoſo *J. B. II. L.* 17. 598. Pentaphyllum petroſum, Heptaphyllum Cluſii *Ger.* 837. Tormentilla Alpina folio ſericeo *C. B. Pin.* 326. argentea *Park.* 393. *Cinquefoil, Ladies Mantle.*

Hæc eſt planta illa quam in rupibus juxta ſtagnum *Hulſwater* dictum inveni, non longe a *Pereth* Cumberlandiæ oppido, & per errorem pro Alchimilla Alpina quinquefolia habui. Alibi etiam in montibus Eboracenſibus obſervatam audio: in montibus etiam Scoticis invenit *D. Sutherland.* (Non procul a *Kendall* in Weſtmorlandia, in vallicula umbroſa *Longſledale* dicta *D. Richardſon* monſtravit *T. Lawſon.*)

Notæ hujus genericæ ſunt floſculi in ſummis caulibus, umbellatim congeſti, octo foliis herbaceis compoſiti, vaſculis ſeminalibus ſingulis bina ſemina continentibus inſidentes.

Siccat & aſtringit, unde ſanguinem & menſes ſiſtit. Folia & ſummitates atque etiam radix vulnerariis potionibus, pulveribus, emplaſtris atque unguentis adjiciuntur. Ramices inteſtinorum ſanat, præſertim in pueris.

II. DIGYNIA.

APHANES.

CAL. Perianthium *monophyllum, tubulatum, perſiſtens*: ore *plano, octopartito*; laciniis *alternis, minimis.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *quatuor, erecta, ſubulata, minima, ori calycis impoſita.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germina *duo, ovata.* Styli *filiformes, longitudine ſtaminum, germinibus ad baſin inſerti.* Stigmata *capitata.* PER. *nullum.* Calyx *in fundo ſemina continens, ore connivens.* SEM. *duo, ovata, acuminata, compreſſa, longitudine ſtyli.* OBS. Ad *Alchimillam* proxime accedit.

Aphanes Arvenſis. Percepier Anglorum *Lob.* 727. *Ger. Em.* 1594. Anglorum quibuſdam *J. B. III.* 2. 74. Polygonum ſelinoides *Park* 449. Chærephyllo nonnihil ſimilis *C. B. Pin.* 152. Alchimilla minima montana *Col. Ec. P. I. C.* 44. *Parſley-piert.* Inter ſegetes & in ſolo reſtibili ſteriliore.

Floſculi ad ſingula genicula pediculis brevibus in duos ordines diſpoſiti ſedent, tetraphylli, quibus ſingulis ſinguli utriculi ſubſunt, ſemina ſingula intus continentes.

Vehementer & repente urinas ciere & calculum comminuere creditur. Crudum eſtur ut olus, tum muria conditum aſſervatur, & ex eo aqua ſtillatitia ad hos uſus elicitur.

BUFONIA.

CAL. Perianthium *tetraphyllum, erectum, perſiſtens: foliolis ſubulatis, carinatis: alternis brevioribus.* COR. Petala *quatuor, ovato-linearia, integerrima, erecta, æqualia, calyce breviora.* STAM. Filamenta *quatuor, æqualia, longitudine corollæ.* Antheræ *didymæ.* PIST. Germen *ovatum, compreſſum.* Styli *duo, longitudine ſtaminum.* Stigmata *ſimplicia.* PER. Capſula *ovalis, compreſſa, unilocularis, bivalvis.* SEM. *duo, ovalia, compreſſa cum torula.*

Bufonia tenuifolia. Alſine polygonoides tenuifolia, floſculis ad longitudinem caulis velut in ſpicam diſpoſitis noſtra *Raj. Syn. II.* 210. 7. *Pluk. Alm.* 22. *T.* 75. *f.* 3. Polygonum anguſtiſſimo gramineo folio erectum *Magn. Bot. Monſp.* 211. In maritimis circa *Boſtoniam* agri Lincolnienſis. (On *Hounſlow* Heath; Mr. *Doody.*)

(Flos parvus tetrapetalus, calyx in quatuor anguſta ſegmenta diviſus, vaſculum continens parvum compreſſum, bivalve & diſpermum, ſeu duo ſaltem in ſimplici civitate ſemina majuſcula continens, qua ratione ab aliis hujus generis differt, & non immerito peculiare meretur genus.)

CUSCUTA.

CAL. Perianthium *monophyllum, cyathiforme, ſemiquadrifidum, obtuſum, baſi carnoſum.* COR. Petalum *unicum, ovatum, calyce paulo longius:* ore *quadrifido, obtuſo.* Nectarium *e ſquamis quatuor, linearibus, bifidis, acutis ad baſin ſtaminum corollæ adnatis.* STAM. Filamenta *quatuor, ſubulata, longitudine calycis.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Styli *duo, erecti, breves.* Stigmata *ſimplicia.* PER. *carnoſum, ſubrotundum, biloculare horizontaliter dehiſcens.* SEM. *bina.*

Cuſcuta floribus ſeſſilibus. Cuſcuta major *C. B. Pin.* 219. Cuſcuta ſive Caſſutha *Ger.* 462. *Park.* 10. Caſſutha ſive Cuſcuta *J. B. III.* 266. *Dodder.* In Ericetis & inter

ter Legumina. Longiſſimis filamentis aphyllis conſtat, poſtquam ſuccreverit, contiguis plantis ſe circumvolvens, alimentum inde exugit; unde *Hellweed* & *Devil's Guts*, i. e. herba inferni & Diaboli inteſtina, vulgo audit. Foliis plane deſtituitur, quo ab aliis omnibus nobis hactenus cognitis plantis differt. Notas ejus characteriſticas vid. *Meth. Em. p.* 83.

Humorem melancholicum purgat, unde utilis eſt in ſcabie, ictero nigro, obſtructionibus hepatis & lienis. Plantarum, quibus innaſcitur temperamentum aliquatenus participare creditur.

III. TETRAGYNIA.

ILEX.

CAL. Perianthium *quadridentatum, minimum, perſiſtens.* COR. Petalum *quadripartitum, planum:* laciniis *ſubrotundis, concavis, patentibus, majuſculis, unguibus cohærentibus.* STAM. Filamenta *quatuor, ſubulata, corolla breviora.* Antheræ *parvæ.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Stylus *nullus.* Stigmata 4, *obtuſa.* PER. Bacca *ſubrotunda, quadrilocularis.* SEM. *ſolitaria, oſſea, oblonga, obtuſa, hinc gibba, inde angulata.*

Ilex foliis ovatis acutis ſpinoſis. Agrifolium *Ger.* 1155. Agrifolium ſive Aquifolium *Park.* 1486. Aquifolium ſive Agrifolium vulgo *J. B. I.* 114. Ilex V. ſive aculeata baccifera folio ſinuato *C. B. Pin.* 425. *The Holly-tree.* In ſepibus & frutetis.

Agrifolio folia in ambitu longis acutis rigidis ſpinis armata, ſemper virentia; baccæ parvæ, rotundæ, rubræ quaterna ſemina triquetra, ſtriata continentes.

Agrifolium folio leni non differt ſpecie ab Agrifolio ſpinoſo; ſiquidem vetulæ duntaxat arbori accidit ut talis fiat: Sæpe etiam in ſpinoſiſſima Aquifolia occurrunt folia non ſpinoſa: imo in arbore vetula & procera, cujus ſuprema folia omnia lenia ſunt, ſiqua e ſtolonibus aut imo caudice exeunt, ſinuoſa & ſpinoſa obſervantur. Non Agrifolii tantum ſed & Illicis glandiferæ folia hoc modo variant. (Foliis variegatis in hortis colitur, cujus plurimæ varietates ſunt, *D. Eales*, qui primo invenit, ortum debentes.)

Agrifolium baccis luteis nondum deſcriptum *Ph. Br. Yellow-berried Holly.* By *Warder-Caſtle*, belonging to the Lord *Arundel.* Mr. *Dale* was ſhewn it at *Wiſton* in *Suffolk*, not far from *Buers.* Agrifolii vulgaris varietas eſt potius quam ſpecies diſtincta.

Baccæ ad colicos dolores utiles eſſe perhibentur; quin & foliorum aculei in Zythogalo decocti. Arbor ipſa ad ſepes tonſiles commodiſſima. E cortice viſcus paratur: modum vide *Hiſt. noſt. L.* 27. *c.* 4.

POTAMOGETON.

CAL. *nullus.* COR. Petala *quatuor, ſubrotunda, obtuſa, concava, erecta, unguiculata, decidua.* STAM. Filamenta *quatuor, plana, obtuſa, breviſſima.* Antheræ *didymæ, breves.* PIST. Germina *quatuor, ovato-acuminata.* Stylus *nullus.* Stigmata *obtuſa.* PER. *nullum.* SEM. *quatuor, ſubrotunda, acuminata, hinc gibba, inde compreſſa, angulataque.*

Potamogeton foliis oblongo-ovatis petiolatis natantibus. Potamogiton rotundifolium *C. B. Pin.* 193. rotundiore folio *J. B. III.* 776. latifolium *Ger.* 675. Fontalis major latifolia vulgaris *Park.* 1254. *Broad-leaved Pond-weed.* In aquis ſtagnantibus & piſcinis, interdum & in rivulis. Hujus folia quæ aquis immerguntur longa ſunt, anguſta & graminea, ab iis quæ aquas ſuperant longe diverſa.

Potamogeton foliis lanceolatis planis in petiolos deſinentibus. Potamogiton aquis immerſum folio pellucido, lato, oblongo, acuto. Potam. foliis anguſtis ſplendentibus *C. B. Pin.* 193. longis acutis foliis *Ger. Em.* 822. alterum *Dod. Belg.* & poſt 582. *Long leaved great Pond-weed, with pellucid Leaves.* In fluviis majoribus leniter fluentibus. (Variat foliis latioribus, & anguſtioribus, cui figura *Dodonæi* optime convenit. Huc forte pertinet Potamogiton lucidum, Lapathi foliis longiſſimis *Pluk. Amalth.* 177.)

Pontamogiton folio anguſto pellucido fere gramineo *Dood. Syn. Ed. II. App.* 341. Simillimum eſt priori, ſed omnibus partibus minus. Folia quadrantem unciæ non ſuperant. Nobis amice communicavit *D. Morton* de *Oxendon* in agro *Northamptonienſi.* (Hoc vel illi ſimillimum obſervavi in monte *Jack Straw's Caſtle* dicto, & in foſſis agri *Sti. Georgii.* Folia ſupe-

ſuperiora ſolummodo oppoſita ſunt, inferiora alterna; *D. Doody Ann.)*

Potamogiton perfoliatum *Raj. H. I.* 188. *Pet. H. Br.* 5, 6. Potam. foliis latis, ſplendentibus *C. B. Pin.* 193. Potamogiton 3. *Dodonæi Ger. Em.* 822. eſt autem revera Potamogiton altera *Dodonæi*, ut recte *J. B III.* 778. *Perfoliate Pond-weed.* Aquis plerumque immergitur hæc ſpecies, eminente tantum cacumine. Nullæ in hac ſpecie membranulæ obſervantur in caulibus & ramulis eos obvolventes, ut in Potam. latifolia.

Potamogiton rotundifolium, alterum *Læſelii Fl. Pruſſ. ico bona p.* 205. *n.* 65. folio cordato *Pet. H. Br.* 5. 7.

Potamogeton foliis lanceolatis alternis undulatis ſerratis. Potamogiton ſeu Fontalis media rucens *J. B. III.* 777. Potam. foliis criſpis ſeu Lactuca ranarum *C. B.* 193. qui hanc ſpeciem non ſeparat a ſequente. Tribulus aquaticus minor muſcatellæ floribus *Ger. Em.* 823. aquat. minor alter *Park.* 1248. *The leſſer Water Caltrops, or Frogs-lettuce.* In rivulis aquæ præſertim puræ & limpidæ non raro invenitur. Hæc planta (ſi modo recte deſcribitur) a reliquis ſui generis inſigni nota differt, nimirum foliorum in caule conjugatim diſpoſitorum ſitu.

In *Hiſt. noſtr.* p. 189. lin. 17. pro *ſingulis ſeminibus* lege *ſingulis floribus ſemina.*

Potamogiton ſeu Fontalis criſpa *J. B. III.* 778. Potam. foliis criſpis ſeu Lactuca ranarum *C. B. Pin.* 193. Tribulus aquaticus minor Quercûs floribus *Ger. Em.* 824. aquat. minor prior *Park.* 1248. *The greater Water Caltrops.*

Cauliculis planis & compreſſis cum ſequente ſpecie convenit, a reliquis differt. Aquis immergitur, eſtque in rivulis præſertim tardius fluentibus frequentiſſimum.

Potamogeton foliis linearibus obtuſis, caule compreſſo. Potamogiton caule compreſſo, folio Graminis canini *Hiſt. noſt. Syn. II.* 61. 6. ramoſum caule compreſſo, folio Graminis canini *Merr. Pin.* perpulchrum noſtras lucens, anguſtiſſimis longis & obtuſis foliis pallide virentibus *Pluk. Alm.* 304. *Small-branched Pond-weed, with a flat Stalk.* In *Cambridge*, and many other Rivers. Deſcriptionem vide in *Hiſt. noſt. p.* 189.

Potamogiton gramineum latifolium *Fl. Pr. p.* 206. *ic.* 66. gramineum latum *Pet. H. Br.* 5. 10. Folia quam prioris aliquantum latiora ſunt. Forte varietas potius quam diſtincta a priori ſpecies eſt.

Potamogeton foliis ſetaceis parallelis approximatis diſtichis. Potamogiton millefolium, ſeu foliis gramineis ramoſum, an gramineum ramoſum *C. B? J. B.? Park?* Millefolium tenuifolium *Ger. Em.* 828. *ic.* Potamogiton anguſtifolium *Ph. Br.* tenuifolium *Pet. H. B.* 5. 12. *Fine, or Fennel-leaved Pond-weed.* In *Cambridge* and other Rivers. Hujus etiam deſcriptionem v. loco citato. Planta eſt valde ramoſa, foliis longis anguſtis.

Potamogiton pusillum, gramineo folio, caule tereti *Hiſt. noſt. p.* 190. *Merr. Pin.* 97. gramineum tenuifolium *Fl. Pr. p.* 296. *ic.* 67. minimum capillaceo folio *C. B. Pin.* 193. *Pr.* 101. gramineum anguſtifolium *Pet. H. Br.* 5. 11. pumilum nondum deſcriptum *Ph. Br. Small Graſs leaved Pond-weed.* In rivis & foſſis paluſtribus. Foliis eſt mollioribus & brevioribus quam præcedens; florum etiam ſpicæ ex aquis eminent; tota inſuper planta minor eſt.

Potamogitonis (forte) ſpecies foliis tenuibus & pellucidis, Lapathi minoris forma. Hanc plantam a ſe non antea viſam, in lacu *Lhyn Savadham* ſatis amplo, inveniſſe ſcribit *D. Lhwyd* ad *D. Richardſon, Act. Phil. n.* 337. *pag.* 96. folia habet valde tenuia & pellucida, Lapathi minoribus foliis non diſſimilia, quorum nervus medius ultra extremitatem extenditur, adeo ut unumquodque folium in ſpinulam inermem deſinat.

Potamogeton foliis lineari-lanceolatis alternis ſeſſilibus ſtipula latioribus. Potamogiton gramineum latiuſculum, foliis & ramificationibus denſiſſime ſtipatis *Buddl. H. S. Vol. IV. f.* 27. In foſſis prope *Deptford.* Vid. Tab. IV. fig. 3.

Potamogeiton alterum noſtras, longis & obtuſis ſplendentibus foliis, minutiſſime crenatis *Pluk. Am.* 127. Quid ſit non conſtat.

Potamogiton fluviatile longiſſimo gramineo folio noſtras *Pluk. Mant.* 155. *Amalth.* 177. gramineum majus fluviatile *Dood. Ann.* In the *Thames* and *Hackney* River. Caules majores, folia longiora, latiora & rigidiora quam ſequentium.

Potamogiton maritimum ramoſiſſimum grandiuſculis capitulis, capillaceo folio noſtras *Pluk. Alm.* 305. *T.* 216. *f.* 5. fœniculaceum *Pet. H. Br.* 5. 13. Foliis tenuioribus & capitulis majoribus a ſequenti differt. In foſſis pone *Sheerneſs* abunde.

RUPPIA.

CAL. Spatha *præter vaginas foliorum vix ulla.* Spadix *ſubulatus, ſimplicimus, rectus, matureſcente fructu incurvatus,*

TAB. IV. Pag 88



tus, fructificationibus diſtiche obvallatus. Perianthium *nullum.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *nulla.* Antheræ *quatuor, ſeſſiles, æquales, ſubrotundæ, ſubdidymæ.* PIST. Germina 4. *ſ.* 5. *ſubovata, conniventia.* Stylus *nullus.* Stigmata *obtuſa.* PER. *nullum. Semina inſident pedicellis propriis filiformibus, longitudine fructus.* SEM. 4. *ſ.* 5. *ovata, obliqua, terminata Stigmate plano, orbiculato.*

Ruppia. Ruppia maritima. Potamogiton maritimum gramineis longioribus foliis, fructu fere umbellato *Pluk. Alm.* 305. maritimum puſillum alterum *Raj. Hiſt. I.* 190. 10. maritimum puſillum alterum, ſeminibus ſingulis longis pediculis inſidentibus *Ejuſd. Syn. II.* 62. 10. *Pluk. Ph. T.* 248. *f.* 4. comoſum *Pet. H. B.* 6. 1.

(Eſt novum plantæ genus, cujus flores, quantum diſcernere licuit, a fructu remoti naſcuntur; namque infra hunc e foliorum alis ex peculiari vagina prodit pediculus oblongus, glomeratim, velut in julo parvo, congeſtos apices vid. Tab. 6. fig. 1. a. b. (abſque ſtaminibus & calycibus) gerens, duplici verſu, quaternis plerumque in unoquoque latere congeſtis, diſpoſitos, qui per maturitatem extra aquæ ſuperficiem attolluntur & bifariam d. rumpi ſolent. In aliis vero ejuſdem plantæ locis & plerumque ſupra flores ante horum ortum diſpoſita hinc inde conſpiciuntur ſemina e. f. g. nuda, oblongo rotunda, pediculis oblongis inſidentia, quæ ad baſin connexa uno pediculo communi ſuſtentantur. Ceterum obſervari meretur tum ad apices hinc inde h. i. tum ad ſemina ad pediculorum baſin K. corpuſcula velut ſtyliformia c. terna & quaterna conjuncta reperiri, quæ non niſi ſemina fatua & embryones ſteriles videntur, cum mox marceſcere & decidere ſoleant. Variat foliis brevioribus & longioribus. Id quod foliis eſt longioribus, vocatur a *Rajo in Hiſt. I. p.* 190. *n.* 9. *&* *Syn. II.* 62. 9. Potamogeton puſillum maritimum folio gramineo, quod cum accidentali ſaltem ratione a deſcripto differat, minime ab eo ſejungi debet. Ejus ex veteri herbaria doctrina ſynonyma ſunt: Fucus ferulaceus *Lob. Ic. T. II.* 255. (fig. bon.) folliculaceus Fœniculi folio longiore *C. B. Pin.* 365. *n.* 6. it. Gramen marinum fluitans cornutum *Ej. Pr. p.* 7. *n.* 17. Gr. aquæ innatans cum utriculis, ſeu Fœniculacea marina *J. B. III.* 784. In foſſis paluſtribus via quæ a Camaloduno ad *Goldhanger* ducit invenit *Rajus*, aliiſque ſimilibus locis naſci exiſtimat, viditque eam copioſe

pioſe naſcentem in Inſulæ *Shepey* foſſis obſervationis auctor *D. Dillenius*.

SAGINA.

CAL. Perianthium *tetraphyllum: foliolis ovatis, concavis, patentiſſimis, perſiſtentibus.* COR. Petala *quatuor, ovata, obtuſa, calyce breviora, patentia.* STAM. Filamenta *quatuor, capillaria.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *ſubgloboſum.* Styli *quatuor, ſubulati, recurvi, pubeſcentes.* Stigmata *ſimplicia.* PER. Capſula *ovata, tecta, quadrilocularis, quadrivalvis.* SEM. *numeroſa, minima, receptaculo affixa.*

Sagina ramis procumbentibus. Sagina procumbens. Saxifraga graminea puſilla foliis brevioribus, craſſioribus & ſucculentioribus. Obſerved by Mr. *Lawſon* on *Whinnyfield Bank*, by *Culler-coats*, near *Tinmouth*, in *Northumberland.*

Sagina caule erecto, unifloro. Sagina erecta. An. Alſinella foliis caryophylleis *Cat. G.* 47. Alſine tetrapetalos Caryophylloides, quibuſdam Holoſteum minimum. *Syn. II.* 206. Alſine verna glabra *Botan. Monſp. deſcr. The leaſt Stich wort.* Vere floret in glareoſis ſterilioribus frequens. (Common in the Spring on *Black-heath.*)

Parvitate ſua, quodque cito evaneſcat; foliis fere caryophylleis; flore tetrapetalo, & florendi tempore facile innoteſcit. Figuram vid. Tab. XV. f. 4. ubi litera *a. b.* vaſculum & ſemina ſeorſim expreſſa ſunt.

Alſinella muſcoſo flore repens *Cat. G.* 81. Saxifraga graminea puſilla, flore parvo tetrapetalo *Syn. II* 206. 2. Alſine Saxifraga perexigua tenuifolia, flore parvo tetrapetalo, radice reptatrice *Pluk. Alm.* 23. Caryophyllus minimus muſcoſus noſtras *Park.* 1340. Saxif. Anglicana Alſinefolia *Ger. Emac. deſcr.* 568. puſilla graminea, flore parvo herbido & muſcoſo *Merr. Pin. Pearl-wort, Chick-weed, Breakſtone.* In uliginoſis inque paſcuis ſterilioribus & hortorum ambulacris frequens.

Foliis perauguſtis obſcure virentibus, floſculis petalis plerunque mutilis, vaſculis ſem. Alſines rotundis, membranaceis pellucidis a congeneribus diſtinguitur.

Saxifriga Anglica Alſinefolia annua D. *Plot. Hiſt. nat. Ox. C.* 6. §. 9. *T.* 9. *f.* 7. Alſine Saxifraga graminifolia, floſculis tetrapetalis herbidis & muſcoſis *Pluk. Alm. T.* 74. *f.* 2. *Annual Pearl wort.* In ambulacris hortenſibus Collegii Balioleuſis Oxonii, inque novalibus & arvis requietis, circa *Hedington* & *Cowley* agri Oxonienſis.

A

A præcedente differt caulibus & foliis ſordide viridibus ex fuſco ſeu brunneo; radice annua, quodque non reptat ut illa, aut ex cauliculorum geniculis radices agat.

CLASSIS QUINTA.

PENTANDRIA.

I. MONOGYNIA.

Monopetalæ tetraſpermæ aſperifoliæ dictæ.

MYOSOTIS.

CAL. Perianthium *ſemiquinquefidum, oblongum, erectum, acutum, perſiſtens.* COR. Petalum *unicum.* Tubus *cylindraceus, brevis.* Limbus *ſemiquinquefidus, planus:* laciniis *emarginatis, obtuſis.* Faux *clauſa:* ſquamulis *quinque, convexis, prominentibus, conniventibus.* STAM. Filamenta *quinque, in collo tubi, breviſſima.* Antheræ *minimæ, tectæ.* PIST Germina *quatuor.* Stylus *filiformis, longitudine tubi corollæ.* Stigma *obtuſum.* PER. *nullum.* Calyx *major, erectus, in ſinu ſemina fovens.* SEM. *quatuor, ovata, acuminata, glabra.*

Myoſotis ſeminibus nudis, foliorum apicibus calloſis. Myoſotis ſcorpioides hirſuta *Park.* 691. ſcorpioides arvenſis hirſuta *Ger. Em.* 337. Echium ſcorpioides arvenſe *C. B. Pin.* 254. ſcorpioides ſoliſequum flore minore *J. B. III.* 589. *Mouſe-ear Scorpion-graſs.* In arvis & hortis paſſim, præſertim ſterilioribus & requietis.

Myo-

Myoſotis ſcorpioides latifolia hirſuta *Merr. Pin.* In the Ditch Banks, the Weſt of *Charlton* Wood; Mr. *J. Sherard.* Alſo obſerved by Mr. *Dale*, between *Redgwell* and *Batham-end*, in *Eſſex*, by the Road-ſide. Priori maturius floret, flores majores habet, ſaltemque locis ſylvoſis naſcitur. Vid. Tab. IX. fig. 2.

Myoſotis ſcorpioides hirta minor *Merr. Pin.* ſcorpioides minor, floſculis luteis *Park.* 692. Echium ſcorpioides minus floſculis luteis *C. B Pin.* 254. *Pr.* 119. *Small yellow-flowered Scorpion-graſs.* In muris & paſcuis ſiccioribus & arenoſis, Aprili floret.

Myoſotis ſcorpioides paluſtris *Ger. Em.* 337. ſcorpioides repens *Park.* 691. Echium ſcorpioides paluſtre *C. B. Pin.* 254. ſcorpioides ſoliſequum aliud, flore majore cœruleo & albo *J. B III.* 589. *Water Scorpion-graſs.* Ad rivulos & in foſſis paluſtribus: Circa finem Maii florere incipit.

Echium Scorpioides dicitur a ſpicis florum longis, recurvis, & antequam flores aperiantur caudæ Scorpii in modum contortis. Spicis florum prælongis cum Heliotropio convenit, ſeminibus ſplendentibus, foliis oblongis ab eodem differt.

LITHOSPERMUM.

CAL. Perianthium *quinquepartitum, oblongum, rectum, acutum, perſiſtens*; laciniis *ſubulatis, carinatis.* COR Petalum *unicum, longitudine calycis.* Tubus *cylindraceus.* Limbus *ſemiquinquefidus, obtuſus, erectus.* Faux *perforata.* STAM. Filamenta *quinque, breviſſima.* Antheræ *oblongæ, in fauce corollæ.* PIST. Germina *quatuor.* Stylus *filiformis, longitudine tubi corollæ.* Stigma *obtuſum, bifidum.* PER. *nullum.* Calyx *patulus, ſemina, quibus longior, in ſinu continens.* SEM. *quatuor, ovato-acuminata, dura, glabra.*

Lithoſpermum ſeminibus lævibus, corollis calycem vix ſuperantibus, foliis lanceolatis. Lithoſpermum ſeu Milium Solis *J. B. III.* 590. Lithoſpermum majus erectum *C. B. Pin.* 258. minus *Ger.* 486. vulgare minus *Park.* 432. *Gromwell*, or rather *Gromill*, vel *Graymill*, *i. e.* Milium griſeum. In agrorum marginibus ſiccioribus, inque dumetis & ad vias publicas.

Lithoſpermum ſeminibus rugoſis, corollis vix calycem ſuperantibus. Lithoſpermum arvenſe. Bugloſſum arvenſe annuum Lithoſpermi folio *Inſt. R. H.* 134. Lithoſpermum arvenſe radice rubra *C. B. Pin.* 258. arvenſe radice rubente *Park.* 432. nigrum quibuſdam, flore albo ſemine Echii *J. B. III.* 592. Anchuſa degener facie Milii



TAB. IX.
Pag 92
P. 76

Milii ſolis *Ger. Em.* 610. *Baſtard Alkanet.* Inter ſegetes ubique fere Maio floret.

Lithoſpermum ſeminibus lævibus, corollis calycem multoties ſuperantibus. Lithoſpermum majus Dodonæi, flore purpureo, ſemine Anchuſæ *J. B. III.* 572. majus *Ger.* 486. vulgare majus *Park.* 431. minus repens latifolium *C. B. Pin.* 258. *The leſſer creeping Gromwel.* On the Top of a Buſhy Hill, near *Denbigh* Town, in *Wales*, on the North Side of the Town: Alſo in *Somerſetſhire*, not far from *Taunton*.

In hac ſpecie, reliquis prociduis & repentibus, caulis ille qui flores ſuſtinet erigitur, & foliis longioribus pallidius virentibus amicitur.

Lithoſpermi notæ ſunt ſemen lapideum ſplendens, flores in quinque ſegmenta expanſi.

Semen renes abſtergit, urinam ciet, calculum inſigniter comminuit & expellit, idque ſpecifica proprietate, cum qualitas nulla calorem inducens ſenſibilis in eo ſuperet.

Calculum jam concretum a quovis medicamento frangi negant medici percelebres.

A N C H U S A.

CAL. Perianthium *quinquepartitum, oblongum, teres, acutum, perſiſtens.* COR. Petalum *unicum.* Tubus *cylindraceus, longitudine calycis.* Limbus *ſemiquinquefidus, erecto-patens, obtuſus.* Faux *clauſa* ſquamulis *quinque, convexis, prominentibus, oblongis, conniventibus.* STAM. Filamenta *quinque, breviſſima, in fauce corollæ.* Antheræ *oblongæ, incumbentes, tectæ.* PIST. Germina *quatuor.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigma *obtuſum, emarginatum.* PER. *nullum.* Calyx *major, erectus, in ſinu continens ſemina.* SEM. *quatuor, oblongiuſcula, obtuſa, gibba.*

Anchuſa pedunculis diphyllis capitatis. Anchuſa Sempervirens. Bugloſſum latifolium ſemper virens *C. B. Pin.* 256. folio Borraginis Hiſpanicum *J. B. III.* 577. Borrago ſemper virens *Ger.* 653. Near *Horns-place*, near *Rocheſter*, in *Kent*; Mr. *J. Sherard.*

CYNO-

CYNOGLOSSUM.

CAL Perianthium *quinquepartitum, oblongum, acutum, perſiſtens.* COR. Petalum *unicum, longitudine calycis.* Tubus *cylindraceus, limbo brevior.* Limbus *ſemiquinquefidus, obtuſus.* Faux *clauſa:* ſquamulis *quinque, convexis, prominentibus, conniventibus.* STAM. Filamenta *quinque, breviſſima, in fauce corollæ.* Antheræ *ſubrotundæ, nudæ.* PIST. Germina *quatuor.* Stylus *ſubulatus, longitudine ſtaminum, perſiſtens.* Stigma *emarginatum.* PER. Capſulæ *quatuor, depreſſæ, ſubrotundæ, extrorſum obtuſiores, ſcabræ, non dehiſcentes, latere exteriore planiuſculæ, apice affixæ.* SEM. *ſolitaria, ſubovata, gibba, acuminata, glabra.* OBS. *Eſſentia* generis conſiſtit in quatuor capſulis monoſpermis ſtylo affixis.

Cynogloſſum ſtaminibus corolla brevioribus, foliis lato-lanceolatis tomentoſis ſeſſilibus. Cynogloſſum *Ger.* 659. vulgare *J. B. III.* 598. majus vulgare *C. B. Pin.* 257. *Ger. Em.* 804. *Park.* 511. *Great Hounds-tongue.* In incultis, locis ruderatis & ad vias.

Cynogloſſa folio virenti *J. B. III.* 600. Cynogloſſum minus folio virente *Ger. Em.* 805. ſemper virens *C. B. Pin.* 257. *Park.* 512. An Cynogloſſa media altera virente folio, rubro flore montana frigidarum regionum *Col. Ec. I.* 176. 177? *The leſſer green-leaved Hounds tongue.* In *London* Road, between *Kelvedon* and *Witham* in *Eſſex*, but more plentifully about *Braxted*, by the Way-ſides. It hath alſo been obſerved in ſome ſhady Lanes about *Worceſter*, by Mr. *Pitts.* (At *Southend*, by *Eltham*, plentifully; Mr. *J. Sherard.* By the Road-ſide, about a Mile beyond *Waltham Abbey*, towards *Harlow*; Mr. *Newton.* At *Norbury* in *Surrey*, a Mile from *Letherhead*, plentifully; *Merr. Pin.* In a Hedge, facing the Road, on *Stamford-Hill*, between *Newington* and *Toddenham*; Cambd. Br. Ed. Gibſ. 388.) Near *Walthamſtow*; Dr. *Watſon.*

Uſus hujus in ſiſtendo fluxu alvi, gonorrhœa & catarrhis exſiccandis: Sanguini etiam ſiſtendo, & ad omnis generis vulnera & ulcera conducit. In ſtrumis & ſcrophulis Cynogloſſæ radicem tum intus in decocto, tum extra in cataplaſmatis forma ſummo cum ſucceſſu adhiberi ſolitam audivimus; *D. Hulſe.*

PUL-

PULMONARIA.

CAL. Perianthium *monophyllum, quinquedentatum, cylindraceum, pentagonum perſiſtens.* COR. Petalum *unicum.* Tubus *cylindraceus, longitudine calycis.* Limbus *ſemiquinquefidus, obtuſus, erecto-patens.* Faux *pervia.* STAM. Filamenta *quinque, in fauce, breviſſima.* Antheræ *erectæ, conniventes.* PIST. Germina *quatuor.* Stylus *filiformis, calyce brevior.* Stigma *obtuſum, emarginatum.* PER. *nullum.* Calyx *immutatus, in fundo ſemina fovens.* SEM. *quatuor, ſubrotunda, obtuſa.*

Pulmonaria foliis radicalibus lanceolatis. Pulmonaria foliis Echii *Ger. Em.* 808. rubro flore, foliis Echii *J. B. III.* 597. anguſtifolia rubente cœruleo flore *C. B. Pin.* 260. anguſtifolia *Park. Parad.* 248. *Bugloſs-Cowſlips, or long-leaved Sage of* Jeruſalem. In a Wood by *Holbury-Houſe*, in the New Foreſt, *Hampſhire.* Perianthium oblongum integrum, folia maculoſa Pulmonariæ characteriſticæ ſunt.

Pulmonariæ in Cereviſia ſecundaria decoctæ, & ad 13. cochlearia mane & veſperi potæ vim in ictero ſanando multi experti ſunt. *Vid. Ephem. Germ. Ann. III. Obſ.* 290.

SYMPHYTUM.

CAL. Perianthium *quinquepartitum, erectum, pentagonum, acutum, perſiſtens.* COR. Petalum *unicum.* Tubus *breviſſimus.* Limbus *tubulato-ventricoſus, tubo paulo craſſior:* ore *quinquedentato, obtuſo, reflexo.* Faux *munita* radiis *quinque, ſubulatis, limbo brevioribus, in conum conniventibus.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, cum radiis faucis alterna.* Antheræ *acutæ, erectæ, tectæ.* PIST. Germina *quatuor.* Stylus *filiformis, longitudine corollæ.* Stigma *ſimplex.* PER. *nullum.* Calyx *major, ampliatus.* SEM. *quatuor, gibba, acuminata, apicibus conniventia.*

Symphytum foliis ovato-lanceolatis decurrentibus. Symphytum magnum *J. B. III.* 593. majus vulgare *Park.* 523. Symphytum, Conſolida major *C. B. Pin.* 259. Conſolida major *Ger.* 660. *Comfrey.* In aquoſis ad rivos & foſſas: Maio menſe floret.

Floribus

Floribus cylindraceis pendulis cum Cerinthe convenit; ſeminibus ad ſingulos flores quaternis, iiſque lucidis, ab eadem differt.

Variat floris colore purpureo; quam varietatem *D. Plukenet* copioſam obſervavit prope *Eaton:* Nos ad *Falburniam* in agro Eſſexienſi. In exteris regionibus non minus frequens habetur cum flore purpureo, quam cum albo. (Flore cineritio; every where about *Reading*; Merr. P.)

Vulnerarium eſt celeberrimum, mucilaginoſum, incraſſans, humorum acrimoniam retundens. Uſus præcipuus in fluxionibus quibuſcunque, imprimis alvi, in eroſione pulmonum ac phthiſi. Extrinſecus ſanguinem ſiſtit, & fracturas oſſium conſolidat. Radices in mortario tuſæ donec in maſſam redigantur, ſuper alutam extenſæ & impoſitæ ad dolores podagricos leniendos, ad ulcera ſerpentia aut etiam gangrænas compeſcendas plurimum valent.

BORAGO.

CAL. Perianthium *quinquepartitum, perſiſtens.* COR. Petalum *unicum, longitudine calycis.* Tubus *calyce brevior.* Limbus *quinquepartitus, rotatus, planus:* Faux *coronata:* prominentiis *quinque, emarginatis, obtuſis.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, conniventia.* Antheræ *oblongæ, filamentorum lateri interiori in medio affixæ, conniventes.* PIST. Germina *quatuor.* Stylus *filiformis, ſtaminibus longior.* Stigma *ſimplex.* PER. *nullum.* Calyx *major inflatus.* SEM. *quatuor, ſubrotunda, rugoſa, apice extrorſum* [illegible]*nata, baſi globoſa, receptaculo excavato inſerta.* OBS. *Calycis* laciniæ quoad figuram, & *Corollæ* Tubus quoad magnitudinem, differentes ſunt.

Borago foliis omnibus alternis, calycibus patentibus. Borrago hortenſis *Ger.* 653. floribus cœruleis & albis *J. B. III.* 574. Bugloſſum latifolium, Borrago *C. B. Pin.* 256. In hortis, viis & muris frequens.

ASPERUGO.

CAL. Perianthium *monophyllum, quinquefidum, denticulis duobus ſingulæ laciniæ interpoſitis; erectum, æquale, perſiſtens.* COR. Petalum *unicum.* Tubus *cylindraceus, breviſſimus.* Limbus *ſemiquinquefidus, obtuſus, parvus.* Faux *clauſa:* ſquamulis *quinque, convexis, prominentibus, conniventibus.* STAM. Filamenta *quinque, in fauce, breviſſima.* Antheræ *oblongiuſculæ,*

læ, tectæ. PIST. Germina *quatuor, compreſſa.* Stylus *filiformis, brevis.* Stigma *obtuſum.* PER. *nullum.* Calyx *maximus, erectus, compreſſus, connivens, ut duo plana parallela, ſummo margine quinque dentes eminentes exſerens.* SEM. *quatuor, oblonga. Semina ſimul conſiderata videntur compreſſa.* OBS. *Eſſentia* conſiſtit in figura calycis ſeminiferi.

Aſperugo. Aſperugo vulgaris *J. R. H.* 135. Bugloſſum ſylveſtre caulibus procumbentibus *C. B. Pin.* 257. Borrago minor ſylveſtris *Park.* 765. Cynogloſſa forte topiaria Plinii, & Echium lappulatum quibuſdam *J. B. III.* 590. Aparine major Plinii *Ger.* 963. Alyſſon Germanicum Echioides *Lob. Ic.* 803. *Small wild Bugloſs*, by ſome *Great Gooſe-graſs*, and *German Madwort.* Near *Newmarket*, where I hear it is now loſt: By *Boxley* in *Suſſex*, and in the *Holy Iſland.*

Caulibus aſperis & ad veſtes adhærentibus, floribus ad foliorum alas, foliis interdum tribus quatuorve ſimul, ſeminibus parvis compreſſis in vaſculis bivalvibus compreſſis dentatis ab aliis hujus generis diſtinguitur.

LYCOPSIS.

CAL. Perianthium *quinquepartitum:* laciniis *oblongis, acutis, patulis, perſiſtentibus.* COR. Petalum *unicum.* Tubus *cylindraceus, curvato-flexus.* Limbus *ſemiquinquefidus, obtuſus.* Faux *clauſa:* ſquamulis *quinque, convexis, prominentibus, conniventibus.* STAM. Filamenta *quinque, minima, ad flexuram tubi corollæ.* Antheræ *parvæ, tectæ.* PIST. Germina *quatuor.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigma *obtuſum, bifidum.* PER. *nullum.* Calyx *maximus, inflatus.* SEM. *quatuor, ſublonga.* OBS. *Eſſentia* generis conſiſtit in curvatura tubi corollæ.

Lycopſis foliis lanceolatis hiſpidis, calycibus floreſcentibus erectis. Bugloſſa ſylveſtris minor *Ger. Em.* 799. Bugloſſum ſylveſtre minus *C. B. Pin.* 256. *Park.* 765. Echium Fuchſii ſeu Borrago ſylveſtris *J. B. III.* 581. *Small wild Bugloſs.* Inter ſegetes & in arvis requietis paſſim.

Bugloſſæ notæ ſunt ſemina rugoſa, flores in quinque ſegmenta obtuſa, ſeu orbiculata expanſi.

E C H I U M.

CAL. Perianthium *quinquepartitum, erectum, perſiſtens:* laciniis *ſubulatis, erectis.* Cor. Petalum *unicum.* Tubus *breviſſimus.* Limbus *erectus, ſenſim ampliatus, quinquefidus, obtuſus:* laciniis ſuperioribus *duabus longioribus*, infima *minore, acuta, reflexa.* Stam. Filamenta *quinque, ſubulata, longitudine corollæ.* Antheræ *oblongæ, incumbentes.* Pist. Germina *quatuor.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigma *obtuſum, bifidum.* Per. *nullum.* Calyx *rigidior, in ſinu ſemina fovens.* Sem. *quatuor, ſubrotunda, oblique acuminata.* Obs. *Eſſentia* generis eſt Corolla inæqualis cum ſeminibus quatuor & ſtaminibus quinque.

Echium corollis vix calycem excedentibus, margine villoſis. Echium Aſperius. Lycopſis *C. B. Pin.* 255. *Park.* 519. Lyc. Dioſcoridis quibuſdam *J. B. III.* 584. Echii altera ſpecies *Dod. p.* 680. cujus icon hanc noſtram bene repræſentat. *Wall Bugloſs.* In the Iſle of *Jerſey*, on the ſandy Grounds near *S. Hilary*, plentifully. *Lobel* mentions another ſort, which he calls *Lycopſis Anglica*, to be found plentifully among the Corn, by the Way between *Briſtol* and *London*; which no Man ſince him hath been able to diſcover; ſo that I conclude, what he obſerved there was nothing but the common *Echium.*

Echium alterum ſive Lycopſis Anglica *Merr.* We have two to be met with in the North as well as the South; the *alterum* differs from the *vulgare J. B.* chiefly in the Smallneſs of the Flower, and being thicker ſet in the Spike. It is probable this may be *Lycopſis Anglica Lobelii*; *Dr. Richardſon.*

Echium marinum *P. B. Cat. Ang. Sibb. Sc. Ill. P. II. L.* 3. *p.* 55. *Tab.* 12. Bugloſſum marinum *Pet. H. B.* 29. 3. Cynogloſſum procumbens glaucophyllon maritimum noſtras, floribus purpuro-cœruleis, ſeminibus lævibus *Pluk. Alm. p.* 126. *T.* 172. *f.* 3. An Bugloſſum dulce ex inſulis Lancaſtriæ *Park.* 765? *Sea-Bugloſs.* At *Scrammerſton* Mill, between the Salt-Pans and *Berwick*, on the Sea-Beach, about a Mile and half from *Berwick*; alſo near *Whitehaven* in *Cumberland*, and againſt *Bigger*, in the Iſle of *Walney*, in *Lancaſhire*, plentifully; Mr. *Lawſon.* (Near *Trefarthen* in *Angleſea*, and in Abundance by the River *Uyfni*, in the way from *Dinardinlle* to *Clynog*, in *Carnarvonſhire*; Mr. *Lhwyd.* In ſeveral Places along the South Side of the Firth of *Forth*; *R. Sibbald.*

Echium

Echium caule ſimplici erecto, foliis caulinis lanceolatis hiſpidis, floribus ſpicatis lateralibus. Echium vulgare *J. B. III.* 586. *C. B. Pin.* 254. *Park.* 414. *Ger. Em.* 802. *Vipers Bugloſs.* Secus vias & ſemitas, inque muris non raro & arvis ſterilioribus nimis etiam frequens.

Flore corniculato ſeu incurvo, & ex anguſto principio in latum expanſo, ſuperiore parte longius excurrente, inferiore breviore a reliquis Aſperifoliis diſtinguitur.

Monapetalæ capſula intra Florem.

PRIMULA.

CAL. Involucrum *polyphyllum, multiflorum, minimum.* Perianthium *monophyllum, tubulatum, pentagonum, quinquedentatum, acutum, erectum, perſiſtens.* COR. Petalum *unicum.* Tubus *cylindraceus, longitudine calycis, terminatus collo parvo, hemiſphærico.* Limbus *patens, ſemiquinquefidus:* laciniis *obcordatis, emarginatis, obtuſis.* STAM. Filamenta *quinque, breviſſima, intra collum corollæ.* Antheræ *acuminatæ, erectæ, conniventes, incluſæ.* PIST. Germen *globoſum.* Stylus *filiformis, longitudine calycis.* Stigma *globoſum.* PER. Capſula *teres, longitudine ferme perianthii, tecta, unilocularis, dehiſcens apice decemdentato.* SEM. *numeroſa, ſubrotunda.* Receptaculum *ovato-oblongum, liberum.*

Primula foliis dentatis rugoſis. Primula veris major *Ger.* 635. veris odorata flore luteo ſimplici *J. B. III.* 495. Verbaſculum pratenſe odoratum *C. B. Pin.* 241. Paralyſis vulgaris pratenſis, flore flavo ſimplici odorato *Park. Par.* 244. *Common Pagils, or Cowſlips.* In paſcuis frequens Aprili menſe floret.

P. Renealmo Φλομίσκος σκιαδίσκος, χρυσάνθης, μακρόστυλος inſcribitur, i. e. Verbaſculum umbellatum flore aureo, ſtylo longo: non tamen ſolo colore, ſed & parvitate florum & odore eorundem a primula vulgari differt. Non pauciores hujus, quam Primulæ vulgaris varietates habentur in hortis cultæ, de quibus conſule ſi placeat *Hiſt. noſt. p.* 1082.

Primula pratenſis inodora lutea *Ger.* 635. veris caulifera, pallido flore inodoro aut vix odoro *J. B. III.* 496. Verbaſculum pratenſe aut ſylvaticum inodorum *C. B. Pin.* 241. Paralyſis altera odorata flore pallido polyanthos *Park. Par.* 244. *Great Cowſlips, or Oxſlips.* In ſylvis & ad ſepes non admodum infrequens; interdum & in paſcua deſcendit.

P. Renealmo ſignificanter dicitur Φλομίσκος σκιαδίουχος, διασκόπιος, ἐρυθρόζωνος, i. e. Verbaſculum umbellatum, floribus in omnem partem diffuſis, zona rubra ad petiolorum baſin cinctum.

Primula veris vlgaris *Park.* 535. veris minor *Ger.* 636. veris floribus ex ſingularibus pediculis pallidis majoribus, ſimplicibus *J. B. III.* 497. Verbaſculum ſylvarum majus ſingulari flore *C. B. Pin.* 241. *Common Primroſe.* In ſylvis, ſepibus & dumetis verno tempore ubique.

Hujus multiplex habetur varietas. 1. Flore niveo. 2. Flore viridi ſimplici. 3. Flore viridante & albo ſimplici *Park.* 4. Flore viridi duplici. 5. Flore multiplici ſeparatim diviſo *Park.* quæ Primula veris *Heſketi.* 6. Flore duplici, ſeu altero alteri innato. 7. Flore pleno ſeu multiplici omnium Auctorum. 8. Floris calycum ſegmentis viridante margine foliaceo fimbriatis; vid. *Park. Par.*

Folia & flores in olere, placentulis & acetariis ſumuntur, ſuntque admodum amica & utilia capiti ac nervoſo generi. Adhibentur in Apoplexia, Paralyſi, unde herba denominationem ſumit, & articulorum doloribus. Aqua florum deſtillata, eorundem Conſerva & Syrupus, infuſa, decocta & extracta, anodyna ſunt & hypnotica, benigna & innoxia, iis qui tenerioris ſunt ætatis aut conſtitutionis apprime idonea. Decoctum radicum in Zythogalo ſumptum commendatur ad vertiginem.

Primula foliis crenatis glabris, florum limbo plano. Verbaſculum umbellatum Alpinum minus *C. B. Pin.* 247. Primula veris flore rubro *Ger.* 639. *Cluſ. H.* 300. veris minor purpuraſcens *J. B. III.* 498. Paralyſis minor flore rubro *Park. Par.* 246. *Bird's-eye.* In montoſis pratis agri Weſtmorlandici & Eboracenſis copioſe locis udis & paluſtribus provenit. (On *Shooterſhhill*, near *Eltham*, where it hath been planted by Mr. *J. Sherard.*)

Ad Auriculam Urſi accedit, cujus & ſpecies nobis cenſetur. Folia ſubtus incana & veluti farina aſperſa; flores in umbella hilari purpura nitent, umbilico flavo. Primulam veris flore rubro, ab ea quæ flore eſt candido, non aliter quam floris colore diſtinguit *Cluſius.*

Auriculæ urſi notæ ſunt, folia denſiora, ſucculentiora & læviora quam Primulæ veris, florum calyces breviores, ut tubi florum fere nudi appareant, foliorum quædam rudimenta in caulis vertice e quibus florum pediculi exeunt.

M E-

MENYANTHES.

CAL. Perianthium *monphyllum, quinquepartitum, erectum, perſiſtens.* COR. Petalum *unicum.* Tubus *cylindraceo-infundibuliformis, brevis.* Limbus *ultra medium quinquefidus:* laciniis *reflexo-patentibus, obtuſis, hirſutie notatis.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, brevia.* Antheræ *acutæ, baſi bifidæ, erectæ.* PIST. Germen *conicum.* Stylus *cylindraceus, longitudine ferme corollæ.* Stigma *bifidum, compreſſum.* PER. Capſula *ovata, calyce cincta, unilocularis.* SEM. *plurima, ovata, exigua.*

Menyanthes foliis cordatis integerrimis, corollis ciliatis. Menyanthes Nymphoides. Nymphæa lutea minor flore fimbriato *J. B. II.* 772. *C. B. Pin.* 194. *The leſſer yellow Water Lilly, with a fringed Flower.* In fluviis & ſtagnis majoribus, non tamen admodum frequens.

(Ex hac peculiare genus facit *Tournefortius* Nymphoidis titulo, quod flore monopetalo pelviformi, fructu oblongo compreſſo, unica intus cavitate plura ſemina calyptra membranacea involuta continente a reliquis non immerito diſtinguit, licet ex totius habitus convenientia non facile ſeparandum a nymphæa velit *Rajus Meth. Em.* 191.)

Menyanthes foliis ternatis. Menianthes paluſtre triphyllum latifolium & anguſtifolium *Inſt. R. H.* 117. Trifolium paluſtre *J. B. II.* 389. *C. B. Pin.* 327. paludoſum *Ger.* 1024. *Park.* 1212. fibrinum *Tabern. & Germanorum. Marſh-trefoil, Buck-beans.* In paluſtribus & aquoſis frequens.

Foliis forma & magnitudine fabaceorum, tribus in eodem pediculo, floribus in thyrſo ſpecioſis, interius candidis filamentis criſpis pubeſcentibus, locoque natali ab aliis congeneribus diſtinguitur.

Herba hæc *Germanorum* amaſia, nuperis annis magna in exiſtimatione eſſe cœpit. Nonnulli ad morbum articularem, alii ad ſcorbuticos affectus, ad febres intermittentes & catarrhos eam commendant, & in hydropicis affectibus valde proficuam eſſe exiſtimant; *Dr. Tancr. Robinſon.*

HOTTOMIA.

CAL. Perianthium *monophyllum, quinquepartitum:* laciniis *linearibus, erecto-patulis.* COR. Petalum *unicum.* Tubus *longitudine calycis.* Limbus *quinquefidus, planus:* laciniis *ovato-oblongis, emarginatis.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, brevia, erecta, laciniis corollæ oppoſita, tubo corollæ ſuperimpoſita.* Antheræ *oblongæ.* PIST. Germen *globoſo-acuminatum.* Stylus *filiformis, brevis.* Stigma *globoſum.* PER. Capſula *globoſa, acuminata, unilocularis, calyci impoſita.* SEM. *plurima, globoſa.* Receptaculum *globoſum, magnum.*

Hottonia. Hottonia *Boerh. Ind. Alt. P. I. p.* 207. Millefolium aquaticum, dictum Viola aquatica *J. B. III.* 782. aquaticum ſeu Viola aquatica caule nudo *C. B. Pin.* 141. aquaticum floridum ſeu Viola aquatica *Park.* 1256. Viola paluſtris *Ger.* 678. *Water-violet.* In aquis reſiduis ut & tardius fluentibus vadoſis.

Foliis pennatis, aquis ut plurimum immerſis, caulibus nudis, cum floribis plurimis ſpecioſis Leucoii, monopetalis, in quinque tamen Segmenta ad unguem uſque fiſſis, pentapetali videantur, ab aliis facile diſtinguitur.

LYSIMACHIA.

CAL. Perianthium *quinquepartitum, acutum, erectum, perſiſtens.* COR. Petalum *unicum.* Tubus *nullus.* Limbus *quinquepartitus, planus:* laciniis *ovato-oblongis.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, corolla dimidio breviora.* Antheræ *acuminatæ.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigma *obtuſum.* PER. Capſula *globoſa, unilocularis, decemvalvis.* SEM. *plurima, angulata.* Receptaculum *globoſum, maximum, punctatum.*

Lyſimachia foliis ovatis acutis, floribus ſolitariis, caule procumbente. Anagallis lutea *Ger.* 495. flore luteo *Park.* 558. lutea nemorum *C. B. Pin.* 252. lutea Nummulariæ ſimilis *J. B. III.* 370. *Yellow Pimpernel of the Woods.* In ſylvis & umbroſis humidioribus.

Lyſimachia foliis ſubcordatis, floribus ſolitariis, caule repente. Nummularia *Ger.* 505. vulgaris *Park.* 555. major lutea *C. B. Pin.* 309. ſive Centimorbia *J. B. III.* 370. *Money-wort, or Herb Two-pence.* Juxta ſcrobes & fluenta, aliaque rigua loca.

Lyſi-

Lyſimachia foliis ovatis acutiuſculis, pedunculis folio longioribus, caule repente. Nummularia minor flore purpuraſcente *C. B. Pin.* 310. *Park.* 555. *Ger. Em.* 630. rubra *J. B. III.* 371. *Purple-flowered Money-wort.* Locis paluſtribus in ericetis.

Vulneraria eſt e præcipuis. Uſus in pulmonum exulcerationibus, venis ruptis, fluxu quocunque, diarrhœa, dyſenteria, hæmoptyſi, menſibus, &c. Commendatur & in Scorbuto, herniiſque omnis generis; *Schrod.*

Lyſimachia paniculata, racemis terminalibus. Lyſimachia lutea *J. B. II.* 901. *Ger.* 386. lutea major quæ Dioſcoridis *C. B. Pin.* 245. lutea major vulgaris *Park.* 544. *Yellow Willow-herb, or Looſeſtrife.* In aquoſis & ad rivos, ſed rarius. (In foſſis ſtagnantibus juxta *Charleolum* abunde; Dr. *Richardſon.*) In *Batterſea* Meadow.

Lyſimachia racemis lateralibus pedunculatis. Lyſimachia lutea flore globoſo *Ger. Em.* 475. *Park.* 544. bifolia flore globoſo luteo *C. B. Pin.* 245. altera lutea Lobelii, flore quaſi ſpicato *J. B. II.* 902. *Yellow Looſeſtrife with a globular Spike, or Tuft of Flowers.* Found by Mr. *Dodſworth* in the Eaſt Riding of *Yorkſhire.* (In *Nynnechytched*, Angleſea; Mr. *Lhwyd.* By *Kings-langley*, in *Hertfordſhire*; *Ph. Br.*) Globuli ſeu ſpicæ florum ex alis foliorum exeunt.

ANAGALLIS.

CAL. Perianthium *quinquepartitum, acutum, perſiſtens:* laciniis *carinatis.* COR. Petalum *unicum.* Tubus *nullus.* Limbus *quinquepartitus, planus:* laciniis *ovato-orbiculatis, unguibus connexis.* STAM. Filamenta *quinque, erecta, corolla breviora, inferne hirſuta.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *globoſum.* Stylus *filiformis, leviter inclinatus.* Stigma *capitatum.* PER. Capſula *globoſa, unilocularis, horizontaliter in duo hemiſphæria dehiſcens.* SEM. *plurima, angulata.* Receptaculum *globoſum, maximum.*

Anagallis foliis indiviſis, caule procumbente. Anagallis flore phœniceo *C. B. Pin.* 252. *Park.* 558. phœnicea mas *J. B. III.* 369. mas *Ger.* 494. *Male Pimpernel.* In arvis & hortis ſerius & circa mediam æſtatem floret.

Vulneraria cenſetur & alexipharmica; peſti conducit. Commendatur etiam ad phthiſin & tabem pulmonum, ad tormina recens natorum; ad epilepſiam, (aqua deſtillata) ad maniam.

CONVOLVULUS.

CAL. Perianthium *quinquepartitum, connivens, ovatum, obtuſum, minimum, perſiſtens.* COR. Petalum *campanulato-patens, magnum, plicatum, margine leviſſime inciſum.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, corolla dimidio breviora.* Antheræ *ovatæ, compreſſæ.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigmata *duo, oblonga latiuſcula.* PER. Capſula *calyce obvoluta, ſubrotunda, uni-bi-trivevalvis.* SEM. *bina, ſubrotunda.* OBS. Corolla communiter decem Crenis inciſa, ſed datur etiam limbo quinquefido.

Convolvulus foliis ſagittatis utrinque acutis, pedunculis unifloris. Convolvulus minor vulgaris *Park.* 171. [qui perperam album & purpureum diverſas ſpecies facit.] Conv. minor arvenſis *C. B. Pin.* 294. Helxine ciſſampelos multis ſeu Convolvulus minor *J. B. II.* 157. Smilax lenis minor *Ger.* 712. *Small Bindweed.* In arvis & ad ſemitas.

Convolvulus foliis ſagittatis poſtice truncatis, pedunculis unifloris. Convolvulus major *J. B. II.* 154. major albus *C. B. Pin.* 294. *Park.* 163. Smilax lævis ſeu lenis major *Ger.* 712. *Great Bindweed.* Ad ſepes locis humectis frequens eſt. (Variat flore carneo & roſeo; Vid. *Merr. Pin.* Convolvulus vulgaris major flore amplo dilute purpureo *Pluk. Alm.* 213.)

Convolvulus arvenſis minimus *D. Dent Syn. II.* 157. 3. Convolvulus anguſtiſſimo folio, noſtras, cum auriculis *Pluk. Almag.* 116. *Tab.* 24. *fig.* 3. *The leaſt Bindweed.* Cum priore inter ſegetes, *Harleſton* inter & *Everſden* parvam in agro Cantabr. Folia habet anguſta, cuſpidata Sagittariæ fere in modum, præcedentis foliis multo minora, flores etiam minores.

Convolvulus flore minimo, ad unguem fere ſecto. Prope *Maidſtone* invenit *D. Rand.*

Convolvulus foliis reniformibus, pedunculis unifloris. Convolvulus maritimus Soldanella dictus. Soldanella marina *Ger.* 690. maritima minor *C. B. Pin.* 295. vulgaris *Park.* 161. Braſſica marina ſeu Soldanella *J. B. II.* 166. *Sea Bindweed, by ſome improperly called Sea Colewort,*

Colewort, and Scottiſh *Scurvygraſs*. In arenoſis maris littoribus frequens.

POLEMONIUM.

CAL. Perianthium *monophyllum, ſemiquinquefidum, cyathiforme, acutum, perſiſtens.* COR. Petalum *unicum.* Tubus *calyce brevior, clauſus valvis quinque ad apicem poſitis.* Limbus *quinquepartitus, amplus, planus:* laciniis *ſubrotundis, obtuſis.* STAM. Filamenta *quinque, valvulis tubi inſerta, filiformia, corolla breviora, inclinata.* Antheræ *ſubrotundæ, incumbentes.* PIST. Germen *ovato-acutum.* Stylus *filiformis, longitudine corollæ.* Stigma *trifidum, revolutum.* PER. Capſula *trigono-ovata, trilocularis, trivalvis, tecta.* SEM. *plurima, irregularia, acutiuſcula.*

Polemonium calycibus corollæ tubo longioribus. Polemonium vulgare cæruleum & album *Inſt. R. H.* 146. Valeriana cærulea *C. B. Pin.* 164. Græca *Ger.* 918. *Park.* 122. Græca quorundam, colore cæruleo & albo *J. B. III.* 2. 212. *Greek Valerian*, called by the Vulgar, *Ladder to Heaven*, and *Jacob's Ladder.* Found by Dr. *Liſter* in *Carleton-beck*, in the falling of it into the River *Air:* but more plentifully, both with a blue Flower and a white, about *Malham-Cove*, a Place ſo remarkable, that it is eſteemed one of the Wonders of *Craven.* It grows there in a Wood, on the left Hand of the Water. as you go to the *Cove* from *Malham*, plentifully; and alſo at *Cordil*, or the *Wern*, a remarkable *Cove*, where comes out a great Stream of Water, near the ſaid *Malham.* (In dumetis infra *Malham-Cove*, eundo ab oppido ad *Malham-Cove* dextrorſum, ad ſiniſtram enim ne una invenitur planta; Dr. *Richardſon.)*

Foliis eſt longis pinnatis, Viciæ in modum, floribus amplis deorſum nutantibus, vaſculis turbinatis & in terna loculamenta diviſis.

Monopetalæ germine infra florem.

CAMPANULA.

CAL. Perianthium *quinquepartitum, acutum, erecto-patens, germini impoſitum.* COR. Petalum *campanulatum, baſi impervia patula, ſemiquinquefidum, marceſcens:* laciniis *latis, acutis,*

cutis, patulis. Nectarium *in fundo corollæ, conſtructum* valvulis *quinque, acutis, conniventibus, receptaculum ſupra tegentibus.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima, inſerta valvularum Nectarii apicibus.* Antheræ *filamentis longiores, compreſſæ.* PIST. Germen *angulatum, infra receptaculum.* Stylus *filiformis, ſtaminibus longior.* Stigma *tripartitum, oblongum, craſſiuſculum,* laciniis *revolutis.* PER. Capſula *ſubrotunda, angulata, tri-quinqueve-locularis, totidem foraminibus lateralibus emittens ſemina.* SEM. *numeroſa, parva.* Receptaculum *columnare, adnatum.* OBS. *Pericarpii figura, indeterminata eſt.* TRACHELII. Pericarpium villoſum, ſcabrum, triloculare. RAPUNCULI. Pericarp. glabrum, ovatum, triloculare. SPECULI VENERIS. Peric. columnare, priſmaticum, triloculare.

Foliis lævioribus anguſtioribus.

Campanula foliis radicalibus reniformibus, caulinis linearibus. Campanula rotundifolia *Ger.* 367. minor ſylveſtris rotundifolia *Park.* 651. minor rotundifolia vulgaris *C. B. Pin.* 93. parva Anguillaræ Cantabrica *J. B. II.* 796. *The leſſer round-leaved Bell-flower.* In agrorum marginibus, inque dumetis & ad ſepes, præſertim in montoſis.

Folia ima ſubrotunda ſunt, quæ in caulibus longa. Floris color cœruleus, qui interdum variat. (Purpurei mentionem facit *Merr.* in *Pin.* At *Effaton,* a Mile from *Wigmore, Herefordſhire.*

Campanula minor Alpina, rotundioribus imis foliis *Cluſ. Hiſt. CLXXIII.* minor rotundifolia Alpina *C. B. Pin.* 93. *Pr.* 34. *The leſſer Mountain Bell-flower, with the lower Leaves round.* In excelſis rupibus montis *Snowdon* copioſe; *D. Lhwyd. Dr. Plukenet* found the ſame about *Rickmanſworth,* in *Hertfordſhire,* in a dry Gravel-pit, and in ſuch like Places about *Croydon* in *Surrey.* Figura Cluſiana eſt prioris ſpeciei ex ſententia *C. B.*

Campanula foliis ſtrictis: radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula patula. Campanula eſculentæ facie, ramis & floribus patulis. Dill. Elth. Habitat in arvis. Near *Leiceſter.* In *Buddon* Wood, near *Loughborough,* in *Leiceſterſhire,* plentifully: And in the Hedges and Lanes adjoining. Mr. *Pultney.*

Campanula foliis undulatis: radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula coarctata. Rapunculus eſculentus *C. B. Pin.*

Pin. 92. eſculentus vulgaris *Park.* 648. vulgaris campanulatus *J. B. II.* 795. Rapuntium parvum *Ger.* 369. *Rampions.* In aggeribus foſſarum & arvis requietis.

Foliis ſcabris latioribus.

Campanula foliis ovato-lanceolatis, caule ſimpliciſſimo tereti, floribus ſolitariis pedunculatis, fructibus cernuis. Campanula maxima foliis latiſſimis *C. B. Pin.* 94. pulchra a Toſſano Carolo miſſa *J. B. II.* 807. item Trachelium candidum Anglicum majus, foliis fere Digitalis vel Campanulæ *Ejuſd. Ibid.* Trachelium majus Belgarum *Park.* 643. majus Belgarum ſive Giganteum *Ger. Em.* 448. *Giant Throatwort.* In the mountainous Parts of *Derbyſhire*, *Staffordſhire*, *Yorkſhire*, and elſewhere in the North of *England*, plentifully. (At *Malham*, on the Rocks, by the *Whern.)*

Campanula caule angulato, foliis petiolatis, calycibus ciliatis, pedunculis trifidis. Campanula vulgatior foliis Urticæ vel major & aſperior *C. B. Pin.* 94. major & aſperior folio Urticæ *J. B. II.* 805. Trachelium majus *Ger.* 364. majus flore purpureo *Park. Par.* 354. *Great Throatwort*, or *Canterbury-Bells.* In ſylvoſis & ad ſepes. Variat interdum floris colore albo.

Campanula caule angulato ſimplici, floribus ſeſſilibus, capitulo terminali. Campanula pratenſis flore conglomerato *C. B. Pin.* 94. Trachelium minus *Park.* 644. *Ger. Em.* 449. minus multis *J. B. II.* 800. item Trachelium ſeu Viola Calathiana herba Anglica *Ejuſd.* 802. Bis deſcripſit & depinxit hanc plantam *Gerardus* noſtras, unde *J. Bauhinus*, qui (ut ipſemet ingenue fatetur) linguam Anglicanam non intellexit, mala figura deceptus eſt. *Little Throatwort*, or *Canterbury-Bells.* In paſcuis montoſis & cretaceis. (Eadem flore albo. Variis in locis occurrit, præcipue juxta *Bramham*; *D. Richardſon.)*

Campanula caule baſi ſubramoſo ſtricto, foliis oblongis crenatis, calycibus aggregatis corolla longioribus, capſulis priſmaticis. Campanula arvenſis erecta, vel Speculum Veneris minus *Ger. Em.* 439. *Park.* 1331. *The leſſer Venus Looking-glaſs*, or *codded Corn-violet.* Inter ſegetes. Speculum Veneris vaſculo ſeminali oblongo in ſiliquam

pro-

producto, & ſeminibus præ reliquis lucidis & ſplendentibus a cæteris Campanulis differt.

Campanula foliis cordatis quinquelobis petiolatis glabris, caule laxo. Campanula Cymbalariæ foliis *Ger. Em.* 452. *Park.* 652. Cymbalariæ foliis, vel folio hederaceo *C. B. Pin.* 93. Camp. folio hederaceo, ſpecies Cantabricæ Anguillaræ *J. B. II.* 797. *Tender Ivy-leaved Bell-flower.* On many moiſt and watery Banks in the Weſt of *England*, eſpecially in *Cornwal.* I have found it alſo in the North, as about *Sheffield* in *Yorkſhire.* Mr. *Lawſon* in *Bagley* Wood, near *Oxford.* (In ſylvula *Pancretch* vocata, medio itinere a *Lhan-rhooſt* ad *Capel Kerigh* ſecus viam, Dr. *Richardſon.)* Tenella eſt plantula, humi fuſa, foliis quaſi hederaceis, ejuſdem formæ omnibus, in humidis & juxta aquas natales ejus.

PHYTEUMA.

CAL. Perianthium *monophyllum, quinquepartitum, acutum, erecto-patens, germini impoſitum.* COR. Petalum *ſtellatum, patens, quinquepartitum:* laciniis *linearibus, acutis, recurvis.* STAM. Filamenta *quinque, corolla, breviora.* Antheræ *oblongæ.* PIST. Germen *ſub receptaculo.* Stylus *filiformis, longitudine corollæ, recurvus.* Stigma *tripartitum, oblongum, revolutum.* PER. Capſula *ſubrotunda, trilocularis.* SEM. *plurima, parva, ſubrotunda.*

Phyteuma capitulo ſubrotundo, foliis ſerratis: radicalibus cordatis. Rapunculus corniculatus montanus *Ger. Em.* 455. flore globoſo purpureo *J. B. II.* 810. folio oblongo, ſpica orbiculari *C. B. Pin.* 92. alopecuroides orbiculatus *Park.* 648. *Horned Rampions, with a round Head, or Spike of Flowers.* On the Downs of *Suſſex* and *Hampſhire* in many Places.

SAMOLUS.

CAL. Perianthium *quinquepartitum, baſi obtuſum:* laciniis *erectis, perſiſtentibus.* COR. Petalum *unicum.* Tubus *breviſſimus, longitudine calycis, patulus.* Limbus *planus, quinquepartitus, obtuſus:* ſquamulæ *breviſſimæ, ad baſin ſinus Limbi, conniventes.* STAM. Filamenta *quinque, brevia, intra laciniam corollæ ſingula.* Antheræ *conniventes, tectæ.* PIST. Germen *infra receptaculum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigma *capitatum.* PER. Capſula *ovata, calyce cincta,*



1
Campanula foliis strictis: radicalibus lanceolato-ovalibus, panicula patula.

2
Statice caule subnudo paniculato prostrato, ramis sterilibus retroflexis nudis foliis cuneiformibus.

ta, unilocularis, ſemiquinquevalvis. SEM. *plurima, ovata, exigua.* Receptaculum *globoſum, magnum.*

Samolus. Samolus Valerandi *J. B. III.* 791. Anagallis aquatica rotundo folio non crenato *C. B. Pin.* 252. aquatica rotundifolia *Ger Em.* 620. aquatica 3. Lob. folio ſubrotundo non crenato *Park.* 1237. *Round-leaved Water-pimpernel.* In locis paludoſis Junio menſe floret.

(Planta heteroclita rotundifolia minus crenata, Beccabungæ foliis pentapetala, capſula Alſines quinquefida *H. Ox. II.* 324. 5. 3. *T.* 24. *f.* 28. Alſine aquatica foliis rotundis Becabungæ *Ibid.* Sub quibus nominibus deſignatur a *Moriſono* nova & inaudita planta, quam *J. Bobart* ipſi primum invenit & detexit in foſſis prope Ptochodochium *D. Bartholomæi* & prope pagum *Cowly* prope Oxonium. Sed meminiſſe debebat *Moriſonus*, hanc novam & inauditam plantam eandem plane eſſe cum Samolo, quem pag. antecedenti ſub nomine Veronicæ aquaticæ folio ſubrotundo non crenato ex *J. Bauhino* deſcripſerat, quamvis ipſius deſcriptionem imaginariis ſuis interpolationibus non parum corruperat. Alioquin deſcriptio ipſius poſterior, quam ſub hujus nomine recitat, ſatis bona eſt.)

LONICERA.

CAL. Perianthium *quinquepartitum, parvum, germini inſidens.* COR. Petalum *unicum.* Tubus *oblongus, deorſum gibbus* Limbus *quinquepartitus :* laciniis *revolutis, quarum una profundius ſeparata.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, longitudine fere corollæ.* Antheræ *oblongæ.* PIST. Germen *ſubrotundum, infra receptaculum.* Stylus *filiformis, longitudine corollæ.* Stigma *obtuſo-capitatum.* PER. Bacca *umbilicata, bilocularis.* SEM. *ſubrotunda, compreſſa.*

Lonicera capitulis ovatis imbricatis terminalibus, foliis omnibus diſtinctis. Caprifolium Germanicum Dod. *Pempt.* 411. *J. R. H.* 608. Periclymenum *Ger.* 743. ſive Caprifolium vulg. *Park.* 1460. non perfoliatum *J. B. II.* 104. non perfoliatum Germanicum *C. B. Pin.* 302. *Common Honeyſuckle,* or *Woodbind.* In ſepibus frequens.

Caprifolium non perfoliatum, foliis ſinuoſis *Inſt. R. H.* 608. Periclymenum foliis quercinis *Merr. P.* 92. Found

Found firſt near *Oxford*, by Mr. *Jenner*, and afterwards by Mr. *Knowlton*, in the Way from *Hitchin* to *Wembly*. Folia glabra ſunt, Quercinorum inſtar eleganter laciniata. Prioris elegans varietas eſt.

Vehementer calefacit & deſiccat. Diureticum validum ac ſpleneticum eſt. Uſus præcipuus in aſthmate & tuſſi. Hinc uſum foliorum decoctorum in collutionibus & gargariſmis ad oris fauciumque tumores & inflammationes, aut eorundem florumve aquæ deſtillatæ, a vulgo frequentatum merito improbant medici peritiores.

Stamina declinata.

VERBASCUM.

CAL. Perianthium *monophyllum, quinquepartitum, parvum, perſiſtens:* laciniis *erectis, acutis.* COR. Petalum *rotatum.* Tubus *cylindraceus, breviſſimus.* Limbus *patens, quinquepartitus:* laciniis *ovatis, obtuſis.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, corolla breviora.* Antheræ *ſubrotundæ, compreſſæ, erectæ.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum, inclinatus.* Stigma *craſſiuſculum, obtuſum.* PER. Capſula *ſubrotunda, bilocularis, ſuperne dehiſcens.* Receptacula *dimidiato-ovata, diſſepimento affixa.* SEM. *numeroſa, angulata.* OBS. In pleriſque ſtamina inclinata ſunt, & inæqualia villiſque coloratis inferne veſtita.

Verbaſcum foliis decurrentibus utrinque tomentoſis. Verbaſcum mas latifolium luteum *C. B. Pin.* 239. vulgare flore luteo magno, folio maximo *J. B. III.* 871. Verbaſcum album vulgare, ſive Thapſus barbatus communis *Park.* 60. Thapſus barbatus *Ger.* 629. *Great white Mullein, High-taper, Cows Lungwort.* Ad agrorum margines & in aggeribus foſſarum, nonnunquam & in muris ac ruderibus.

Folia molli & incana lanugine utrinque hirſuta; flores in longo thyrſo clavi figura conferti.

Verbaſcum foliis cuneiformi-oblongis. Verbaſcum pulverulentum flore luteo parvo *J. B. III.* 872. mas foliis anguſtioribus, floribus pallidis *C. B. Pin.* 239. Folia lata ſunt, ideoque non placet quod *C. Bauhinus* anguſtiora vocat. *Hoary Mullein.* Circa mœnia *Nordovici* urbis, & ad *Buriam* oppidum. Sponte etiam oritur circa

ca ædes *D. Thomæ Willughby*, Baronetti, *Wollertoni* prope Nottinghamiam.

Omnium nobis cognitarum Verbaſci ſpecierum altiſſima eſt, caule foliis creberrimis obſito, pulvere candicante (qui facile detergitur) una cum floribus obducto. Flores pallidi & multo minores ſunt quam præcedentis.

Verbaſcum flore albo parvo *J. B. III.* 873. Lichnitis flore albo parvo *C. B. Pin.* 240. Verb. Lychnite Matthioli *Ger. Em.* 775. mas foliis longioribus *Park.* 60. *White-flowered Mullein.* In agro Cantiano ad vias frequens.

Verbaſcum foliis cordato-oblongis petiolatis. Verbaſcum nigrum flore parvo, apicibus purpureis *J. B. III.* 873. nigr. flore ex luteo purpuraſcente *C. B. Pin.* 240. nigrum *Ger.* 631. *deſcr.* nigrum vulgare *Park.* 61. *deſcr.* nigrum ſalvifolium luteo flore *Lob. Ad.* 241. 466. *Sage-leaved black Mullein.* In agro Cantabrigienſi pluribus locis, & alibi etiam in Anglia.

Folia viridia figura ad Salviam accedentia ſed longe majora, ſtamina purpurantia villoſa, caules tenuiores, rarioribus foliis cincti, hanc ſpeciem ab aliis diſcriminant.

Verbaſcum foliis amplexicaulibus oblongis glabris, pedunculis ſolitariis. Blattaria lutea *J. B. III. App.* 874. lutea folio longo laciniato *C. B. Pin.* 240. Blatt. Plinii *Ger.* 633. flore luteo *Park.* 64. In the Lane betwixt *Mitcham* Common and *Caſalton*, and near *Horns-place*, by *Rocheſter*; Mr. *J. Sherard.* Between *Deptford* and *Greenwich*; *Merr. Pin.* Near *Denham.*

Blattaria a Verbaſco præcipue differt capſulæ figura ſphærica.

Verbaſcum utile eſt in morbis pectoris, tuſſi, expuitione ſanguinolenta, torminibus ventris; *Schrod.* Extrinſecus folia & flores præcipuæ æſtimationis ſunt in ſopiendis doloribus quibuſcunque, in primis in affectibus & tumoribus ani, hæmorrhoidibus, in capillis luteo colore tingendis; *Idem.*

DATURA.

CAL. Perianthium *monophyllum, oblongum, tubulatum, ventricoſum, quinquangulare, quinquedentatum, deciduum horizontaliter prope baſin, parte remanente orbiculata, perſiſtente.* COR. Petalum *infundibuliforme.* Tubus *cylindraceus, calyce fere longior,*

gior. Limbus *erecto-patulus, quinque angularis, quinqueplicatus, fere integer, quinquedentato-acuminatus.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, longitudine calycis.* Antheræ *oblongæ, compreſſæ, obtuſæ.* PIST. Germen *ovatum.* Stylus *filiformis, rectus.* Stigma *craſſiuſculum, obtuſum, bilamellatum.* PER. Capſula *ſubovata, bilocularis, quadrivalvis, baſi calycis impoſita.* Receptacula *convexa, magna, punctata, diſſepimento affixa.* SEM. *numeroſa, reniformia.* OBS. Capſulæ *glabrities* & *aculeata* aſperitas in hoc genere mutantur.

Datura pericarpiis ſpinoſis erectis ovatis. Datura vulgaris. Solanum pomo ſpinoſo oblongo, flore calathoide, Stramonium vulgo dictum. In ruderibus & fimetis frequens occurrit; ſed Hortorum rejectamentis originem certe debet.

HYOSCYAMUS.

CAL Perianthium *monophyllum, cylindraceum, inferne ventricoſum:* ore *quinquefido, acuto; perſiſtens.* COR. Petalum *infundibuliforme.* Tubus *cylindraceus, brevis.* Limbus *erecto-patens: ſemiquinquefidus:* laciniis *obtuſis, unica reliquis latiore.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, inclinata.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigma *capitatum.* PER. Capſula *ovato-obtuſa, linea utrinque inſculpta, bilocularis, duabus capſulis arcte approximatis, tecta operculo horizontaliter dehiſcente.* Receptacula *dimidiato-ovata, diſſepimento affixa.* SEM. *numeroſa, inæqualia.*

Hyoſcyamus foliis amplexicaulibus. Hyoſcyamus vulgaris *J. B. III.* 627. niger *Ger.* 283. niger vel vulgaris *C. B. Pin.* 169. *Park.* 362. *Common Henbane.* In incultis, ruderatis & pinguibus locis.

Notæ hujus ſunt folia in caule alternatim ſita, vaſcula ſeminalia bicapſularia, operculo tecta, quod per maturitatem abſcedit, calyx in denticulos acuminatos quinquepartitus. Vis narcotica & viroſa.

Somnum inducit, dolores ſedat, acrimoniam mitigat, at rationem perturbat, unde internus ejus uſus rariſſimus eſt. Adverſus acres calidaſque oculorum defluxiones prodeſt: ſanguinis defluxiones muliebriaque profluvia compeſcit, & ad teſtium aliarumque partium inflammationes adhibetur, necnon ad podagram & dolorem iſchiadicum in fomentis. Manuum pedumque pruriginem a

frigore

frigore hyberno ortam ſedat fumus cytinorum carbonibus inſperſorum.

ATROPA.

CAL. Perianthium *monophyllum, quinquepartitum, gibbum; laciniis acutis; perſiſtens.* COR. Petalum *campanulatum.* Tubus *breviſſimus.* Limbus *ventricoſus, ovatus, calyce longior; ore parvo quinquefido patulo:* laciniis *ſubæqualibus.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, e baſi corollæ enata, longitudine corollæ, baſi conniventia, ſuperne extrorſum divergentia, arcuata.* Antheræ *craſſiuſculæ, aſſurgentes.* PIST. Germen *ſemi-ovatum* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum, inclinatus.* Stigma *capitatum, aſſurgens, tranſverſo-oblongum.* PER. Bacca *globoſa, calyci magno inſidens, trilocularis:* Receptaculo, *utrinque convexo, reniformi, carnoſo.* SEM. *plurima, reniformia.*

Atropa caule herbaceo, foliis ovatis integris. Atropa Belladonna. Belladonna *Cluſ. Pann.* 504. Solanum lethale *Park.* 346. *Ger.* 269. melanoceraſos *C. B. Pin.* 166. Solan. manicum multis, ſeu Bella Donna *J. B. III.* 611. *Deadly Nightſhade, Dwale.* In the Church-yard and Lanes about *Fulborn* in *Cambridgeſhire*; *Sutton Cofield* in *Warwickſhire*, and many other Places. (It is very common in the *Downs*, where it is rare to ſee a Plant ſix Inches high; Mr. *Doody.* In a Ditch at the End of *Goſwel-ſtreet*, in the Road to *Iſlington*; in *Cuchſtone*, near *Rocheſter* in *Kent*, all the Yards and Backſides are over-run with it; Mr. *Miller Bot. Offic.*)

On *Clifton-hill*, near *Nottingham*; in a Quarry, near the old Bath, at *Mansfield*; in *Curronwood-kerries*, near *Burton*, in *Kendal*, *Weſtmoreland*; in *Preſton* Church-yard, near *Feverſham*, *Kent*; by the Wood-ſide, under the Park Wall, between *Temsford mills* and *Wellwyn*, in *Hertfordſhire*: near the Road between *Rocheſter* and *Maidſtone*; in a Gravel-pit near the old Park-wood, at *Harefield*, in *Buckinghamſhire*; in the Joints of old Walls about *Chatham*; in *Woodſtock-Park*, *Oxfordſhire*; and in *Up-Park*, in *Hampſhire*; on the Edge of *Charley* Foreſt, *Leiceſterſhire*; and about *North-Luffenden*, in *Rutland*; Mr. *Pultney.*———In *Moor-Park*, near *Rickmanſworth*; Dr. *Watſon.*

Flores habet campaniformes concavos & tubuloſos, fructum magnum nigrum. Totius herbæ triſtis aſpectus qualitatem malignam arguit.

Somniferum eſt & malignum. Baccas pueris eſitantibus ſæpius mortiferas fuiſſe legimus & audivimus. In calidis inflammationibus ſine periculo externe adhiberi poſſunt ejus tum radices, tum etiam baccæ & folia. Folia recentia mammis impoſita, earum duritias & tumores emolliunt, diſcutiunt & ſanant, etiam cancroſos.

Nobilis quædam Domina ulcuſculo juxta oculum, quod cancroſum eſſe ſuſpicabatur, folii recentis particulam impoſuit, quæ noctis ſpatio uveam oculi tunicam adeo relaxavit, ut omnem pupillam contrahendi facultatem ei adimeret: adeo ut pupilla, oculo etiam clariſſimo lumini obverſo, alterius oculi pupilla plus quadruplo amplior eſſe perſiſteret, donec emoto folio uvea muſculoſam ſuam vim & tonum paulatim recuperaret. Atque hoc ne quis caſui imputet tribus vicibus experta eſt eadem Domina.

SOLANUM.

CAL. Perianthium *monophyllum, ſemiquinquefidum, erectum, acutum, perſiſtens.* COR. Petalum *rotatum.* Tubus *breviſſimus.* Limbus *magnus, ſemiquinquefidus, reflexo-planus, plicatus.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, minima.* Antheræ *oblongæ, conniventes, contingentes.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Stylus *filiformis, ſtaminibus longior.* Stigma *obtuſum.* PER. Bacca *ſubrotunda, glabra, apice punctato notata, bilocularis.* Receptacula *utrinque convexa, carnoſa.* SEM. *plurima, ſubrotunda, nidulantia.*

Solanum caule inermi fruteſcente flexuoſo, foliis ſuperioribus haſtatis, racemis cymoſis. Solanum lignoſum ſeu Dulcamara *Park.* 350. Solanum ſcandens ſeu Dulcamara *C. B. Pin.* 167. Amara dulcis *Ger.* 279. Glycypicros, ſeu Amara dulcis *J. B. II.* 109. *Woody Nightſhade*, or *Bitter-ſweet.* Aquoſa & rigua amat, atque hinc circa ſcrobes & foſſas reperitur. Junio & Julio floret. Vires vide *Hiſt. noſt. p.* 672.

Solanum lignoſum ſeu Dulcamara marina. *Sea Bitter-ſweet,* or *Woody Nightſhade.* On the Southern Coaſts in many Places. (On the Sea-ſide, near *Uyſni* River in *Carnarvonſhire*; Mr. *Lhwyd.*) Hanc plantam toto habitu ſuo & omnino ſpecie a priore diverſam eſſe nobis confirmavit peritiſſimus Botanicus, & Socius dum viveret Coll. Magdal. Oxonii, *D. Brown,* S. T. D.

Contra hydropem valere dicitur, & morbo regio conferre. Herbæ & foliorum ſuccus ſatis violenter purgant, experimento

to *Parkinſoni*; & *Prævotius* ligni decocto inter bilem benigne evacuantia principem locum tribuit.

Solanum caule inermi herbaceo, foliis pinnatis integerrimis. Solanum tuberoſum eſculentum *C. B. Pin.* 167. *Pr.* 89. Papas Americanum *J. B. III.* 621. Battata flore rubro albo & cinericeo *Merr. Pin. Potatoes.* Pro uſu culinari paſſim circa *Londinum* copioſe, ſed longe copioſius in Wallia & Irlandia colitur.

Solanum caule inermi herbaceo, foliis ovatis angulatis. Solanum vulgare *Park.* 346. hortenſe *Ger.* 268. hortenſe ſeu vulgare *J. B. III.* 608. bacciferum I. ſeu Officinarum *C. B. Pin.* 166. *Common Nightſhade.* In fimetis & ruderibus. Auguſto & Septembri menſibus floret, & ſemen perficit, deinde primis ſtatim pruinis corrumpitur. A primo multis modis differt, quod non lignoſum ſit, non volubile, at neque perenne.

Refrigerat valide; unde in Eryſipelate, in dolore capitis, parotidibus, mammarum tumoribus adhibetur. Uſum ejus in Eryſipelate vehementer improbat Dodonæus, quod repellat.

RHAMNUS.

CAL. *nullus: niſi corollam pro calyce ſumas.* COR. Petalum *imperforatum, externe rude, interne coloratum, infundibuliforme.* Tubus *turbinato-cylindraceus.* Limbus *patens, diviſus, acutus.* Squamula *minima, ad baſin ſingulæ diviſuræ introrſum connivens.* STAM. Filamenta *tot, quot laciniæ corollæ, ſubulata, petalo ſub ſquamula inſerta.* Antheræ *parvæ.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigma *obtuſum, diviſum in pauciores lacinias quam corolla.* PER. Bacca *ſubrotunda, nuda, diviſa in pauciores, quam corolla, partes internas.* SEM. *ſolitaria, ſubrotunda, hinc gibba, inde compreſſa.*

Rhamnus ſpicis terminalibus, floribus quadrifidis dioicis. Rhamnus catharticus *J. B. I.* 55. ſolutivus *Ger. Em.* 1337. ſolutivus, ſive Spina infectoria vulgaris *Park.* 243. *Buckthorn,* or *common purging Thorn.* In ſepibus & ſylvis.

Folia hujus fruticis ad Pruni accedunt; baccæ per maturitatem nigræ, ſucco virente infectorio plenæ.

Baccæ purgant bilem, pituitam & maxime ſeroſos humores, unde uſus earum præcipuus in cachexia, hydrope, ar-

arthritide. Syrupus de Spina cervina ſpecificum eſt ad hydropem. E baccis elicitur color quem *Sapgreen* vocant. Vide *Hiſt. noſt.*

Rhamnus inermis, floribus monogynis hermaphroditis, foliis integerrimis. Frangula ſeu Alnus nigra baccifera *Park.* 240. Alnus nigra baccifera *J. B. I.* 560. *C. B. Pin.* 428. ſive Frangula *Ger.* 1286. *The black Berry-bearing Alder.* In ſylvoſis udis, non tamen admodum frequens. In *Thorny-holme* in *Whinfield Foreſt*, *Weſtmoreland. D. T. Robinſon* ſays it grows plentifully about *Hampſtead.* (In the Hedges between *Dunſtable* and St. *Albans*, near *Kirbby-bridge*, towards *Burrow*; and in the Woods about *Hampſtead*; Mr. *Newton.*)

Foliis ſubrotundis Alni, minoribus, baccis nigris, vi cathartica ab aliis fruticibus dignoſcitur.

Cortex interior, potiſſimum radicis, purgat humores omnes noxios, maxime ſerum, unde hydropicis prodeſt; verum ob purgandi violentiam male audit. In umbra ſiccari debet, ſiquidem viridis vomitiones movet. Vid. *Hiſt. noſt. p.* 1604.

Flores polypetali.

EUONYMUS.

CAL. Perianthium *monophyllum, quinquepartitum, planum:* laciniis *ſubrotundis, concavis.* COR. Petala *quinque, ovata, plana, patentia, calyce longiora.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, erecta, corolla breviora, germini tanquam receptaculo impoſita.* Antheræ *didymæ.* PIST. Germen *acuminatum.* Stylus *brevis, ſimplex.* Stigma *obtuſum.* PER. Capſula *ſucculenta, colorata pentagona, quinquangularis, quinquelocularis, quinquevalvis.* SEM. *ſolitaria, ovata, obvoluta* Arillo *baccato.* OBS. Fructificatio, in quibuſdam individuis vel ſpeciebus aufert quintam numeri partem. Quibuſdam Filamenta, præter acumina receptaculi, nulla.

Euonymus floribus pleriſque quadrifidis. Euonymus vulgaris *Park.* 241. vulgaris, granis rubentibus *C. B. Pin.* 428. Euonymus Theophraſti *Ger.* 1284. Euonymus multis, aliis Tetragonia *J. B. I.* 201. *Spindle-tree*, or *Prickwood.* In ſepibus. Ramulis ob quatuor linearum ruſarum extantium decurſum quadrangulis, fructu tetracocco quadrangulo rubente innoteſcit.

Hujus

Hujus tres quatuorve baccæ tam per vomitum, quam per ſeceſſum purgant. Pulvis exſiccatarum in uſu eſt ad pediculos interimendos, & furfures capitis abſtergendos, in pueris.

RIBES.

CAL. Perianthium *monophyllum, ſemiquinquefidum, ventricoſum:* laciniis *oblongis, obtuſis, concavis, coloratis, reflexis, perſiſtentibus.* COR. Petala *quinque, parva, obtuſa, erecta, calycis margini innata.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, erecta, calyci inſerta.* Antheræ *incumbentes, compreſſæ, margine dehiſcentes.* PIST. Germen *ſubrotundum, infra receptaculum floris.* Stylus *bifidus.* Stigmata *obtuſa.* PER. Bacca *globoſa, umbilicata, unilocularis:* receptaculis *duobus, lateralibus, oppoſitis, longitudinalibus.* SEM. *plurima, ſubrotunda, ſubcompreſſa.*

Ribes inerme, racemis glabris pendulis, floribus planiuſculis. Ribes vulgaris fructu rubro *Ger.* 1593. vulgaris acidus ruber *J. B. II.* 97. fructu rubro *Park.* 1561. Groſſularia ſylveſtris rubra *C. B. Pin.* 455. *Red Currants.* In ſylvis in ſeptentrionali comitatus Eboracenſis parte, inque Dunelmenſi Epiſcopatu & Weſtmorlandia; *D. Johnſon.*

Ribes vulgaris fructu dulci *Cluſ. H.* 120. Groſſularia vulgaris fructu dulci *C. B. Pin.* 455. *Sweet Currants.* In the Lord *Ferrer*'s Garden at *Stanton*, in *Leiceſterſhire*, brought out of the neighbouring Woods; *D. Bobart.* (Near *Settle*, in *Yorkſhire*; Dr. *Richardſon.*) Pro præcedentis varietate habeo. Nam experimento *Petri de Creſcentiis Agricult. Lib.* 2. *Cap.* 2. Ex Amygdalis amaris ſatis aliquando oriuntur dulces, & ex dulcibus amaræ: qui & idem de Malogranatis obſervavit: nimirum ex acidis ſatis dulcia ex dulcibus acida provenire.

Folia huic angulosa, laciniata & quodammodo vitiginea, fructus in racemulis; virgæ & ſurculi non ſpinoſi.

Ribes inerme, racemis erectis: bracteis flore longioribus. Ribes Alpinus dulcis *J. B. II.* 98. An Groſſularia vulgaris fructu dulci *C. B. Pin.* 455. *Sweet Mountain-Currants.* In agro Eboracenſi invenit *D. Dodſworth.* (In ſepibus juxta *Bradford* abundat; *D. Richardſon.*)

Folia pluſquam dimidio minora quam præcedentis & Uvæ criſpæ æqualia: Uvæ breviores, acini minus rubri, ſubdulces & fere inſipidi.

Ribes fructu parvo *Merr. Pin.* At *Wimbleton*, in *Surrey*; and many Places in *Lancaſhire.* Found ſince plentifully in *Wimbleton* Park, by Mr. *J. Sherard.*

Ribes inerme, racemis piloſis, floribus oblongis. Ribes nigrum vulgo dictum folio olente *J. B. II.* 98. fructu nigro *Park.* 1562. *Ger. Em.* 1593. Groſſularia non ſpinoſa fructu nigro *C. B. Pin.* 455. *Black Currants, Squinancy Berries.* Ad fluviorum ripas. We obſerved it at *Abington*, in *Cambridgeſhire*; at *Blunham* in *Bedfordſhire*; in *Warwickſhire* alſo, and *Cumberland*; and here in our Neighbourhood, by the *Hoppet*-Bridge, near *Braintree*; ſemper juxta aquas, ut non immerito *Geſnero* in Catalogo *Ribes ſylv. aquaticum Sabinæ fere odore* denominetur.

Fructus colore nigro, folio olente, locoque natali a reliquis ſpeciebus abunde diſtinguitur.

Vulgaris acini, ſerapia, eclegmata, gelatina & Rob ſitim ſedant, vomitiones ſiſtunt, ventriculum roborant cibi appetentiam invitant, febriles ardores reſtinguunt, bilem æſtuantem reprimunt, dyſentericis ex calida cauſa utiles.

HEDERA.

CAL. Involucrum *umbellæ ſimplicis, minimum, multidentatum.* Perianthium *minimum, quinquedentatum, germini inſidens.* COR. Petala *quinque, oblonga, patentia, apicibus incurvis.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, erecta, longitudine corollæ.* Antheræ *baſi bifidæ, incumbentes.* PIST. Germen *turbinatum, receptaculo cinctum.* Stylus *ſimplex, breviſſimus.* Stigma *ſimplex.* PER. Bacca *globoſa, unilocularis.* SEM. *quinque, magna, gibba, inde angulata.*

Hedera foliis ovatis lobatiſque. Hedera frutex eſt paraſiticus, cirris ſuis arboribus aut parietibus adhærens & ſcandens, fructu in corymbos coacto.

Hedera communis major & minor *J. B. II.* 111. arborea *C. B.* item major ſterilis *Ejuſd. Pin.* 305. nec diverſam putamus *Ejuſd.* minorem repentem. Hed. arborea ſive ſcandens & corymboſa communis *Park.* 678. item Hedera helix *Ejuſdem* & *Ger.* 708. *Climbing or Berried Ivy, alſo barren or creeping Ivy.* Has enim non ſeparamus: cum Hederæ accidat pro loco in quo oritur, & pro ætate, ut vel repat vel ſcandat, vel ſterilis ſit, vel fertilis.

fertilis. Cum fructum fert erigitur, obſervante Cæſalpino.

Theophraſtus plures Hederæ ſpecies ſeu varietates recenſet; apud nos unica duntaxat ſpecies habetur, quæ interdum ſterilis eſt & provoluta, interdum fertilis & corymboſa, arbores aut muros conſcendens; alias folio anguloſo, eoque vel venis albis inſigni, vel unicolore viridi, alias folio æquali, & in angulos non procurrente; ut in ramis frugiferis, qui, ut diximus, erecti ſunt, & folia obtinent æqualia.

Falſum eſſe illud vulgo jactatum experimentum, quod vas ex Hederæ ligno factum aquam, cui vinum admiſcetur, tranſmittat retento vino. Falſum eſſe comperit *Olaus Wormius*; nam cum aliquandiu ſtetiſſent una tranſudabant ut erant mixta vinum & aqua.

Quod prima Hederæ folia anguloſa ſunt & varia, poſteriora & ſumma rotunda, non Hederæ proprium eſt, ſed multis aliis arboribus & herbis commune, ut Agrifolio, Smyrnio Cretico, Paſtinacæ aquaticæ, &c.

Lignum de radice diſſectum utile eſt ſutoribus ad cultellos lævigandos cum ad cotem acuendo aſperiores facti ſunt. Foliorum uſus præcipue externus eſt, iſque in ichoribus exſiccandis & ſanandis, in fonticulis ab inflammatione tutandis, in ozænis curandis, in aurium purulentarum dolore ſedando [miſcetur ſuccus cum oleo ex gr. Liliaceo] *Schrod.* Pulvis baccarum plenam maturitatem adeptarum larga doſi exhibitus arcanum eſt contra peſtem. Remedium eſt Alexis Pedemontani *D. Boyle* in *De Utilit. Philoſ. Nat. ad Medicinam.* Vide *Hiſt. noſt.* Schroderus baccas per inferiora & ſuperiora purgare ſcribit.

ILLECEBRUM.

CAL. Perianthium *pentaphyllum, quinquangulare: foliolis coloratis acuminatis, apicibus diſtantibus, perſiſtentibus.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria, intra calycem.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *ovato-acutum, in* Stylum *brevem deſinens.* Stigma *ſimplex, obtuſum.* PER. Capſula *ſubrotunda, utrinque acuminata, quinquevalvis, unilocularis, calyce tecta.* SEM. *unicum, ſubrotundum, utrinque acutum, maximum.*

Illecebrum floribus verticillatis nudis, caulibus procumbentibus. Corrigiola *C. Giſſ. App. Suppl.* 169. Polygonum

num Serpylli folium verticillatum *Syn. II.* 160. parvum flore albo verticillato *J. B. III.* 378. An Polygala repens nuperorum *Lob. Ic.* 416. Polygala repens *Park.* 1333. repens nivea *C. B. Pin.* 215. *Verticillate Knot-graſs, with Thyme-like Leaves.* In paluſtribus udis & humidioribus paſcuis circa *Penſans* oppidum & alibi verſus extremum Cornubiæ angulum.

Hanc plantam Polygalam repentem nuperorum *Lobelii* eſſe conjectabar, quod & Deſcriptio Polygalæ illius apud Lobelium in *Adv.* & locus ei convenire videbantur, necdum ſententiam muto, quamvis iconem omni ex parte non reſpondere agnoſcam. *D. Plukenet* pro Polygono minore ſupino candicante *Bot. Monſp.* Polygalam repentem nuperorum *Lobelii* habet, *Phytograph.* Tab. 52. Fig 7. Verum Polygonum illud minus cand. &c. eadem eſt cum Paronychia Hiſpanica *Cluſ.* quæ calidiorum regionum incola eſt, neque circa Antverpiam aut Gandavum reperitur.

Forte ergo vel error Typographicus eſt, vel *ἁμάρτημα μνημονικὸν*, & pro polygono minore candicante ſupino legendum Polyg. minus candicans capitulis ſurrectis *Bot. Monſ.* Verum has duas eandem plantam eſſe affirmat Lobelius, nec fidenter diſtinguit *P. Magnol.* Sive autem eædem ſint, ſive diſtinctæ, Lobelius eumque ſecuti omnes Botanici Polygalam repentem nuperorum ab utraque diſtinctam faciunt.

Flores incompleti.

GLAUX.

CAL. *nullus: niſi corollam dicas calycem.* COR. Petalum *unicum, quinquepartitum, campanulatum, erectum, perſiſtens;* laciniis *obtuſis, revolutis.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, erecta, longitudine corollæ.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *ovatum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigma *capitatum.* PER. Capſula *globoſa, acuminata, unilocularis, quinquevalvis.* SEM. *quinque, rotundiuſcula.* Receptaculum *maximum, globoſum, ſeminibus excavatum.*

Glaux. Glaux maritima *C. B. Pin.* 215. maritima minor *Park.* 1283. exigua maritima *Ger.* 448. *J. B. III.* 373.

373. *Sea Milk-wort*, or *black Salt-wort*. In ſalſis paluſtribus mari conterminis ubique.

Notas vid. *Meth. Em. p.* 84.

THESIUM.

CAL. Perianthium *monophyllum, turbinatum, perſiſtens, ſemiquinquefidum:* laciniis *ſemilanceolatis, erectis, obtuſis.* COR. *nulla: niſi calycem interne coloratum dicas.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, baſi laciniarum calycis inſerta, calyce breviora.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *infra receptaculum, calycis baſi innatum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigma *craſſiuſculum, obtuſum.* PER. *nullum.* Calyx *in fundo, continet ſemen, nec dehiſcit.* SEM. *unicum, ſubrotundum, tectum.*

Theſium panicula foliata, foliis linearibus. Theſium Linophyllum. Linaria adulterina *Ger. Em.*555. montana floſculis albicantibus *C. B. Pin.* 213. Linariæ ſimilis *J. B. III.* 461. Pſeudolinaria montana alba *Park.* 459. Anonymos Lini folio *Cluſ. H.* 324. *Baſtard Toad-flax.* In montoſis cretaceis, as upon *Gogmagog* Hills, and *Newmarket* Heath. Notæ hujus ſunt folia Linariæ pallida, flores in ſummis ramulis pentapetali, ſummo fructui inſidentes.

(Quos *Rajus* flores dicit, calycis potius Segmenta cenſenda ſunt.)

Corollæ Lobi oblique deorſum flexi.

VINCA.

CAL. Perianthium *quinquepartitum, erectum, acutum, perſiſtens.* COR. Petalum *hypocrateriforme.* Tubus *calyce longior, inferne cylindraceus, ſuperne latior, lineis quinque inſculptus: ore pentagono.* Limbus *horizontalis quinquepartitus: laciniis apici tubi adnatis, extrorſum latioribus, oblique truncatis.* STAM. Filamenta *quinque, breviſſima, inflexa, retroflexa.* Antheræ *membranaceæ, obtuſæ, erectæ, incurvæ, margine utrinque fariniferæ.* PIST. Germina *duo, ſubrotunda, quibus ad latera* corpuſcula *duo, ſubrotunda adjacent.* Stylus *utriſque unus communis, cylindraceus, longitudine ſtaminum.* Stigmata *duo,* inferius *orbiculatum, planum*; ſuperius *capitatum, concavum.* PER. Folliculi *duo, teretes, longi, acuminati, erecti, univalves,* *lon-*

longitudinaliter dehiſcentes. SEM. *numeroſa, oblonga, cylindracea, ſulcata.*

Vinca caulibus procumbentibus, foliis lanceolato-ovatis. Vinca Pervinca minor *Ger. Em.* 894. vulgaris *Park.* 380. Clematis daphnoides minor *J. B. II.* 130. *C. B. Pin.* 301. *Periwinckle.* Ad ſepes & in aggeribus foſſarum ſed rarius. Near *Jack Straw*'s Caſtle.

Clematis daphnoides major *C. B. Pin.* 302. daphnoides major flore cœruleo & albo *J. B. II.* 132. daphnoid. latifolia, ſive Vinca Pervinca major *Park.* 380. daphn. ſive Pervinca major *Ger. Em.* 894. *The greater Periwinckle.* In the Highways between *Wolverton* and *Yarnton*, and in ſeveral Hedges thereabout; *Dr. Plot.* Found alſo near *Colcheſter* by *Dr. Richardſon.* (In the Way from *Knowlton* to *Deal*, and in a Lane before you come to *Foots-Gray*, from *Roehill*; Mr. *J. Sherard.*) In a Lane going from *Batterſea* Meadow to *Wandſworth*; *Dr. Watſon.*

Vulneraria inſignis eſt. Uſus præcipuus in fluxionibus alvi, dyſenteria, hæmorrhoidibus, expuitione ſanguinis, hæmorrhagia narium, vulneribus ſeroſo liquore manantibus. Extrinſecus in profluvio menſium, narium; in laxitate ac dolore dentium: Lac extinctum revocat; *Schrod.*

DIGYNIA.

Monoſpermæ.

HERNIARIA.

CAL. Perianthium *monophyllum, quinquepartitum, acutum, patens, interne coloratum, perſiſtens.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, minuta, intra calycis lacinias.* Antheræ *ſimplices.* Filamenta *alia quinque, calyci alterna, ſterilia.* PIST. Germen *ovatum.* Stylus *vix ullus.* Stigmata *duo, acuminata, longitudine ſtyli.* PER. Capſula *parva, in fundo calycis, tecta, vix dehiſcens.* SEM. *ſolitarium, ovato-acuminatum, nitidum.* OBS. *H. fructicoſa* deponit quintam partem numeri in calyce & ſtaminibus.

Herniaria glabra. Herniaria *Ger.* 454. glabra *J. B. III.* 378. Millegrana major ſeu Herniaria vulgaris *Park.* 446.

446. Polygonum minus ſeu Millegrana major *C. B. Pin.* 281. *Rupture-wort.* In promontorio Cornubienſi, *The Lizard-point* dicto Herniariam glabram copioſam inveni. Folia huic adverſa, Serpylli minora; cauliculi humi ſparſi, floſculis herbaceis & ſeminibus numeroſiſſimis onuſti.

Herniaria hirſuta. Herniaria hirſuta *J. B. III.* 379. *Pet. H. Br.* 10. 10. In H. S. Buddlejano tanquam planta Angliæ indigena habetur, ſed locus non additur. *Petiver* in arenoſis naſci ait, ubi vero, tacet.

Herniaria, quæ Polygonum lenticulatum. Herniaria lenticulata. Polygonum maritimum longius radicatum noſtras, Serpylli folio circinato craſſo nitente, forte Polygonum minus lentifolium *C. B.* 282. & *Prod.* 131. Polygonum minus Monſpelienſe *Park.* 446. *D. Plukenet. Ph. T.* 53. *f.* 3. *Alm.* 302. Polygonum folio circinato *Pet. H. B.* 10. 6.

Hæc eſt planta quam in priore editione hujus Synopſeos pro Polygono altero, puſillo vermiculato Serpylli folio *Lob.* habui: verum tum ego ſiccatam tantum, & quidem ſemel apud *D. Newton* viderim; Dominus autem *Plukenet* virentem collegerit in littore Sabriniano, non procul a *Weſton* ſupra mare, & oportet ut illius potius ſententiæ accedam, qui ab illa diverſam judicat.

CHENOPODIUM.

CAL. Perianthium *pentaphyllum, concavum, perſiſtens:* laciniis *ovatis, concavis, margine membranaceis.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, calycis foliis oppoſita, eorumque longitudine.* Antheræ *ſubrotundæ, didymæ.* PIST. Germen *orbiculatum.* Stylus *bipartitus, brevis.* Stigmata *obtuſa.* PER. *nullum.* Calyx *clauſus, pentagonus, quinque-angularis, angulis, compreſſis, deciduus.* SEM. *unicum, orbiculare, depreſſum.* OBS. In quibuſdam ſpeciebus *Stylus trifidus* obſervatur.

Foliis Anguloſis.

Chenopodium foliis triangulari-ſagittatis integerrimis. Chenopodium Bonus Henricus. Blitum perenne *Bonus Henricus* dictum. Bonus Henricus *J. B. II.* 965. *Ger. Em.* 329. Lapathum unctuoſum *Park.* 1225. ſylveſtre latifolium

latifolium I. ſeu unctuoſum folio triangulo *C. B. Pin.* 115. *Common Engliſh Mercury*, or *All-good.* In areis & compitis, inque locis ruderatis ad ſemitas, atque etiam in oleraceis. Aprili & Maio menſibus floret.

A reliquis dignoſcitur quod perennis ſit, foliaque Ari aut Spinachiæ ſimilia obtineat.

Mercurialis Anglica noſtratibus dicta eſt hæc herba, ejuſque turiones, germina novella & florum thyrſos, in aqua aut carnium jure decocta, & cum butyro ac ſale condita eſitant, Spinachiæ, Lupulorum & Aſparagi modo; quibus ſaporis ſuavitate non multum cedunt, facultate deterſoria præferuntur. Ulcera ſordida purgat & glutinat herba; podagricos dolores cataplaſmatis modo impoſita mitigat.

Blitum fruticoſum maritimum, Vermicularis frutex dictum. Sedum minus fruticoſum *C. B. Pin.* 284. Vermicularis frutex minor *Ger. Em.* 523. fruticoſa altera *Park.* 731. An Kali ſpecies, ſeu Vermicularis marina arboreſcens *J. B. III.* 2. 704. *Shrub Stone-crop, or rather Glaſs-wort.*

In ſinus Briſtolienſis Anglici Oceani inſulis vocatis *Holms* ſe copioſum avulſiſſe dicit Lobelius in *Adv.* Nos in iſthmo illa inſulam Portlandiam & littus Dorceſtriæ interjacente abunde provenientem multis abhinc annis obſervavimus. Idem antea oſtendit nobis Cl. Vir D. *Tho. Brown*, Norvicenſis medicus in littore Norfolciæ collectum. Vermicularis frutex major *Ger. Em.* 524. arboreſcens *Park.* 731. Sedum minus fruticoſum alterum *C. B. Pin.* 284. Kali ſpecies, ſeu Vermiculati fruticis varietas major *J. B. III.* 2. 704. *Tree Stone-crop, or Glaſs-wort.* Aſſerit Lobelius in *Adv.* hanc in maritimis littoribus & inſulis Angliæ fruticare. Nobis nondum inventa.

Chenopodium foliis cordato-triangularibus obtuſiuſculis dentatis, racemis erectis compoſitis ſubnudis caule brevioribus. Chenopodium rubrum. Blitum *Pes anſerinus* dictum. Atriplex ſylveſtris latifolia *C. B. Pin.* 119. ſilv. latifolia ſive Pes Anſerinus *Ger. Em.* 328. *Park.* 749. Atriplex dicta Pes Anſerinus *J. B. II.* 975. *Gooſe-foot, or Sow-bane.* In fimetis. (Fructum habet ramoſiſſimum; *D. Doody.*)

Blitum Atriplex ſylveſtris dictum. Atrip. ſylv. *J. B. II.* 972. vulgaris *Ger. Em.* 326. ſylv. vulgatior ſinuata major *Park.* 748. folio ſinuato candicante *C. B. Pin.* 119. *Common wild Orache.* In fimetis & ruderibus lociſque ſimilibus. Vaſculum ſeminale cum clauditur ſtellam quinque radiorum repræſentat, unicum autem ſemen continet, parvum nigrum, ſplendens, compreſſum. (Hujus duæ dantur ſpecies, una

fructu

fructu racemoſo, altera breviſſimo vel ſine pediculis congeſto, quaſi ſpicam conſtituente *D. Doody*. Illa vocatur a *D. Buddle H. S. Vol. IV. fol.* 36. Atriplex ſylveſtris major ramoſiſſima, folio multum ſinuato, ſemine multo, ſpicato, nunc majore nunc minore.

Chenopodium foliis cordatis angulato-acuminatis, racemis ramoſis nudis. Chenopodium hybridum. Blitum *Pes anſerinus* dictum acutiore folio. Atriplex ſylveſtris latifolia altera *Ger. Em.* 328. ſylv. latifolia acutiore folio *C. B. Pin.* 119. dicta Pes anſerinus alter ſive ramoſior *J. B. II.* 976. *The other Gooſe-foot.* Cum priore. (Glomeralis fructus ad caulem; Mr. *Doody*.)

Blito *Pes anſerinus* dicto ſimilis. Atriplex vulg. ſinuata ſpicata *D. Plot. Hiſt. Oxon. C.* 6. §. 11. *p.* 147. Huic ſpeciei ſemina in globulos congeſta caulibus arcte adhærent, quo a præcedente differt. Datur alia ſpecies ſpicis foliaceis *D. Doody*. Semina minutiſſima. Variat colore rubro, quæ Atriplex ſylveſtris tota rubra *Merr. Pin.*

Chenopodium Stramonii folio. Chenopodio affinis, folio lato, laciniato, in longiſſimum mucronem procurrente, florum ramulis ſparſis *R. Hiſt. III.* 123. Blitum Aceris folio *Pet. H. Br.* 8. 7. Blit. ſeu Atriplex Pes Anſerinus dicta, Stramonii acutiore folio, racemoſum *Pluk. Mantiſſ.* 32. Atriplex odore & folio Stramonii, minori tamen *Læl. Triumf. apud fratrem.* On the Banks of ſome watry Pits beyond *Ely*; Mr. *J. Sherard.* Circa *Colceſtriam* inventa eſt etiam a *D. Dale.* In many Places about *London*; *Dr. Watſon.*

Blitum, Moriſono Atriplex procumbens folio ſinuato lucido craſſo dictum *Hiſt. & Hort. Blæſ.* Blitum folio lucido craſſo *Pet. H. Br.* 8. 5. *Procumbent Blite, with a thick ſhining waved Leaf.* Obſerved by Mr. *Dale* in *Bocking-ſtreet* in *Eſſex*, and in *Jeſus-college lane* in *Cambridge*, and other Places, plentifully. Frequent about *London.*

Chenopodium anguſtifolium laciniatum minus *Inſt. R. H.* 506. Atriplex anguſtifolia laciniata minor *J. B. II.* 972. (ex ſententia *Tournef.*) Blitum Quercus folio *Pet. H. Br.* 8. 1. procumbens folio botryoide ſubtus incano D. Rand *Buddl. H. S. Vol. IV. fol.* 43. Paſſim circa Londinum. Figura J. B. non valde bene exprimit plantam hanc, melius quadrat figura Atriplicis ſylveſtris 2. *Tab. lc.* 427. Quæ vero circa Pariſios naſcitur planta, eadem eſt cum Anglica.

Chenopodium erectum Chryſanthemi ſegetum folio. This Plant I have found by *Tilbury-fort*, in *Eſſex*. afterwards at *Reculver* in *Kent*, and between *Feverſham* and *Nayden*; Mr. *Dale*. At *Delkey*, near *Chicheſter*; *Dr. Dillenius.*

Blitum

Blitum Ficus folio *Pet. H. Br.* 8. 3. Atriplex ſylveſtris ſecunda *Matth. P. I. p.* 419. Vulgr. ſylveſtris folio oblongo anguſto, magno utrinque ſinu donato, fructu multo racemoſo *Buddl. H. S. Vol. IV. fol.* 38. Folio profunde ſinuato, fructu magis racemoſo a præcedente differt. In fimetis.

Blitum folio ſubrotundo *Pet H. Br.* 8. 4. Atriplex ſylveſtris folio breviore lato in rotunditatem tendente, per marginem leviter ſinuato, fructu racemoſo *Buddl. H. S. Vol. IV. fol.* 39. qui a *D. Rand* accepit.

Chenopodium erectum foliis triangularibus dentatis, ſpicis e foliorum alis plurimis longis erectis, tenuibus. Blitum latiore folio *Pet. H. B.* 8. 8. (fig. vit.) Nomine ipſo ab aliis abunde diſtinguitur. Folia Atriplici ſylveſtri folio haſtato ſeu deltoide ſimilia ſunt. In fimetis & ad margines foſſarum ſecundum vias publicas paſſim Auguſto & Septembri floret.

Chenopodium foliis integris racemoſum *D. Dale* folio oblongo integro *C. Giſſ.* 62. Atriplex ſylveſtris 3. *Cam. Ep.* 243. ſylveſtris foliis integris racemoſa *J. B. II.* 973. *Chabr.* 305. ſylveſtris folio integro anguſtiore & acutiore, fructu magno racemoſo *Buddl. H. S. Vol. IV. fol.* 37. Found by Mr. *Dale*, and *D. Dillenius*, in the Ditches on the Road beyond *Kent ſtreet*, and ſeveral other Places.

Variat fructu rariore & foliis ſubinde dentatis, quæ varietates ſub Atriplice folio palulum ſinuato, fructu magno rariore ſpicato & Atriplicis ſylveſtris majoris, folio multum ſinuato, fructu magno racemoſo notantur in *H. S. Budlejano, fol.* 37. 38.

Chenopodium craſſo & abtuſo Oleæ folio. Erecta eſt hæc ſpecies, dodrantalis & pedalis, foliis donata craſſis virentibus, breviori, quam præcedens pediculo inſidentibus, extremitatibus non ut in illa acuminatis, ſed obtuſis. Fructus racemoſus eſt. Inter *Stepney & Hackney* loco ruderato obſervavit *D. Dillenius*: Auguſto & Septembri menſibus floret.

Foliis Integris.

Chenopodium foliis integerrimis rhombeo-ovatis, floribus conglomeratis. Chenopodium Vulvaria. Blitum fœtidum *Vulvaria* dictum. Atrip. olida *Ger.* 258. olida ſive ſylveſtris fœtida *Park.* 749. fœtida *J. B. II.* 974. ſylv. 8. ſive fœtida *C. B. P.* 119. *Stinking Orache.* In locis ruderatis ſed rarius.

Chenopodium foliis integerrimis ovatis, caule decumbente, cymis dichotomis. Chenopodium Betæ folio *Inſt. R. H.* 506.

506. 18. Blitum erectius ſeu 3. Tragi *J. B. II.* 967. minus *Dod.* 617. polyſpermon *C. B. Pin.* 118. *Park.* 753. *Upright Blite, or All-ſeed.* In fimetis, lupuletis, hortis & arvis pinguioribus. *Vid. Cat. Ang.*

Sapor huic fatuus; refrigerat & emollit: Folia Majoranæ ſylv. aut Prunellæ aut Ocymi æmula: Semina in ſingulis floſculis ſingula, rubentia, non occultantur, ſed viſui patent. Florum muſcoſorum coma Botryi non diſſimilis eſt.

Blitum rubrum minus *C. B. Pin.* 118. *Cam. Ep.* 235. Amaranthus ſylveſtris & vulgaris *H. Pl. Par.* 385. Hæc planta in *Cat. Cant.* recenſita, neſcio qua de cauſa in *Synop.* omiſſa eſt. Sponte paſſim in hortis & fimetis provenit.

Blito calyx triphollos, ſtamina tria & vaſculum tenue membranaceum horizontaliter per maturitatem ſe aperiens, quibus notis ab Atriplice & Chenopodio non minus quam Amarantho differt.

Chenopodium foliis ſubulatis ſemicylindricis. Chenopodium foliis ſubulatis; ſuperne planis, ſubtus convexis. Chenopodium maritimum. Blitum Kali minus album dictum. Kali minus *Ger. Em.* 535. minus album *Park.* 279. minus album ſemine ſplendente *C. B. Pin.* 289. minus, ſive Sedum minus arboreſcens vermiculatum *J. B. III. P.* 2. 703. *deſcr. Sea-blite, called white Glaſs-wort.* In ſalſis paluſtribus, & ad maris littus frequentiſſimum. Eſtur cocta & eſt ſapidiſſima. *Doody Syn. II. App.*

BETA.

CAL. Perianthium *pentaphyllum, concavum, perſiſtens:* laciniis *ovato-oblongis, obtuſis.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, calycis foliis oppoſita, eorumque longitudine.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *quodammodo infra receptaculum.* Styli *duo, breviſſimi, erecti.* Stigmata *acuta.* PER Capſula *intra fundum calycis, unilocularis, decidua.* SEM. *unicum, reniforme, compreſſum, calyce involutum.*

Beta. Beta ſylveſtris maritima *C. B. Pin.* 118. *Park.* 750. item communis ſeu viridis *C. B. Sea-Beet* In paluſtribus ſalſis & ad maris littora frequens eſt. (Plentifully about *Nottingham*; Mr. *J. Sherard.*) Radice perenni a reliquis Betæ ſpeciebus differt.

Beta eſtur ut olus, eaque nihil in culina uſitatius. Martialis fatuitatem ei exprobat:

Ut

Ut ſapiant fatuæ fabrorum prandia Betæ,
O quam ſæpe petet vina piperque coquus!

Laxat alvum ob nitroſitatem. Errhinum eſt, præcipue radix, nam ſuccus ejus aut herbæ naribus exceptus ſternutamenta proritat, & humores pituitoſos e cerebro elicit, adeoque cephalalgiam etiam inveteratam compeſcit & ſanat. Nonnulla tamen medicamentum hoc improbant & damnant. Plantulæ recentes cum radicibus leviter bullitæ, & ex aceto poſtea devoratæ cibi appetentiam afferunt, ſitim compeſcunt, choleram reprimunt. Veteres tamen fatuitatem iis exprobrant.

SALSOLA.

CAL. Perianthium *pentaphyllum: laciniis ovatis, peltato-obtuſis, perſiſtentibus.* COR. *nulla: niſi* calycem *dicas corollam.* STAM. Filamenta *quinque, breviſſima, laciniis calycis inſerta.* PIST. Germen *globoſum.* Stylus *bipartitus, brevis.* Stigmata *recurva.* PER. Capſula *globoſa, calyce obvoluta, unilocularis.* SEM. *unicum, maximum, cochleæ inſtar ſpirale.*

Salſola herbacea, foliis ſubulatis mucronatis, calycibus ovatis axillaribus. Salſola Kali. Kali ſpinoſum cochleatum *C. B. Pin.* 289. Tragus ſeu Tragum Matthioli *Park.* 1034. Tragon Matthioli ſeu potius Tragus improbus Matthioli *Ger.* 959. Tragus ſpinoſus Matthioli ſeu Kali ſpinoſum *J. B. III.* 706. *Prickly Glaſswort.* In arenoſis maris littoribus frequens. By the Sea-Banks at *Maplethorpe*, in *Lincolnſhire*; Dr. *Watſon.* In tranſmarinis invenimus non longe a Vienna Auſtriæ, procul a mari.

Kali ſpinoſum cochleatum vel nomine ſolo ſatis innoteſcit. Semen ſeu potius plantula ſeminalis in cochleæ formam convolvitur.

ULMUS.

CAL. Perianthium *monophyllum, turbinatum, rugoſum.* Limbus *quinquefidus, erectus, interne coloratus, perſiſtens.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, calyce duplo longiora.* Antheræ *quadriſulcæ, erectæ, breves.* PIST. Germen *orbiculatum, erectum.* Styli *duo, ſtaminibus breviores, reflexi.* Stigmata *pubeſcentia.* PER. Drupa *ovalis, magna, exſucca, compreſſa.* SEM. *unicum, ſubrotundum, leviter compreſſum.*

Ulmus

Ulmus foliis duplicato-ſerratis, baſi inæqualibus. Ulmus fructu-membranaceo. Ulmus vulgatiſſima folio lato ſcabro *Ger. Em.* 1480. vulgaris *Park.* 1404. *The common Elm.* In ſepibus.

Suſpicatur *D. Evelinus* Ulmum in Anglia ſponte non provenire, verum aliunde initio advectam; ſupra *Grantham* aut *Stanfordiam* Septentrionem verſus non inveniri ex obſervatione generoſi & ingenioſiſſimi Viri *D. Joan. Aubrey* habeo; quod ſententiam *D. Evelyni* aliquatenus confirmat. Verum aliæ arbores in Septentrionalibus, aliæ in Meridionalibus, aliæ in Occidentalibus tantum inveniuntur.

Ulmus minor folio anguſto ſcabro *Ger. Em.* 1480. minor *Park.* 1404. *The narrow-leaved Elm.* Obſerved by Mr. *Goodyer*, between *Chriſt-church* and *Limmington*, in the new Foreſt, *Hampſhire.* Non alias obſervavit Auctor differentias præter parvitatem omnium partium.

Ulmus folio latiſſimo ſcabro *Ger. Em.* 1481. latiore folio *Park.* 1404. *The Wych-haſel, or broad-leaved Elm.* In ſepibus.

Folia hujus magnitudine ſua & figura Alni folia æmulantur, vel potius Coryli, quibus adeo ſimilia ſunt, ut pro iis incautum fallant; mucrone tamen acutiore differunt.

Ulmus folio glabro *Ger. Em.* 1481. *Park.* 1404. *The ſmooth-leaved, or Wych-Elm.* Cum prioribus. (In the Road beyond *Dartford*; Mr. *J. Sherard.*) Variat fol. anguſto, & magis acuminato.

Altitudine & craſſitie primæ ſpeciei cedit; rami non adeo erecti ſunt, ſed in latum magis diffuſi, ſparſi & deorſum dependentes. Folia utrinque glabra, alias ſimilia.

Radix, folia, cortex adſtringendi & abſtergendi vim habent, unde & vulnera glutinant, & podagricos dolores mulcent. Ad dolorem iſchiadicum cortex in aqua communi decoquatur ad conſiſtentiam fere ſyrupi, decocto admiſceatur tertia pars aquæ vitæ, & pars affecta eo ad ignem foveatur.

Polyſpermæ.

GENTIANA.

CAL. Perianthium *quinquepartitum, acutum:* laciniis *oblongis, perſiſtentibus.* COR. Petalum *unicum, inferne tubulatum, imperforatum, ſuperne quinquefidum, planum, marceſcens,*

figura varia. STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, corolla breviora.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *oblongum, cylindraceum, longitudine ſtaminum.* Styli *nulli.* Stigmata *duo, ovata.* PER. Capſula *oblonga, teres acuminata, apice leviter bifido, unilocularis, bivalvis.* SEM. *numeroſa, parva.* Receptacula *duo, ſingula valvulæ longitudinaliter adnata.*

Gentiana corollis quinquefidis campanulatis oppoſitis, pedunculatis, foliis linearibus. Gentiana paluſtris anguſtifolia *C. B. Pin.* 188. Pneumonanthe *Ger.* 355. Gentianella autumnalis Pneumonanthe dicta *Park.* 406. Gentianæ ſpecies, Calathiana quibuſdam, radice perpetua ſeu paluſtris *J. B. III.* 524. *Marſh Gentian, or Calathian Violet.* In agro Lincolnienſi & Eboracenſi, in ericetis humidioribus paſſim; as in *Tatterſhal-park.* (A Quarter of a Mile beyond *Clapham,* in the Field going the middle Way to *Engleton*; Mr. *Newton.)*

Gentiana corollis quinquefidis infundibuliformibus, caule dichotomo. Centaurium minus *C. B. Pin.* 278. minus vulgare *Park.* 272. minus flore purpureo & albo *J. B. III.* 353. parvum *Ger.* 437. *Small Purple Centory.* In paſcuis ſiccioribus & ſterilioribus frequens. Julio menſe floret. Found with a white Flower nigh *Cartmal* medicinal Well, *Lancaſhire,* by Mr. *Lawſon.* (This is common enough here and there in *Kent,* as alſo in *Shepey* Iſland.)

Notæ ſunt flores ſplendidi purpurei, e tubo oblongo in quinque ſegmenta acuta expanſi, in ſummis caulibus crebri umbellam mentientes, ſemina minutiſſima, amaror inſignis.

Spleneticum eſt & hepaticum, amarum citra mordacitatem, unde & leviter aſtringens, extergens, aperiens, vulnerarium. Utile eſt in ictero, menſibus ſuppreſſis, ſcorbuto, arthritide, lumbricis, & ſpecifice in morſu canis rabidi. Datur ejus decoctum utiliter tertianariis, quod bilem per inferna dejicere dicatur, quo factum eſt ut quidam hanc herbam *Febrifugam* denominaverint; *Schrod.* Hanc herbam per alvum purgare negat Dodonæus contra veterum & recentiorum doctrinam. Caſp. Hoffmannus affirmat, ſi modo debita quantitas detur.

Gentiana corollis quinquefidis hypocrateriformibus fauce barbatis. Gentianella fugax Autumnalis elatior, Centaurii minoris foliis. An Gentianella fugax 4 *Cluſ?*

The

The taller Autumnal Gentian, with Centaury-like Leaves. Found firſt by Dr. *Eales*, near *Welling*, in *Hertfordſhire*; then by Mr. *Dale*, in ſome barren Layes at *Belchamp S. Paul, Eſſex*. Mr. *Doody* received it from Mr. *Stoneſtreet*, as is mentioned in his Notes in the Appendix of the firſt Edition. In the Paſtures about *Eaſt-leke* in *Nottinghamſhire*; Mr. *Pultney*. The plant found by Mr. *Fitz-Roberts*, probably was this, flowering earlier than uſual. The vernal kind does not appear to be a native of *England.*

Gentiana pratenſis flore lanuginoſo *C. B. Pin.* 188. Gentianellæ ſpecies quibuſdam, an Cordo Pneumonanthe aut Gentiana fugax altera Cluſii *J. B. III.* 526. *Dwarf Autumnal Gentian, or Fellwort.* In montoſis cretaceis & paſcuis ſiccioribus. Variat magnitudine.

Eſt hæc Gentianella fugax 2. *Cluſ. Hiſt.* 315. cujus nota characteriſtica eſt, quod ſingulæ floris laciniæ infima interna parte purpurea lanugine pubeſcant.

Gentianella fugax verna ſeu præcox *Syn. II.* 156. 4. forte Gentianella purpurea minima *Col. I.* 223. *fig.* 221. *Vernal dwarf Gentian.* Found by Mr. *Fitz-Roberts*, on the Backſide of *Halſe-fellnab*, near *Kendal*; as alſo in the Parks on the other Side of *Kendal*, on the Back of *Birk-hag*. Aprili menſe floret & ad Junium uſque durat.

Gentianæ notæ genericæ ſunt folia nervoſa, in caulibus ex adverſo bina, flores calathoides, margine in lacinias aliquot totidem folia imitantes plerunque diviſo, ſapor amarus.

Gentianellæ quamvis in uſum medicum non veniant, iiſdem tamen facultatibus cum majoribus Gentianis pollere creduntur.

Gentiana corollis quadrifidis imberbibus, caule dichotomo filiformi. Centaurium paluſtre luteum minimum noſtras *Catal. Plant. Ang.* I found it towards the End of *Cornwal* in rotten marſhy Ground.

Gentiana corollis octofidis, foliis perfoliatis. Gentiana caule dichotomo foliis connatis, corollis octifidis. Centaurium luteum perfoliatum *C. B. Pin.* 278. *J. B. III.* 355. minus luteum & perfoliatum non ramoſum *Park.* 271. parvum luteum Lobelii *Ger.* 437. *Yellow Centory.* In montoſis & ſiccioribus pratis.

Hujus notæ ſunt folia in caule adverſa in unum coaleſcentia ut in Dipſaco, colore glauco. Flores flavi in octo lacinias totidem folia imitantes, diviſi.

GYMNO-DISPERMÆ.

Umbella Simplici.

ERYNGIUM.

CAL. Receptaculum commune *conicum*, paleis *floſculos ſeſſiles diſtinguens.* Involucrum receptaculi *polyphyllum, planum, floſculos ſuperans.* Perianthium proprium *pentaphyllum, erectum, acutum, corollam ſuperans, germini inſidens.* COR. univerſalis *uniformis, ſubrotunda:* Propria *pentapetala:* Petala *quinque, oblonga, apicibus ad baſin inflexis, linea longitudinali conſtricta.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria, recta, floſculos ſuperantia.* Antheræ *oblongæ.* PIST. Germen *hiſpidum, ſub perianthio proprio.* Styli *duo, filiformes, recti, longitudine ſtaminum.* Stigmata *ſimplicia.* PER. Fructus *ovatus, bifariam diviſibilis.* SEM. *oblonga, teretia.* OBS. in *aliis* ſpeciebus Semina e cruſta pericarpii deponuntur, in *aliis* incluſa perſiſtunt.

Eryngium foliis radicalibus ſubrotundis plicatis ſpinoſis, capitulis pedunculatis. Eryngium marinum *Ger.* 999. *Park.* 986. *J. B. III.* 86. *Dod. P.* 730. *Lob. Obſ.* 489. cui & Acanos Plinii. Maritimum & Geſn. Hort. *C. B. Pin.* 386. *Sea-holly, or Eryngo.* In littoribus arenoſis.

Hepaticum nephritic. & alexipharm. eſt. Uſus præcip. in obſtructis menſibus, urina, hepate, veſica biliaria, &c. hinc & in ictero. Radix Saccharo condita Venerem irritat: Adverſus peſtem & aeris contagionem, mane jejuno ventriculo commanducata prodeſt: tabidis & macilentis apprime conducit. Valet inſuper & ad luem Veneream.

Eryngium foliis radicalibus pinnatis tripartitis. Eryngium vulgare *J. B. III.* 85. vulgare Camerarii *C. B. Pin.* 386. mediterraneum *Ger.* 999. mediterraneum ſeu campeſtre *Park.* 986. *Common Eryngo.* On a Rock which you deſcend to the Ferry from *Plymouth* over into *Cornwal.* It was alſo ſent me by Mr. *Thornton*, who obſerved it not far from *Daventry*, in *Northamptonſhire*, beſide the old *Roman* Way, called *Watling-ſtreet*, near a Village

Village called *Brookhall.* Obſerved by Mr. *Lawſon*, on the Shore called *Friar-gooſe*, near *Newcaſtle-upon-tine.*

Foliis magis laciniatis & minus glaucis, locoque natali ab Eryngio maritimo diſtinguitur.

HYDROCOTYLE.

CAL. Umbella *ſimplex.* Involucrum *ſæpius tetraphyllum, parvum.* Perianthium *vix ullum.* COR. univerſalis *uniformis figura, non ſitu:* Propria *pentapetala:* Petalis *ovato-acutis, patentibus.* STAM Filamenta *quinque, ſubulata, corolla breviora.* Antheræ *minimæ.* PIST. Germen *erectum, compreſſum, orbiculatum, infra receptaculum proprium, peltatum.* Styli *duo, ſubulati, breviſſimi.* Stigmata *ſimplicia.* PER. *nullum.* Fructus *orbiculatus, erectus, plano-oppoſite bipartibilis.* SEM. *duo, compreſſa, ſemi-orbiculata.*

Hydrocotyle foliis peltatis, umbellis quinquefloris. Hydrocotyle vulgaris *Inſt. R. H.* 328. Cotyledon aquatica *J. B. III.* 781. *Syn. II.* 280. aquatica acris Septentrionalium *Lob. Ic.* 387. paluſtris *Ger.* 424. *Park.* 1214. Ranunculus aquaticus, Cotylodonis folio *C. B. Pin.* 180. *Marſh Pennywort. White Rot.* In paluſtribus frequentiſſima. Maii fine & Junio floret. Foliis circinnatæ rotunditatis in pediculis eorum centra occupantibus cum Colytedone vera convenit: floſculis exiguis, pentapetalis dilute purpureis, in infirmis tenuibus digitalibus cauliculis, eiſdemque ſemini inſidentibus, ab eadem longiſſime diſtat.

GYMNO-DISPERMÆ.

Involucro Univerſali, & Partiali.

SANICULA.

CAL. Umbella univerſalis *radiis pauciſſimis (quatuor ſæpe:)* partialis *plurimis, confertis.* Involucrum univerſale *dimidiatum, extrorſum ſitum:* partiale *undique ambiens, floſculis brevius.* Perianthium *vix notabile.* COR. univerſalis *uniformis:* Propria *Petalis quinque, compreſſis, inflexis, bifidis.* STAM. Filamenta *quinque, ſimplicia, corollulis duplo longiora, erecta.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *hiſpidum, infra receptaculum proprium.* Styli *duo, ſubulati, reflexi.* Stigmata *acuta.*

PER. *nullum.* Fructus *ovato-acutus, ſcaber, bipartibilis.* SEM. *duo, hinc convexa, ſcabra, inde plana.*

Sanicula foliis radicalibus ſimplicibus, floſculis omnibus ſeſſilibus. Sanicula ſive Diapenſia *Ger.* 801. vulgaris ſeu Diapenſia *Park.* 532. Sanicula Officinarum *C. B. Pin.* 319. mas Fuchſii ſeu Diapenſia *J. B. III.* 2. 639. *Sanicle.* In ſylvis & ſepibus paſſim ſub finem Maii floret.

Flores in faſtigio caulis nudi velut in Corymbum diſpoſiti, cujus radiis inſident floſculi in globulum congeſti; ſemina lappulata; folia circumſcriptione ſubrotunda, in quinque lacinias altius inciſa.

Vulneraria eſt e præcipuis. Internis & externis vulneribus, ſanguinis eruptionibus, ulceribus, dyſenteriis, ruptis & vulſis auxiliatur decocta pota & impoſita.

B U P L E U R U M.

CAL. Umbella univerſalis *radiis quam decem paucioribus.* Partialis *radiis vix decaphylla, erecto-patens.* Involucrum univerſale *polyphyllum.* Partiale *pentaphyllum:* foliolis *patentibus, ovatis, acutis.* Perianthium proprium *vix notabile.* COR. univerſalis *uniformis.* Propria *Petalis quinque, inflexo-cordatis, parvis.* STAM. Filamenta *quinque, ſimplicia.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *infra receptaculum proprium.* Styli *duo, reflexi, parvi.* Stigmata *minima.* PER. *nullum.* Fructus *ſubrotundus, compreſſus, ſtriatus, bipartibilis.* SEM. *duo, ovato-oblonga, hinc convexa, ſtriata; inde plana.*

Bupleurum involucris univerſalibus nullis, foliis perfoliatis. Bupleurum perfoliatum rotundifolium annuum *J. R. H.* 310. Perfoliata vulgaris *Ger.* 430. *Park.* 580. vulgatiſſima ſeu arvenſis *C. B. Pin.* 277. Perfoliata ſimpliciter dicta, vulgaris annua *J. B. III.* 2. 198. *Thorow-wax.* Inter ſegetes. Hujus plantæ ſolius ex nobis cognitis folia a caule perforantur, intellige folia ſingularia, nam in aliis folia bina adverſa continua caulis tranſadigit, ut v. g. Dipſaco & Centaureo luteo.

Inter eas numeratur quibus ſolidandi ac ferruminandi vis ineſt. Uſus præcipuus in vulneribus recentibus, enterocelis [inprimis umbilici] tumidis, artubus, ſtrumis, ſive intrinſecus ſive extrinſecus adhibere volupe ſit; *Schrod.*

Bu-

Bupleurum umbellis ſimplicibus alternis pentaphyllis ſubtrifloris. Bupleurum minimum *Col. Ec. I.* 247. *Park.* 587. anguſtiſſimo folio *C. B. Pin.* 278. Auricula leporis minima *J. B. III.* 2. 201. *The leaſt Hares-ear.* I have obſerved this in divers Places, as near *Elleſley*, in the Road from *Cambridge* to *S. Neots.* On a Bank by the Northern Road, a little beyond *Huntington.* At *Maldon* in *Eſſex*, in the Marſhes by the River's Side, plentifully. At *Haſtings* in *Suſſex*, beſide the little Brook that runs by the Caſtle, and elſewhere. (Found there alſo, and near *Pett*, on the Sea-ſhore, as alſo near the Ferry, in the Iſle of *Thanet*, by Mr. *J. Sherard.*) Folia huic anguſta Caryophylleorum æmula.

ECHINOPHORA.

CAL. Umbella univerſalis *radiis plurimis: intermediis brevioribus.* Partialis *floſculis ſeſſilibus pluribus.* Involucrum univerſale *radiis nonnullis acutis.* Partiale *turbinatum, monophyllum, ſexfidum, acutum, inæquale.* Perianthium proprium *quinquedentatum, germini inſidens, perſiſtens, minimum.* COR. Univerſalis *uniformis.* Propria *pentapetala:* Petalis *inæqualibus, patulis.* STAM. Filamenta *quinque, ſimplicia.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *oblongum, ſub Perianthio, intra involucrum.* Styli *duo, ſimplices.* Stigmata *ſimplicia.* PER. *nullum, cujus loco* Involucrum *induratum, mucronatum.* SEM. *oblonga, an Duo ?*

Echinophora foliolis ſubulato-ſpinoſis integerrimis. Echinophora maritima ſpinoſa *Inſt. R. H. App.* 656. Crithmum ſpinoſum *Ger.* 427. maritimum ſpinoſum *C. B. Pin.* 288. maritimum ſpinoſum ſeu Paſtinaca marina *Park.* 1286. Paſtinaca marina, quibuſdam Seacacul & Crithmum ſpinoſum *J. B. III.* 2. 196. *Prickly Sampire, or Sea-parſnep.* Obſerved by Mr. *Lawſon*, at *Rooſbeck*, in *Low-Fourneis*, *Lancaſhire.*

Folia ſpinoſa & locus maritimus, ſi aliæ notæ deeſſent, huic ad diſtinctionem ſufficerent.

TORDYLIUM.

CAL. Umbella univerſalis *inæqualis, multiplex.* Partialis *inæqualis, multiplex, breviſſima, plana.* Involucrum univerſale *foliolis tenuibus, longitudine ſæpius umbellæ.* Partiale

dimidiatum, extrorſum umbellula longius. COR. univerſalis *difformis, radiata.* Propria diſci *petalis quinque inflexo-cordatis, æqualibus.* Prop. radii *conſimilis, ſed extimo petalo maximo, biparpitito.* STAM. *omnibus* Filamenta *quinque, capillaria.* Antheræ *ſimplices.* PIST. *omnibus* Germen *ſubrotundum, infra receptaculum proprium.* Styli *duo, parvi.* Stigmata *obtuſa.* PER. Fructus *ſubrotundus, compreſſus, denticulis longitudinaliter cinctus, bipartibilis.* SEM. *duo, ſubrotunda, fere plana* margine *elevato crenulato.* OBS. In quibuſdam ſpeciebus cruſta ſeminis deponitur. A ſequenti imprimis differt floſculis omnibus fertilibus vel hermaphroditis.

Tordylium umbella conferta nudiuſcula, foliis pinnatis: foliolis lanceolatis inciſo-ſerratis. Tordylium Latifolium. Caucalis arvenſis echinata latifolia *C. B. Pin.* 152. item Caucalis lato Apii folio *Ejuſdem*, ut nobis videtur. Lappula canaria latifolia ſeu Caucalis *J. B. III.* 2. 80. Caucalis Apii foliis, flore rubro *Ger. Em.* 1021. Echinophora quarta major πλατύφυλλος purpurea *Col. Ec. I.* 97. arvenſis latifolia purpurea *Park.* 920. item Caucalis Anglica flore rubente *Ejuſd. Ib.* Item Caucalis major ſature rubente flore *Ejuſd.* 919. & *Cluſ. Hiſt. CCI. Purple-flowered great Baſtard Parſley.* Inter ſegetes in agro Cantabrigienſi & alibi. Among the Corn about *Sleaford* and *Ancaſter*, in *Lincolnſhire*; Mr. *Pultney.*

Ab aliis Echinophoris ſemine magno differt flore magno rubicundiore quam in ulla alia Umbelliferæ ſpecie hactenus obſervaſſe meminimus, foliis etiam in majores lacinias ſectis & velut pinnatis.

Tordylium umbella, conferta, foliolis ovato lanceolatis pinnatifidis. Tordylium Anthriſcus. Caucalis minor floſculis rubentibus *Ger. Em.* 1022. minor flore rubente *Park.* 921. ſemine aſpero, floſculis rubentibus *C. B. Pin.* 153. *Pr.* 80. Anthriſcus quorundam ſemine aſpero hiſpido *J. B. III.* 2. 83. *Hedge-parſley.* In dumetis & ad ſepes: Julio & Auguſto floret.

Parvitate fructuum a præcedentibus differt, qui potius hirſuti & hiſpidi ſunt quam aculeati, veſtibus tamen pertinacius adhæreſcunt.

Caucalis ſegetum minor, Anthriſco hiſpido ſimilis *Hiſt. noſt. I.* 468. Caucalis pumila ſegetum Goodyero *Ger. Em. Small Corn-parſley*, Inter ſegetes.

Statura humiliore, cauliculis & ramulis tortuoſis magiſque ſparſis, flore pallidulo, ſemine majore, aliiſque accidentibus in Hiſtoria noſtra recenſitis, a præcedente differt.

Tor-

Tordylium umbellis ſimplicibus ſeſſilibus, ſeminibus exterioribus hiſpidis. Tordylium Nodoſum. Caucalis nodoſa echinato ſemine *C. B. Pin.* 153. *Pr.* 80. *Ger. Em.* 1022. *Park.* 921. nodoſa echinato ſemine, Anthriſco hiſpido affinis, ſi non ejus varietas *J. B. III.* 2. 83. perperam, longe etenim differt ab Anthriſco hiſpido. *Knotted Parſley.* Ad agrorum margines, & in aggeribus terrenis, maritimis præſertim, plurima.

Umbellæ ad caulium nodos ex adverſo foliorum breviſſimo pediculo inſident, ut eiſdem adhærere videantur: cauliculi in terram plerunque ſtrati.

Tordylium umbella conferta radiata, foliolis lanceolatis inciſo-ſerratis. Tordylium maximum *Inſt. R. H.* 320. ſive Seſeli Creticum majus *Park.* 906. Seſeli Creticum majus *C. B. Pin.* 161. Caucalis major *Cluſ. H. CCI. J. B. III.* 2. 85. & Cauc. major, ſemine minus pulchro hirſuto *J. B. III.* 2. 85. Found by Mr. *Doody* about *Thiſtleworth.* Ejus folia per conjugationes longo pediculo adnexa, ſubrotunda, ſerrata, aſpera, piloſa. Semina peltata, fimbria candida criſpa vel granulata ambiente.

Hanc plantam hoc in loco hortorum rejectamentis originem ſuum debuiſſe ſuſpicor; cum in calidioribus tantum regionibus proveniat, nec ſit ibi admodum vulgaris. Loco a Domino Doody nominato non amplius reperitur; Mr. *Clements.*

Tordylium Narbonenſe minus *Inſt. R. H.* 320. ſive Seſeli Creticum minus *Park.* 906. Seſeli Creticum minus *C. B. Pin.* 161. Caucalis minor pulchro ſemine ſive Bellonii *J. B. III.* 2. 84. Plentifully on the Banks of the Road to *Heddington*, about half a Mile from *Oxford*; Mr. *J. Sherard.* Forte e ſeminibus e horto quodam eo projectis orta fuit etiam & hæc planta.

CAUCALIS.

CAL Umbella univerſalis *inæqualis, radiorum pauciſſimorum.* Partialis *inæqualis, radiis copioſior, quorum quinque exteriores majores.* Involucrum univerſale *foliolis numero radiorum, lanceolato-acutis, margine membranaceis, ovatis, brevibus:* Partiale *foliolis conſimilibus, radiis longioribus, ſæpius quinis.* COR. univerſalis *difformis, radiata.* Propria diſci *mas: parva, Petalis quinque, inflexo-cordatis, æqualibus.* Prop. radii *hermaphrodita, Petalis quinque, inflexo-cordatis, inæqualibus: extimo maximo, bifido.* STAM. *omnibus* Filamenta *quinque, capillaria.* An-

Antheræ *parvæ.* PIST. radii Germen *oblongum, ſcabrum, infra receptaculum proprium.* Styli *duo, ſubulati.* Stigmata *duo, patentia, obtuſa.* PER. Fructus *ovato-oblongus, ſtriis longitudinalibus, ſetulis rigidis ſcabris.* SEM. *duo, oblonga, hinc convexa, ſubulatis acuminibus ſecundum ſtrias armata, inde plana.*

Caucalis ſeminum aculeis triglochidibus uncinatis: pilis verticillatis hiſpidis. Caucalis tenuifolia, floſculis ſubrubentibus *Hiſt. noſt.* 967. arvenſis echinata parvo flore & fructu *C. B. Pin.* 152. Lappula canaria flore minore ſeu tenuifolia *J. B. III.* 2. 80. Cauc. tenuifolia purpurea *Park.* 920. Echinophora tertia λεπτόφυλλος purpurea *Col. Ec. I.* 97. *Fine-leaved Baſtard-parſley, with a ſmall purpliſh Flower.* Inter ſegetes tum alibi in Anglia, tum circa *Kingſton* vicum agri Cantabrigienſis copioſe. Varietatem hujus cum ſpinulis echinorum purpureis *J. B.* obſervavi inter ſegetes circa Genevam.

Ab aliis Echinophoris ſemine magno diſtinguitur, foliis tenuius inciſis ſubtus hirſutis, floribus minoribus ſubrubentibus, radiis umbellæ tribus, tres ſingulis fructus ſuſtinentibus.

DAUCUS.

CAL. Umbella univerſalis *multiplex, florens plana, fructifera concavo-connivens.* Partialis *multiplex, conſimilis.* Involucrum univerſale *polyphyllum, longitudine umbellæ:* foliolis *linearibus, pinnatifidis.* Partiale *ſimplicius, longitudine umbellulæ.* Perianthium proprium *vix manifeſtum.* COR. univerſalis *inæqualis:* Propria *Petalis quinque, inflexo-cordatis, exterioribus majoribus.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *infra receptaculum proprium, parvum.* Styli *duo, reflexi.* Stigmata *obtuſa.* PER. *nullum.* Fructus *ovatus, undique pilis rigidis tectus, bipartibilis.* SEM. *duo, ſubovata, hinc convexa, hiſpida, inde plana.*

Daucus ſeminibus hiſpidis. Daucus vulgaris *Cluſ. H. CXCVIII.* Paſtinaca ſylveſtris ſive Staphylinus Græcorum *J. B. III.* 2. 62. ſylv. tenuifolia *Ger.* 873. *Park.* 902. ſylv. tenuifolia Dioſcoridis, vel Daucus Officinarum *C. B. Pin.* 151. *Wild-carrot, or Birdſneſt.* In paſcuis ubique. Folio lucido invenit *Tho. Williſel* inter *Dubrin* & *Margate* in clivis maritimis, quem tamen a vulgari accidentaliter potius quam ſpecie diſtinctum arbitror.

Daucus maritimus lucidus *Inſt. R. H.* 307. Paſtinaca tenuifolia marina, foliis obſcure virentibus & quaſi lucidis *Bot.*

Monſp.

Monſp. Found alſo near *Dover* by Mr. *J. Sherard*, and Mr. *Rand.*

Paſtinaca tenuifolia ſeminibus hiſpidis ſeu villoſis, umbellis a flore delapſo clauſis, ſeu in nidi avis formam contractis, radice carnoſa, ab aliis Umbelliferis differt.

Paſtinacæ ſylveſtris tenuifol. ſeu Dauci *Officin.* Semina vel in Cereviſia infuſa, vel decocta, inſignem vim obtinent in ſtranguria inque calculo renum & veſicæ, ad paroxyſmos vel præcavendos, vel leniendos & auferendos. Vid. *Charletonum & Helmontium.* Eadem ad uterinos affectus commendantur, menſes, molas, ſuffocationes, &c. necnon ad tuſſim & pleuritim.

Daucus ſativus radice lutea & alba *Inſt. R. H.* 307. Paſtinaca ſativa tenuifolia *Ger.* 872. tenuifolia ſativa lutea *Park.* 902. tenuifolia ſativa, radice lutea vel alba *C. B. Pin.* 151. ſativa ſeu Carota lutea & alba *J. B. III.* 2. 64. *Yellow and white-rooted Carrot.* Seritur in agris.

Daucus ſativus radice atro-rubente *Inſt. R. H.* 307. Paſtinaca ſativa atro-rubens *Ger. Em.* 1027. ſativa altera atro-rubens *Park.* 901. tenuifolia ſativa radice atro-rubente *C. B. Pin.* 151. ſativa ſeu Carota rubra *J. B. III.* 2. 64. *Red-rooted Carrot.* Cum priore: a quo non crediderim eum differre ſpecie.

Radices culinariæ ſunt; decoctæ condimenti loco cum carnibus elixis eſitantur, quin & ſeorſum pro ferculo habentur teſſelatim inciſæ cumque butyro, pipere & ſale conditæ. Nonnihil flatulentæ ſunt, ventrem emollire creduntur & tuſſi conferre.

BUNIUM, ſive BULBOCASTANUM.

CAL. Umbella univerſalis *multiplex, radiis viginti paucioribus.* Partialis *breviſſima, conferta.* Involucrum univerſale *polyphyllum, lineare, breve.* Partiale *conſimile, longitudine umbellulæ.* Perianthium proprium *vix manifeſtum.* COR. univerſalis *uniformis:* Propria *Petalis quinque, inflexo-cordatis, æqualibus.* STAM. Filamenta *quinque, corolla breviora, ſimplicia.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *oblongum, infra receptaculum proprium.* Styli *duo, reflexi.* Stigmata *obtuſa.* PER. *nullum.* Fructus *ovatus, bipartibilis.* SEM. *duo, ovata, hinc convexa, inde plana,*

Bu-

Bunium. Bulbocaſtanum *J. B. III.* 2. 30. majus & minus *Ger. Em.* 1065. majus folio Apii *C. B. Pin.* 162. Nucula terreſtris major *Park.* 893. *Earth-nut, or Kipper-nut*, and by the Vulgar *Pig-nuts*, quia a ſuibus appetuntur; and in ſome Places *Hawk-nut*, cujus nominis rationem non aſſequor. In paſcuis ſolo arenoſo aut glareoſo frequentiſſima habetur. *D. Magnol.* in Botan. Monſp. duas ſpecies diſtinguit, majorem & minorem; nos in Anglia unam hactenus duntaxat obſervavimus.

Radia tuberoſa eſculenta, folia tenuius, inciſa, ſemina longiuſcula glabra.

(Bulbocaſtanum majus & minus ſpecie differre videntur. Minus frequens occurrit, majus autem rarius. Bene diſtinxiſſe videtur *Johnſonus* in *Ger.* ſuo *Em.* Majus: In a Field between *Hornſey-wood* and *Old-fall*, near the Foot-path; Mr. *Martyn.*)

Radices eſculentæ ſunt, etiam crudæ; verum excorticatæ & cum modico pipere in carnium jure coctæ, ſuavis admodum cibus ſunt, multum nutriunt & Venerem ſtimulant. Medicamentis additæ cruenta mingentibus & etiam ſpuentibus auxiliantur; *Trall.*

CONIUM, ſive CICUTA.

CAL. Umbella univerſalis *radiis pluribus patentibus.* Partialis *conſimilis.* Involucrum univerſale *polyphyllum, breviſſimum:* Partiale *conſimile.* Perianthium proprium *vix notabile.* COR. univerſalis *uniformis.* Propria *Petalis quinque, inflexo-cordatis, inæqualibus.* STAM. Filamenta *quinque, ſimplicia.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *infra receptaculum proprium.* Styli *duo, reflexi.* Stigmata *obtuſa.* PER. *nullum.* Fructus *ſubrotundus, ſtriatus, bipartibilis.* SEM. *duo, hinc convexa, fere hemiſphærica, ſtriata, inde plana.*

Conium ſeminibus ſtriatis. Cicuta Lob. *Ic.* 732. *Ger.* 903. major *C. B. Pin.* 160. vulgaris major *Park.* 933. Cicuta veteribus & neotericis *J. B. III.* 2. 175. *Hemlock.* Circa pagos & oppida, locis umbroſis & pinguibus prope foſſas aggereſve agrorum. Magnitudine ſua, caule maculato, & cavo; ſemine ſtriato minore tumido, foliis multifariam diviſis in minutas particulas, qualitate noxia & deleteria ab aliis congeneribus diſtinguitur.

Cicuta ſumme frigida & venenata cenſetur, & Socratis ſupplicio odioſa. Verum peritiores Medici Cicutam calidam eſſe affirmant, & minime frigidam. Extrinſecus ejus uſus frequens eſt in tumore & inflammatione lienis [ſuccus emplaſtro ſplenico incoctus:] tumores duros & ganglia potenter diſcutit in cataplaſmatis vel in emplaſtro de Cicuta cum Ammoniaco. De noxis Cicutæ vide longam Epiſtolam *Ephem. German. An.* 13. *Obſerv.* 115.

Cicuta in pleriſque, ne dicam omnibus, qui de Plantis ſcripſerunt Medicis & Botanicis, herbis venenoſis & malignis accenſetur: quod tamen de Cicuta in his terris naſcente non videtur eſſe verum: ſiquidem *D. Henley* ingenioſus Amicus & Vicinus meus, cum nuper una eſſemus, me ſpectante radicum Cicutæ tres quatuorve uncias impune devoravit, abſque ullo nocumento aut incommodo. Quo viſo & ipſe eaſdem guſtavi & ſemiunciam circiter comedi. Sapore erant ſatis grato Apii dulcis *Seleri* vulgo dicti non abſimili, nec ullum exinde pravum effectum ſenſi. Hæc *Petiver Syn. Ed. II. App.* 326. Verum experimentum hoc ulteriori confirmatione opus habet.

ATHAMANTA.

CAL. Umbella univerſalis *multiplex, patens:* Partialis *parcior.* Involucrum univerſale *polyphyllum, lineare, radiis paulo brevius:* Partiale *lineare, radiis æqualibus.* Perianthium proprium *vix notabile.* COR. univerſalis *uniformis:* Propria *petalis quinque, inflexo-cordatis, parum inæqualibus.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria, longitudine corollæ.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *infra receptaculum proprium.* Styli *duo, reflexi.* Stigmata *obtuſa.* PER. *nullum.* Fructus *ovato-oblongus, ſtriatus, bipartibilis.* SEM. *duo, ovata, hinc convexa, ſtriata, inde plana.*

Athamanta foliis bipinnatis planis, umbella hemiſphærica, ſeminibus hirſutis. Athamanta Libanotis. Apium petreum ſeu montanum album *J. B. III.* 2. 105. An Daucus montanus Apii folio minor a C. Bauhino in Prod. depictus? Pimpinella ſaxifraga hircina media Herbariis noſtratibus, ſeu Daucus Selinoides *Cordi. Mountain Stone-parſley, or a middle ſort of Burnet-ſaxifrage.* On *Gogmagog* Hills in *Cambridgeſhire.*

Atha-

Athamantha foliolis capillaribus, ſeminibus glabris ſtriatis. Athamanta Meum. Meum *Ger.* 895. vulgatius *Park.* 888. foliis Anethi *C. B. Pin.* 148. Meum vulgare ſeu Radix urſina *J. B. III.* 2. 11. *Common Spignel, or Meu.* In *Weſtmoreland*, about two Miles from *Sedberg*, in the Way to *Orton*, abundantly in the Meadows and Paſtures, where it is known to all the Country People by the Name of *Bald-money*, or (as they pronounce it,) *Bawd-Money:* It is found alſo near *Dolgeble*, in *Merionethſhire.* (In via prope *Scholefield-hall*, non procul a *Roachdale* agri Lancaſtrenſis oppido; it. in aggeribus terrenis prati cujuſdam humidi prope ædes D^ni^ *Denton de Scamonden* agri Eboracenſis; *D. Richardſon*) Foliis conſtat omnium herbarum tenuiſſimis, quibus ut & ſemine magno oblongo ſtriato ab aliis congeneribus diſtinguitur. Vide *Hiſt. noſt. p.* 432.

Flatus diſcutit. Uſus præcipuus in inflatione ac ructu ventriculi, in menſibus ac urina ciendis, in uteri ſuffocatione, in torminibus ventris, in catarrhis tartaroque pulmonum expectorando; *Schrod.* Multas ingreditur compoſitiones & ipſam Theriacam.

PEUCEDANUM.

CAL. Umbella univerſalis *multiplex, longiſſima, tenuis:* partialis *patens.* Involucrum univerſale *polyphyllum, lineare, parvum, reflexum:* partiale *minus.* Perianthium proprium *quinquedentatum, minimum.* COR. univerſalis *uniformis:* Propria *petalis quinque, æqualibus, oblongis, incurvis, integris.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *oblongum, infra receptaculum proprium.* Styli *duo, parvi.* Stigmata *obtuſa.* PER. *nullum.* Fructus *ovatus, ala cinctus, utrinque ſtriatus, bipartibilis.* SEM. *duo, ovato-oblonga, compreſſa, hinc convexiora, ſtriis tribus elevatis notata, margine membrana lata integra cincto, apice emarginato.*

OBS. Floſculi centrales ſæpe abortiunt.

Peucedanum foliis quinquies tripartitis filiformibus linearibus. Peucedanum *Ger.* 896. Germanicum *C. B. Pin.* 149. minus Germanicum *J. B. III.* 2. 36. vulgare *Park.* 880. *Hogs-fennel, Sulphur-wort, Hareſtrong.* In foſſis paluſtribus prope *Shoreham* in Suſſexia. Ad Thameſim etiam fluvium copioſe provenire aiunt, inque foſſis paluſtribus maritimis prope *Walton* vicum non procul

cul Harvico in Eſſexia. About a Quarter of a Mile below *Feverſham*, by the River-ſide; Mr. *J. Sherard.*

Hujus notæ ſunt folia in tenues lacinias tripartito diviſa & ſubdiviſa, latiores & longiores quam Anethi.

Radix in affectibus pectoris, tuſſi, inflammationibus utilis eſſe dicitur, necnon in obſtructionibus hepatis, lienis, renum, unde urinam ciet, & calculoſis prodeſt. Extrinſecus in hemicrania aliiſque generibus cephalalgiæ a catarrhis ortum ducentibus, in tumoribus renitentibus, ulceribus inveteratis mundificandis convenit. Veteres cerebri & nervorum affectibus, Lethargo, Phreneſi, Epilepſiæ, Vertigini, Paralyſi conducere aiunt.

Peucedanum minus *Park.* 880. *C. B. Pin.* 149. pumilum *Ger. Em.* 1054. Peucedani facie puſilla planta *Lob. Ic.* 745. Selinum montanum pumilum Cluſii, foliis Fœniculi aut Peucedani, flore albo, ſemine Selini *J. B. III.* 2. 17. *Rock-parſley.* On St. *Vincent*'s Rock, near *Briſtol.* Vid. *Hiſt. noſt. p.* 461. Icon *Cluſii* perbelle repræſentat caulem floribus onuſtum. Planta eſt humilis, foliolis glaucis tenuiter diſſectis.

Peucedanum foliolis pinnatifidis: laciniis oppoſitis. Peucedanum Silaus Dictum. Seſeli pratenſe noſtras *Park.* 905. Saxifraga Anglica facie Seſeli pratenſis *Ger. Em.* 1047. Saxifraga Anglorum, foliis Fœniculi latioribus, radice nigra, flore candido, ſemine Fœniculi, ſimilis Silao *J. B. III.* 2. 171. *Meadow Saxifrage.* In pratis & paſcuis humidioribus. Hæc planta non dico ſimilis eſt Silao ſeu Seſeli pratenſi Monſpelienſium, ſed ipſiſſima Silaus, ut nobis olim viſum eſt; qua in ſententia a *D. Tancr. Robinſono* confirmabar, qui data opera plantas utrobique collectas inter ſe contulit. Noſtræ autem Saxifragæ prat. flos non candidus eſt, ut ſcribit *J. Bauhinus*, ſed luteolus.

Hujus plantæ ſuccus, decoctum, aqua deſtillata, vel ſemen in pulvere efficax eſt, vulgi experimento, in urina cienda; calculo atterendo & expellendo, flatibus diſcutiendis, &c.

CRITHMUM.

CRITHMUM.

CAL. Umbella univerſalis *multiplex, hemiſphærica*; Partialis *conſimilis*. Involucrum univerſale *polyphyllum : foliolis lanceolatis, obtuſis, reflexis*; Partiale *lanceolato-lineare, longitudine umbellulæ*. Perianthium proprium *vix notabile*. COR. univerſalis *uniformis :* Propria *petalis quinque, ovatis, inflexis, fere æqualibus*. STAM. Filamenta *quinque, ſimplicia, corolla longiora*. Antheræ *ſubrotundæ*. PIST. Germen *infra receptaculum proprium*. Styli *duo, reflexi*. Stigmata *obtuſa*. PER. *nullum*. Fructus *ovalis, compreſſus, bipartibilis*. SEM. *duo, elliptica, compreſſo-plana, hinc ſtriata*.

Crithmum foliolis lanceolatis carnoſis. Crithmum marinum *Ger*. 427. *Dod. p*. 705. marinum vulgare *Park*. 1286. Crithmum multis ſeu Fœniculum marinum *J. B. III*. 2. 194. Crithmum ſive Fœniculum marinum minus *C. B. Pin*. 288. *Sampire*, a Gallico *Sainct Pierre*. Galli enim & Itali Herbam S. Petri vocant. In clivis maritimis paſſim.

Folia craſſa, acuta, quam Fœniculi multo latiora & breviora. Planta etiam longe humilior.

HERACLEUM, ſive SPHONDYLIUM.

CAL. Umbella univerſalis *multiplex, maxima :* Partialis *plana*. Involucrum univerſale *polyphyllum, caducum*; Partiale *extrorſum dimidiatum :* foliolis *tribus ad ſeptem, lineari-lanceolatis*, exterioribus *longioribus*. Perianthium *vix manifeſtum*. COR. univerſalis *difformis, radiata :* Propria diſci *æqualis, pentapetala :* Petalis *inflexo-uncinatis* ; Propr. radii *inæqualis, pentapetala :* Petalis *exterioribus majoribus, magiſque bifidis, oblongis, uncinatis*. STAM. Filamenta *omnibus quinque, corollulis longiora*. Antheræ *parvæ*. PIST. Germen *ſubovatum, infra receptaculum proprium*. Styli *duo, erecti, breves*. Stigmata *ſimplicia*. PER. *nullum*. Fructus *ellipticus, compreſſus, emarginatus, in medio utrinque ſtriatus*. SEM. *duo, ovata, compreſſo-foliacea*.

Heracleum foliolis pinnatifidis. Sphondylium *Ger. Em*. 1009. vulgare *Park*. 953. vulgare hirſutum *C. B. Pin*. 157. Sphondylium quibuſdam vel Branca urſina Germanica *J. B. III*. 2. 160. *Cow-parſnep*. In paſcuis & ad agrorum margines, inque pratis & ad rivulos; humidioribus enim gaudet.

Sphon-

Sphondylium majus aliud laciniatis foliis *Park.* 953. Sphond. hirſutum foliis anguſtioribus *C. B. Pin.* 157. *Pr.* 83. An Sphondylium criſpum *J. B.? Tab.?* *Jagged Cow-parſnep.* Found by Dr. *Bowles*, in *Shropſhire*; Park. By Dr. *Plukenent* near *S. Giles's Chalfont*, in the mountainous Meadows, *Buckinghamſhire*, who entitles it Sphondylium montanum minus anguſtifolium, tenuiter laciniatum & Sph. hirſutum minus, foliis tenuiter laciniatis ſemine lato *Alm.* 355. *T.* 63. *f.* 3. and eſteems it ſpecifically diſtinct from the precedent. By Mr. *Doody*, in *Hertfordſhire*, near *Tring*; (by Mr. *J. Sherard*, in the Woods near *Kingſton*, in the Way to *Gamlinggay*, and at the Town's-end at *Settle*, in our Return.) Nos varietatem potius præcedentis eſſe quam ab eo ſpecie diverſum ſuſpicamur.

Herbis emollientibus Sphondylium accenſet *Schroderus*. *Tragus* ad emolliendos & deprimendos tumores radicem commendat. Gratus cibus ſunt Sphond. folia cuniculis: vaccæ etiam eis libentur veſcuntur, unde *Cow-parſnep* noſtratibus dicitur.

LIGUSTICUM.

CAL. Umbellula univerſalis *multiplex*: Partialis *multiplex*. Involucrum univerſale *heptaphyllum, inæquale*: Partiale *vix ad quadriphyllum aſcendens*. Perianthium proprium *quinquedentatum, germini inſidens*. Cor. univerſalis *uniformis*: Propria *Petalis quinque, æqualibus, apice inflexis, planis, introrſum carinatis*. Stam. Filamenta *quinque, capillaria, corolla breviora*. Antheræ *ſimplices*. Pist. Germen *infra receptaculum proprium*. Styli *duo, ſimplices*. Stigmata *ſimplicia*. Per. *nullum*. Fructus *oblongus, angulatus, ſulcatus, bipartibilis*. Sem. *duo, oblonga, glabra, hinc ſtriis quinque elevatis notata, inde plana*.

Liguſticum foliis biternatis. Liguſticum Scoticum Apii folio *Inſt. R. H.* 324. Apium Scoticum & Apium marinum quibuſdam *Newton Syn. II.* 109. Imperatoriæ affinis Umbellifera maritima Scotica *Sibbald. Prod. P. II. L.* 1. *p.* 32. Apium marinum quibuſdam *Ej. T.* 12. & *Suth. H. Ed. App.* Seſeli maritimum Scoticum humile foliis Imperatoriæ *Par. B.* 227. Liguſticum humilius Scoticum a maritimis, ſeu Apium maritimum dulce Sco-

ticum *Pluk. Alm.* 217. *T.* 96. *f.* 2. *Scottiſh Sea-parſley.* In tumulo quodam ſaxoſo & arenoſo ad mare ſex ab Edinburgo milliaribus verſus *Queens-ferry*, i. e. Reginæ trajectum.

Folia Apii mont. aut Leviſtici, ſed ramoſiora, tripartito diviſa & ſubdiviſa, flores albi, ſemen fœniculaceum, odor & ſapor aromaticus, ad Apium accedens. (It is ſaid, that the *Highlanders*, among whom it grows, eat this firſt in the Morning, to keep them from Infection the reſt of the Day; Mr. *Newton.*)

ANGELICA.

CAL. Umbella univerſalis *multiplex, ſubrotunda:* Partialis *florens exacte globoſa.* Involucrum univerſale *tri-vel-pentaphyllum, parvum:* Partiale *parvum, octophyllum.* Perianthium proprium *quinquedentatum, vix notabile.* Cor. univerſalis *uniformis:* Partialis *Petalis quinque, lanceolatis, leviter incurvis, caducis.* Stam. Filamenta *quinque, ſimplicia, corolla longiora.* Antheræ *ſimplices.* Pist. Germen *infra receptaculum.* Styli *duo, reflexi.* Stigmata *obtuſa.* Per. *nullum.* Fructus *ſubrotundus, angulatus, bipartibilis.* Sem. *duo, ovata, hinc plana, margine cincta; inde convexa, tribus lineis ſecundum longitudinem elevatis notata.*

Angelica foliorum impari lobato. Angelica ſativa *C. B. Pin.* 155. *J. B. III. Part.* 2. 140. Circa turrim Londinenſem & ad ripas foſſarum frequenter occurrit; *D. Doody Ann. Manſcr.*

Angelica ſylveſtris *Ger.* 846. *Park.* 940. ſylv. major *C. B. Pin.* 145. ſylv. magna vulgatior *J. B. III.* 2. 144. *Wild Angelica.* In aquoſis & ad rivulos paſſim, unde rectius Angelica aquatica diceretur.

Foliorum alis maximis, & ſegmentis ſeu partialibus foliis latiſſimis ab aliis pleriſque umbelliferis; floribus albis ab Angelica ſativa diſtinguitur.

Archangelica ſeu Angelica Tabernamontani ſeu Scandiaca *Hort. Bat.* ab hac diverſa eſt, ſiquidem flores luteoli ſunt. Archangelica *Dod. Cluſ.* huic eadem videtur, ſiquidem Angelica ſylveſtris in montoſis naſcens longe major evadit.

SIUM.

SIUM.

CAL. Umbella univerſalis *varia in diverſis:* Partialis *patens, plana.* Involucrum univerſale *polyphyllum, reflexum, umbella brevius:* foliolis *lanceolatis*; Partiale *polyphyllum, lineare, parvum.* Perianthium proprium *vix notabile.* COR. univerſalis *uniformis:* Propria *Petalis quinque, inflexis, æqualibus.* STAM. Filamenta *quinque, ſimplicia.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *minimum, infra receptaculum proprium.* Styli *duo, reflexi.* Stigmata *obtuſa.* PER. *nullum.* Fructus *ovato-ſubrotundus, ſtriatus, parvus, bipartibilis.* SEM. *duo, ſubrotunda, hinc convexa, ſtriata, inde plana.*

Sium foliis pinnatis, umbella terminali. Sium latifolium foliis variis *Merr. P.* latifolium *C. B. Pin.* 154. majus latifolium *Ger. Em.* 256. maximum latifolium *J. B. III.* 2. 175. Sium Dioſcoridis ſeu Paſtinaca aquatica major *Park.* 1240. *Great Water-parſnep.* In fluviis majoribus, locis vadoſis & ad ripas. Magnitudine ſua & cum Paſtinaca latifolia ſat. ſimilitudine locoque natali, & ſemine parvo ſtriato ab aliis congeneribus abunde diſtinguitur. (Sium majus latifolium, in ſummitate umbelliferum nobis. In the Ditches between *Rotherhithe* and *Deptford.* Mr. *Doody.*) In a Field near *Northfleet,* plentifully; alſo in the Brick-field adjoining to *Tyburn* Turnpike.

Sium ſive Apium paluſtre foliis oblongis *C. B. Pin.* 154. umbelliferum *J. B. III.* 2. 172. it. medium *Ej.* 173. minus alterum *Park.* 1241. majus anguſtifolium, *Ger. Em.* 256. Naſturtium aquaticum *Ger.* 200. *Ic.* 3. Sium erectum, foliis ſerratis, nobis; *D. Doody. Common upright Water-parſnep.* In rivulis & ad fluviorum ripas. Parvitate ſua a præcedente ſatis diſtinguitur.

Pro ſpecifico habetur in ſcrophulis, ubi ſuccus præcipue uſurpandus eſt, ut refert *Doody Syn. Ed. II. App.* 345.

Sium foliis pinnatis, umbellis axillaribus ſeſſilibus. Sium umbellatum repens *Ger. Em.* 256. 258. umbellis ad caulium nodos *Merr. P.* aquaticum procumbens ad alas floridum *H. Ox. III.* 283. *S.* 9. *T.* 5. *f.* 3. *Creeping Water-parſnep.* In rivulis & ad fluviorum ripas ubique.

A præcedente, cui magnitudine non cedit, umbellarum ſitu differt; quæ non ut in illa ſummos caules & ramulos terminant, ſed ſecundum caules ex adverſo foliorum

oriuntur brevibus pediculis: caules etiam in hoc procumbunt.

Herbam Sii crudam ineunte vere in acetariis comedunt Hiſpanicæ mulieres. Eſt autem ſtomacho grata, urinas evocat & veſicæ calculos expellit; *Amat.* apud *J. B.* Vulgus etiam noſtras ſpeciem repentem pro Naſturtio aquatico habet & utitur.

Sium aquaticum quodcunque egregium eſt medicamentum in tumoribus mammarum ſcrofuloſis extrinſecus adhibitum.

S I S O N.

CAL. Umbella univerſalis *radiis ſex paucioribus, inæqualibus.* Partialis *radiis decem paucioribus, inæqualibus.* Involucrum univerſale *tetraphyllum, inæquale:* Partiale *conſimile.* Perianthium *vix manifeſtum.* COR. univerſalis, *uniformis.* Propria *æqualis: Petalis quinque, lanceolatis, inflexis.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria, longitudine corollæ.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *ſubovatum, infra receptaculum proprium.* Styli *duo, reflexi.* Stigmata *obtuſa.* PER. *nullum.* Fructus *ovatus, ſtriatus, bipartibilis.* SEM. *duo, ovata, hinc convexa ſtriata, inde plana.*

Siſon foliis pinnatis, umbellis erectis. Siſon Amomum Dictum. Sium aromaticum Siſon Off. *Inſt. R. H.* 308. Siſon ſeu officinarum Amomum *J. B. III.* 2. 107. Siſon quod Amomum Officinis noſtris *C. B. Pin.* 154. vulgare, vel Amomum Germanicum *Park.* 914. Petroſelinum Macedonicum Fuchſii *Ger. Em.* 1016. *Baſtard Stone-parſley.* Locis humectis & lutoſis naſcitur, unde & in foſſarum aggeribus recentioribus.

Siſon foliis pinnatis, umbellis cernuis. Sium arvenſe ſive ſegetum *Inſt. R. H.* 308. Selinum Sii foliis *Ger. Em.* 1018. *ic.* Selinum ſegetale *Park.* 932. *Honewort, or Corn-parſley.* Inter ſegetes ſolo præſertim humido aut lutoſo.

Sii minoris ſpecies eſt, foliis ex pluribus pinnarum conjugationibus compoſitis, umbellis parvis in ſummis caulibus & ramulis: Præcedens major eſt, foliis e paucioribus pinnarum latiorum conjugationibus compoſitis, umbellis perexiguis pro plantæ modo & inæqualibus.

Siſon repens, umbellis bifidis. Siſon Inundatum. Sium puſillum foliis variis N. D. *Ph. Br.* puſillum foliis variis

& S. vernum foliis fœniculaceis *Merr. P.* minimum umbellatum foliis variis *Pluk. Alm.* 348. *T.* 61. *f.* 3. minimum foliis imis ferulaceis *H. Ox. III.* 283. aquaticum pumilum, foliis inferne fœniculaceis, ſuperne lobatis *Ib. S.* 9. *T.* 5. *f.* 5. Sium minimum *Hiſt. noſt.* 444. *The leaſt Water-parſnep.* In paluſtribus & aquoſis frequens Maio menſe floret (v. gr. in ericeto *Putnejano* & *Hounſlejano* verſus *Hampton.*)

Notatu dignum eſt in hac plantula, inque Sio maximo, quod folia primo erumpentia, & quæ aquis immerguntur, minutim inciſa ſunt, & in multas lacinias ſecta; poſteriora & quæ extra aquas ſunt, integra & Paſtinacæ latifoliæ foliorum æmula: Idem accidit Ranunculo aquatico folio rotundo & capillaceo *C. B.* cujus accidentis ratio nos fugit. Quin & obſervavimus in Sio latifolio maximo in fictili ſato extra aquas, radicem primo vere ejuſmodi folia tenuiter diſſecta & Oenanthes vulgaris foliorum æmula edidiſſe, poſtea lata & Paſtinacæ latifoliæ ſimilia. In aliis etiam aquaticis folia aquis merſa differunt figura ab iis quæ aquas ſuperant, ut v. g. in Sagittaria & Potamogitone latifolio. Conſule *Hiſt. noſt. Append. in Emendandis.*

OENANTHE.

CAL. Umbella univerſalis *radiis paucioribus:* Partialis *radiis pluribus, breviſſimis.* Involucrum univerſale *polyphyllum, ſimplex, umbella brevius:* Partiale *polyphyllum, parvum.* Perianthium proprium *quinquedentatum, perſiſtens.* COR univerſalis *difformis, radiata:* Propria diſci *hermaphrodita, Petalis quinque, inflexo-cordatis, ſubæqualibus:* Propr. radii *hermaphrodita, Petalis quinque, maximis, inæqualibus, inflexo-bifidis.* STAM. Filamenta *quinque, ſimplicia.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *infra receptaculum proprium.* Styli *duo, ſubulati, perſiſtentes.* Stigmata *obtuſa.* PER. *nullum.* Fructus *ſubovatus, coronatus, bipartibilis.* SEM. *duo, ſubovata, hinc convexa, ſtriata, inde plana, apice dentato.* OBS. *Perianthium* in hoc genere, magis quam in reliquis manifeſtum.

Oenanthe ſtolonifera, foliis caulinis pinnatis filiformibus fiſtuloſis. Oenanthe aquatica *C. B. Pin.* 162. paluſtris ſeu aquatica *Park.* 895. item aquatica major *Ejuſdem p.* 1233. Filipendula aquatica *Ger. Em.* 1060. Oenanthe ſeu Filipendula aquatica *J. B. III.* 2. 191. *Wa-*

ter Dropwort. In pratis humidis & ad rivulos ubique ſere.

Oenanthe aquatica radicibus tuberoſis, e multis glandulis compoſitis & loco natali, aquoſo, diſtinguitur. Hæc ſpecies caulibus velut junceis, foliis in prætenues & longas lacinias diviſis, & umbellis disjunctis a congeneribus differt.

Oenanthe aquatica triflora, caulibus fiſtuloſis *H. Ox. III.* 289. *S.* 9. *T.* 7. *f.* 8. aquatica minor juncoides, trianthophoros *Pluk. Alm* 268. aquatica minor *Park.* 1233. item Oenanthe juncoides minima *Ejuſdem p.* 895. Juncus odoratus aquatilis *Dod. Pempt.* 590. *The leſſer Water Dropwort.* Cum priore. Auctor Parkinſonus. In the Ditches about *Medley* and *Binſey Common*, and almoſt every where about *Oxford*; *D.* Plot *Hiſt. Nat. Oxon. p.* 147. A priore parvitate ſua præcipue differt, ut & modo florendi.

Oenanthe foliis omnibus mutifidis obtuſis ſubæqualibus. Oenanthe Cicutæ facie Lobelii *Park.* 894. Chærephylli foliis *C. B. Pin.* 162. ſucco viroſo, Cicutæ facie Lobelio *J. B. III.* 2. 193. Filipendula Cicutæ facie *Ger. Em.* 1059. *Hemlock Dropwort.* Non in Septentrionalibus duntaxat Angliæ, Weſtmorlandia ſcil. & Eboracenſi comitatu, ſed & in Meridionalibus, Surreia, Suſſexia, *&c.* (In ſalicetis circa *Windſoriam*, *Bathoniam*, ad ripam Thameſis alibique circa *Londinum* naſcitur. Junio menſe floret, Auguſto ſemen perficit.) Quin venenoſæ & malignæ ſint hujus plantæ radices, nullus jam relinquitur dubitandi locus. Vid. *Ephem. German. & Stalp. vander Wiel. Obſ.*

Folia in hac planta ad Petroſelini propius quam ad Cicutæ folia nobis accedere videntur.

Oenanthe Staphylini folio aliquatenus accedens *J. B. III.* 2. 191. aquatica Pimpinellæ ſaxifragæ diviſura noſtras *Pluk. Alm.* 268. *T.* 49. *f.* 4. In fluentis pigriobus & paluſtribus foſſis in parochia *Quaplod* agri Lincolnienſis non procul ab oppido *Spalding*; *D. Plukenet.*

Oenanthes Cicutæ facie radices venenoſas eſſe contendit *Lobelius* ex relatione Septentrionalium quorundam Angliæ populorum. Alii dubitant. (Sed vide *Stalpart vander Wiel Obſ.*)

Nonnulli (teſte *Johnſono*) inexcuſabili errore hujus radices pro Pæoniæ radicibus divendunt; alii, *viz.* mulierculæ rhizotomæ Londinenſes eaſdem ſub nomine *Leviſtici aquatici* diſtrahunt.

GYM-

GYMNO-DISPERMÆ.

Involucro Partiali.

PHELLANDRIUM.

CAL. Umbella univerſalis *multiplex*. Partialis *conſimilis*. Involucrum univerſale *nullum*. Partiale *heptaphyllum*: foliolis *acutis*, *longitudine umbellulæ*. Perianthium proprium, *quinquedentatum*, *germini inſidens*, *perſiſtens*. COR. univerſalis *fere uniformis*. Propria *inæqualis*, Petalis *quinque acuminatis*, *cordato-inflexis*. STAM. Filamenta *quinque*, *capillaria*, *corolla longiora*. Antheræ *ſubrotundæ*. PIST. Germen *infra receptaculum*. Styli *duo*, *ſubulati*, *erecti*, *perſiſtentes*. Stigmata *obtuſa*. PER. *nullum*. Fructus *ovatus*, *glaber*, *coronatus perianthio & piſtillis*, *bipartibilis*. SEM. *duo*, *ovata*, *glabra*.

Phellandrium foliorum ramificationibus divaricatis. Phellandrium vel Cicutaria aquatica quorundam *J. B. III.* 2. 183. Cicutaria paluſtris *Lob. Ic.* 735. *Ger.* 905. paluſtris tenuifolia *Park.* 933. *C. B. Pin.* 161. *Water Hemlock*. In aquoſis, præſertim cœnoſis, & rivis pigrioribus. In the River *Soar*, about *Leiceſter*, plentifully; Mr. *Pultney*. Horſes are ſaid to be hurt by eating this Plant, but Cows feed on it without Damage. *Lin. Amæn. Acad.* Caule craſſiſſimo, foliis ampliſſimis & multifariam in minutas particulas diviſis, ſeminibus parvis oblongis ſtriatis, locoque natali haud difficulter innoteſcit.

Millefolium aquaticum *Matth. Ed. Valgr. in fol. P. II. p.* 484. aquaticum umbellatum Coriandri folio *C. B. Pin.* 141. aquaticum foliis Coriandri Matthioli *J. B. III.* 2. 9. A præcedenti planta eadem ratione differt, qua gramen bulboſum aquaticum *C. B.* a Sagitta. Caules graciliores, radix tenuior, fibroſa magis, folia obtuſiora & latiora, longiora per ſummitatem ſaltem dentata & pellucida ſunt, aquis perpetuo immerſa vel iis ſupernatantia. Quæ proprietates aquarum conditioni fluminique debentur, tractu ſuo caulis incrementum & perpendicularem erectionem impedienti, & potius ejuſdem in longum protractioni inſervienti. Id quod dictum Gramen bulbo-

ſum, ſimilibus leniter fluentibus aquis proveniens, probat, ceu cujus folia longiſſime ſolent protrahi & diverſam plane hoc modo a Sagitta figuram acquirunt. Sub hoc ſtatu ambæ hæ plantæ ſteriles ut plurimum ſunt, Millefolium tamen hoc caules aquis efferens & Phellandrii faciem induens floribuſque proferendis ſe accingens obſervatum fuit *D. Dillenio* in rivulo inter *Woodſtock* & celebrem illum pontem *Ducis Marlborugii* juxta *Blenheim*. Quo in loco dictum Millefolium adeo denſe naſcebatur, ut aquæ curſum notabiliter infringeret; cauliſque in altum excretionem promoveret: foliis aquæ immerſis pellucidis latis, ſuperioribus extra aquam opacis, tenuiter inciſis, Phellandrii inſtar, conſtans. Ceterum abſque hujuſmodi caulibus & in aqua fluitans prope Londinum in flumine *Hackney River* dicto, ſatis copioſe obſervatur. *Matthiolus* huic plantæ caules Millefolii aquatici pennati ſpicati *C. B.* non Equiſeti olidi ut *C. Bauhinus* in *Not. ad Matth* exiſtimat, flores autem vel Phellandrii, vel Millefolii aquatici umbellati affinxit.

CICUTA.

CAL. Umbella univerſalis *ſubrotunda: radiis plurimis, æqualibus.* Partialis *ſubrotunda, radiis plurimis, æqualibus, ſetaceis.* Involucrum univerſale *nullum.* Partiale *polyphyllum: foliolis ſetoſis, brevibus.* Perianthium proprium *vix notabile.* COR. univerſalis *uniformis.* Propria *Petalis quinque, ovatis, inflexis, fere æqualibus.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria, corolla longiora.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *infra receptaculum proprium.* Styli *duo, filiformes, corolla longiores, perſiſtentes.* Stigmata *capitata.* PER. *nullum.* Fructus *ſubrotundus, ſtriatus, bipartibilis.* SEM. *duo, ſubovata, hinc convexa ſtriata, inde plana.*

Cicuta umbellis folio oppoſitis, petiolis marginatis obtuſis. Cicuta Viroſa. Sium alterum Oluſatri facie *Lob. Ic.* 208. *Ger. Em.* 256. majus alterum anguſtifolium *Park.* 1241. Erucæ folio *C. B. Pin.* 154. Cicuta aquatica Geſneri *J. B. III.* 2. 175. *Long-leaved Water Hemlock.* Circa paludes & ſtagnorum majorum margines v. g. *Breretonmere*, in *Cheſhire*; the great Water in *Lovingland* in *Suffolk*; the River *Trent*, near *Abbots Bromley*; in a ſhallow Pool of Water on *Hounſlow-heath*, by the Road-ſide, near the Town; and in ſome Pools of Water at *Thiſtleworth.*

Thiſtleworth. Magnitudine ſua, foliis in longas lacinias ſerratas tripartito diviſis, & loco natali ab aliis hujus generis diſtinguitur. (De vi virulenta & deleterea hujus ſpeciei conſule *Wepferum*, qui integrum de ea Librum conſcripſit, titulo, *Cicutæ aquat. Hiſt. & Noxæ.*)

ÆTHUSA.

CAL. Umbella univerſalis *patens*, radiis *interioribus per gradus brevioribus, intimis breviſſimis.* Partialis *parva, patens.* Involucrum univerſale *nullum.* Partiale *dimidiatum, extus poſitum:* foliolis *tribus vel quinque longiſſimis, linearibus, pendulis.* Perianthium proprium *vix notabile.* COR. univerſalis *fere uniformis.* Partialis *Petalis quinque, inflexo-cordatis, inæqualibus.* STAM. Filamenta *quinque, ſimplicia.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *infra receptaculum proprium.* Styli *duo, reflexi.* Stigmata *obtuſa.* PER. *nullum.* Fructus *ex ovato, ſubrotundus, ſtriatus, bipartibilis.* SEM. *duo, ſubrotunda, ſtriata, inde ad tertiam partem plana.*

Æthuſa. Æthuſa. Cicutaria tenuifolia *Ger.* 905. Cicuta minor ſeu fatua *Park.* 933. minor, Petroſelino ſimilis *C. B. Pin.* 160. Cicutaria Apii folio *J. B. III.* 2. 179. *The leſſer Hemlock, or Fool's Parſley.* In hortis oleraceis, arvis pinguioribus, aliiſque locis cultis. A Cicuta differt quod minor ſit, quod caule non maculoſo, radice annua, odore non ingrato, quodque ad baſes umbellarum partialum, ex quibus totales componuntur, foliola tria aut quatuor oblonga oriantur.

CORIANDRUM.

CAL. Umbella univerſalis *radiis paucis:* Partialis *radiis pluribus.* Involucrum univerſale *nullum:* Partiale *triphyllum, extrorſum ſitum, lineare.* Perianthium proprium *quinquedentatum.* COR. univerſalis, *difformis, radiata.* Propria diſci *hermaphrodita.* Petalis *quinque, inflexo-cordatis, æqualibus.* Propr. radii *hermaphrodita:* Petalis *quinque, inflexo-cordatis, inæqualibus, quorum* extimum *maximum, bipartitum; lateralia vero proxima lacinia maxima gaudent.* STAM. Filamenta *quinque, ſimplicia.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *infra receptaculum proprium.* Styli *duo, parvi.* Stigmata *radii capitata.* PER. *nullum.* Fructus *exacte ſphæricus, bipartibilis.* SEM. *duo, hæmiſpherica, concava.* OBS. Floſculi diſci ſæpius abortiunt.

Coriandrum fructibus globoſis. An. Coriandrum *J. B. III.* 2. 89. *Ger.* 859. majus *C. B. Pin.* 158. vulgare *Park.* 918. *Coriander.* Circa *Coggeſhall*, *Tolesbury*, & alibi in agro Eſſexienſi copioſe ſeritur.

Seminum globuli in hac ſpecie ſingulis floſculis ſinguli ſuccedunt. Duo autem ſemina in unum globulum coaleſcere videntur.

Muria conditi uſus eſt in intinctibus, & acetariis; ventriculo gratum eſt, appetitum excitat, obſtructiones reſerat, & urinam provocat.

SCANDIX.

CAL. Umbella univerſalis *longa*, radiis *paucis:* Partialis *copioſior.* Involucrum univerſale *nullum:* Partiale *pentaphyllum, longitudine umbellulæ.* Perianthium proprium, *vix notabile.* COR. univerſalis *leviſſime difformis:* floſculis *hermaphroditis in diſco, femineis in radio.* Propria *Petalis quinque, cordato-inflexis*, intimis *minoribus*, extimo *majori.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *oblongum.* Styli *duo, ſubulati, longitudine minimi petali, erecti, perſiſtentes.* Stigmata *floſculis radiantibus obtuſa.* PER. *nullum.* Fructus *longiſſimus, ſubulatus, bipartibilis.* SEM. *duo, ſubulata, hinc convexa ſulcata, inde plana.* OBS. Floſculi diſci abortiunt *in quibuſdam.*

Pectini veneris ſemina filiformia, baſi nucleum condentia. *Cerefolio* Riv. *ſemina* avato ſubulata, ſtriata. *Involucrum* viride, perſiſtens. *Floſculi* omnes Hermaphroditi. *Odoratæ ſemina* angulata. *Involucrum* caducum. *Floſculi* Hermaphroditi in radio, *Maſculi* in diſco.

Scandix ſeminibus lævibus roſtro longiſſimo. Scandix ſemine roſtrato vulgaris *C. B. Pin.* 152. Pecten Veneris *J. B. III.* 2. 71. Veneris, ſeu Scandix *Ger.* 884. Scandix vulgaris, ſeu Pecten Veneris *Park.* 916. *Shepherds-needle, or Venus-comb.* Inter ſegetes paſſim.

Scandix ſeminibus ovatis hiſpidis, corollis uniformibus, caule lævi. Scandix Anthriſcus. Myrrhis ſylveſtris ſeminibus aſperis *C. B. Pin.* 160. ſylv. Neapolitana atque etiam Anglicana *Park.* 935. Cerefolium ſive Myrrhis nova Æquicolorum Columnæ *Ger. Em.* 1038. Cicutariæ quodammodo ſimilis vel Chærephyllo accedens *J. B. III.* 2. 181. *Small Hemlock-chervil, with rough Seeds.* In aggeribus & muris terrenis lociſque ruderatis.

Folia

Folia huic mollia, Cicutæ fere diviſura; pallidiora; Caulis Cicutæ, umbellæ ſecus foliorum alas Paludapii modo ſedent. Flores albi; ſemina oblonga teretia, aſpera, cacumine oblongo.

Caucalis ſemine aculeato echinato aut hiſpido ab aliis Umbelliferis abunde diſtinguitur, ut alias notas conquirere non ſit opus.

CHÆROPHYLLUM.

CAL. Umbella univerſalis *patens:* Partialis *radiorum numero fere par.* Involucrum univerſale *nullum.* Partiale *deca- ad pentaphyllum:* foliolis *lanceolatis, concavis, reflexis, longitudine fere umbellulæ.* Perianthium proprium *vix notabile.* COR. univerſalis *fere uniformis.* Propria *Petalis quinque, inflexo-cordatis:* exterioribus *paulo majoribus.* STAM. Filamenta *quinque, ſimplicia, longitudine umbellulæ.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *infra receptaculum proprium.* Styli *duo, reflexi.* Stigmata *obtuſa.* PER. *nullum.* Fructus *ovato-oblongus, acuminatus, bipartibilis.* SEM. *duo, oblonga, ſuperne attenuata, hinc convexa, inde plana.* OBS. Semina diſci ſæpe abortiunt.

Floribus omnibus Hermaphroditis.

Chærophyllum floſculis omnibus fertilibus, caule æquali. Chærophyllum Sylveſtre. Cicutaria vulgaris *J. B. III.* 2. 181. Myrrhis ſylveſtris *Park.* 935. ſylv. ſeminibus lævibus *C. B. Pin.* 160. Cicutaria alba Lugdunenſis *Ger. Em.* 1038. *Wild Cicely, Cow-weed.* Ad ſepes, inque pomariis & paſſim ſub arboribus. Vere primo exit & Maio menſe floret.

Notæ hujus ſunt ſemina longa, glabra, per maturitatem nigra, folia magnæ Cicutæ ſed latiora.

Floribus diſci maſculis.

Chærophyllum caule ſcabro: geniculis tumidis. Chærophyllum temulum. Cerefolium ſylveſtre *Ger. Em.* 1038. *Park.* 915. Chærophyllum ſylveſtre *C. B. Pin.* 152. Anthriſcus Plinii quibuſdam, ſemine longo Cicutariæ

au

aut Chærophylli *J. B. III.* 2. 70. *Wild Chervil.* Ad ſepes.

Caulis medulla repletus cavitatem non habet: cum floret planta caules infra genicula in nodos inſignes intumeſcunt: ſemen oblongum, tenue, ſulcatum.

Involucro nullo.

PASTINACA.

CAL. Umbella univerſalis *multiplex plana:* Partialis *multiplex.* Involucrum univerſale *nullum:* Partiale *nullum.* Perianthium proprium *vix notabile.* COR. univerſalis *uniformis.* Propria *petalis quinque, lanceolatis, incurvis.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *infra receptaculum proprium.* Styli *duo, reflexi.* Stigmata *obtuſa.* PER. *nullum.* Fructus *compreſſo-planus, ellipticus, bipartibilis.* SEM. *duo, elliptica, margine cincta, utrinque fere plana.*

Paſtinaca foliis ſimpliciter pinnatis. Paſtinaca ſylveſtris latifolia *C. B. Pin.* 155. latifolia ſylveſtris *Park.* 944. *Ger.* 870. Germanica ſylv. quibuſdam Elaphoboſcum *J. B. III.* 2. 149. *Wild Parſnep.* In agrorum marginibus. Non aliter quam cultu a Sativa differre exiſtimat *J. Bauhinus.*

Paſtinaca latifolia ſativa *Ger.* 870. *Park.* 944. *C. B. Pin.* 155. ſativa latifolia Germanica flore luteo *J. B. III.* 2. 150. *Common Garden Parſnep.* Seritur in agris & hortis.

Hujus notæ ſunt radices carnoſæ eſculentæ, folia pinnata, potius triangulata, flores lutei.

Radix palato gratiſſima eſt, multum nutriens & corpus pinguefaciens; nonnihil tamen flatulenta eſt, unde & Veneri amica.

SMYR-

TAB. VIII.

Pag. 157



plant. 2.

SMYRNIUM.

CAL. Umbella univerſalis *inæqualis, indies major evadens:* Partialis *erecta.* Involucrum univerſale *nullum:* Partiale *nullum.* Perianthium proprium *vix manifeſtum.* COR. univerſalis *uniformis.* Propria *Petalis quinque, lanceolatis, leviter inflexis.* STAM. Filamenta *quinque, ſimplicia, longitudine corollæ.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *infra receptaculum proprium.* Styli *duo, ſimplices.* Stigmata *duo, capitata.* PER. *nullum.* Fructus *ſubgloboſus, ſtriatus, bipartibilis.* SEM. *duo, lunulata, hinc convexa, tribus ſtriis notata, inde plana.*

Smyrnium foliis caulinis ternatis petiolatis ſerratis. Smyrnium *Matth.* 773. Hippoſelinum *Ger. Em.* 1019. Hippoſelinum ſeu Smyrnium vulgare *Park.* 930. Macerone, quibuſdam Smyrnium, ſemine magno nigro *J. B. III.* 2. 126. Hippoſelinum Theophraſti vel Smyrnium Dioſcoridis *C. B. Pin.* 154. *Alexanders.* In rupibus maritimis, v. g. in inſula *Preſtholm* prope Bellum mariſcum primarium Angleſiæ ſeu Monæ inſulæ Taciti oppidum: item in Scotiæ littoreis rupibus non procul Bervico. About *Scarborough* Caſtle. Near *Cliffe* in *Kent*, abundantly. (Near *Deptford* and *Batterſea*; and about *Nottingham* plentifully; Mr. *J. Sherard.*) Officinis noſtris Olus Atrum dicitur; in tranſmarinis vulgo ſed falſo Petroſelinum Macedonicum: noſtratibus *Alexanders*, vulgo etiam in Italia & Germania Herba Alexandrina dicta eſt, vel quia ab Alexandria Ægypti urbe ad nos adhevi ſolitum eſt, vel quia id vulgo creditum.

Venit in cibum cruda & cocta tum radix conciſa, tum folia tenella & caulis, vel in juſculis, vel in intinctibus cum aceto & oleo ad ſanguinem depurandum verno tempore.

Smyrnium tenuifolium, noſtras *Raj. Hiſt. III.* 254. Pimpinella ſaxifraga hircina maxima, Cornubienſis *D. Stevens.* Tragoſelinum maximum Cornubienſe, umbella maxima *D. Buddle.* Saxifraga Cornubiæ *Pet H. B.* 26. 9. Accuratiorem quam *Petiveri* hujus figuram vid. Tab. VIII.

ANE-

ANETHUM.

CAL. Umbella univerſalis *multiplex:* Partialis *multiplex.* Involucrum univerſale *nullum:* Partiale *nullum.* Perianthium proprium *vix notabile.* COR. univerſalis *uniformis.* Propria *Petalis quinque, lanceolatis, incurvis.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *infra receptaculum proprium.* Styli *duo, parvi.* Stigmata *obtuſa.* PER. *nullum.* Fructus *fere ovatus, compreſſus, bipartibilis.* SEM. *duo, ſubovata, hinc convexa, ſtriata, inde plana.* OBS. *Anethi* dicti Semina margine membranaceo cincta ſunt. *Fœniculi* dicti Semina margine membranaceo deſtituta ſunt.

Anethum fructibus ovatis. Anethum Fœniculum Dictum. Fœniculum vulgare *Ger.* 877. *Park.* 884. vulgare minus, nigriore & acriore ſemine *J. B. III.* 2. 2. vulgare Germanicum *C. B. Pin.* 147. item vulg. Italicum, ſemine oblongo, guſtu acuto *Ejuſdem.* Item Fœniculum ſylv. *Ejuſdem.* Hæc enim tria non aliter differunt quam accidentibus a loco & cultura ortis. *Common Fennel, or Finckle.* In aggeribus maritimis & clivis cretaceis in extremo Cornubiæ receſſu, inque Suſſexia ad occidentalem terminum paludis Pevenſeiæ (ut & inter Londinum & Graveſend variis locis obſervatione *Doody.)*

Fœniculi notæ ſunt folia obſcure viridia in longa & capillacea ſegmenta diviſa, ſemina ſtriata parva oblonga.

Semen viſum acuit, ventriculum roborat, flatus diſcutit, aſthmaticos juvat. Folia lac nutricibus augent; eorundem aut ſeminis decoctum urinam movet & calculum pellit. Eorundem ſuccus aut aqua deſtillata oculis indita, viſum etiam acuit & oculos illuſtrat. Radices menſes provocare, obſtructiones hepatis & lienis reſerare, ictero mederi dicuntur. Herba tota juſculis & ſorbitionibus incocta ad corpus obeſum extenuandum utilis eſſe perhibetur.

CARUM.

CARUM.

CAL. Umbella univerſalis *longa*, radiis *decem*, *ſæpius inæqualibus*: Partialis *conferta*. Involucrum univerſale *nullum*: Partiale *nullum*. Perianthium *vix manifeſtum*. COR. univerſalis *uniformis*. Propria *ſubæqualis*: *Petalis quinque, obtuſis, inflexo apice, cordatis*. STAM. Filamenta *quinque, capillaria, longitudine corollæ*. Antheræ *ſubrotundæ, minimæ*. PIST. Germen *infra receptaculum*. Styli *duo, minimi*. Stigmata *ſimplicia*. PER. *nullum*. Fructus *ovato-oblongus, ſtriatus, bipartibilis*. SEM. *duo, hinc convexa, ovato-oblonga, ſtriata, inde plana*.

Carum. Carum ſeu Careum *Ger*. 879. Carum vulgare *Park*. 910. Caros *J. B. III*. 2. 69. Cuminum pratenſe, Carui Officinarum *C. B. Pin*. 158. *Caraways*. In paluſtribus Lincolnienſibus, inque paſcuis depreſſis & pinguibus prope *Hull* oppidum in Comit. Eboracenſi copioſe, & alibi etiam in pratis. (In *Norfolk*, & in *Chriſt-College* Meadows in *Cambridge*; Mr. *J. Sherard*.) Foliis pinnatis, pinnis in multas lacinias diſſectis, abſque pediculorum interventu rachi mediæ adhærentibus, ſeminibus parvis, ablongis, ſtriatis, aromaticis, radice dulci eſculenta innoteſcit.

Semen ſtomachicum eſt ac diureticum, ſiquidem flatus diſcutit, concoctionem promovet, urinam ciet, lactis abundantiam præbet. Hinc uſus ejus inſignis eſt in colica, vertigine, epilepſia præcavenda. Ad hos uſus cum panibus, quos biſcoctos vocant, compinſitur, & caſeis adjicitur [in Germania] placentis & artomelis, aliiſque ferculis incoquitur, & in Officinis Saccharo obducitur, ad ventoſitatem ſcil. corrigendam. Radix dum adhuc tenera eſt, non minus efficax habetur quam ſemen; eſtque in cibis ipſa etiam Paſtinaca delicatior, teſte *Parkinſono*.

PIMPINELLA.

CAL. Umbella univerſalis *radiis pluribus*: Partialis *radiis adhuc pluribus*. Involucrum univerſale *nullum*: Partiale *nullum*. Perianthium proprium *vix notabile*. COR. univerſalis *uniformis*: Propria *petalis quinque, inflexo-cordatis, ſubæqualibus*. STAM. Filamenta *quinque, ſimplicia, corollula lon-*

longiora. Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *infra receptaculum proprium.* Styli *duo, breviſſimi.* Stigmata *obtuſa.* PER. *nullum.* Fructus *ovato-oblongus, bipartibilis.* SEM. *duo, oblonga, verſus apicem anguſtiora, hinc convexa, ſtriata, inde plana.*

Pimpinella foliis pinnatis : foliolis radicalibus ſubrotundis ; ſummis linearibus. Pimpinella ſaxifraga minor *C. B. Pin.* 160. ſaxifraga hircina minor *Park.* 947. (an ſaxifraga minor noſtras *Ejuſd ?* 946.) Pimpinella ſeu ſaxifragra minor *Ger. Em.* 1044. Saxifraga hircina minima, Pimpinella criſpa Tragi *J. B. III.* 2. 113. *Small Burnet-ſaxifrage, with divided Leaves.* Cum ſequenti a qua non aliter differre videtur, quam foliis in tenues lacinias diviſis.

Lithontriptica, ſudorifera & vulneraria habetur. Uſus in præcavendis ac curandis venenis & morbis contagioſis; in reſerandis obſtructionibus hepatis, renum, pulmonum, menſium ; in arena, calculo ac ſtranguria ; in colicis doloribus ; in tuſſi, aſthmate, Peripneumonia. *Vix mihi perſuaſerint* (inquit J. Bauhinus) *adeo acrem ac fervidam radicem phthiſicis convenire, ut neque tuſſi, aſthmati, peripneumoniæ ; aut vulnerariam eſſe :* in cruditate & imbecillitate ventriculi, in lue Venerea. Eſt etiam Antidotus argenti vivi. Extrinſecus valet in maculis faciei extergendis, in odontalgia, &c.

Pimpinella ſaxifraga *Ger. Em.* 1044. ſaxifr. hircina major *Park.* 947. ſaxif. major umbella candida *C. B. Pin.* 159. Saxifraga hircina major *J. B. III.* 2. 109. *Great Burnet-ſaxifrage.* In ſylvis agro Cantabrigienſi & Bedfordienſi, Cantiano quoque & alibi in Anglia. In *Hollinghall* Wood, near *Loughborough*; and in *Stockney* Wood, and the Hedges about *Leiceſter* ; Mr. *Pultney.* Between *Sittingbourn* and *Canterbury*, and along the Sides of the Roads between *Maidſtone* and *Farningham* ; Doctor *Watſon.* In hoc genere folia interdum in lacinias diviſa nos quoque poſt *Cluſium* obſervavimus.

Pimpinella ſaxifraga major, degener, ſeu foliis diſſectis *Hiſt. Oxon. III.* 284. By the Hedges every where near *Maidſtone* in *Kent.* Obſerved by Mr. *J. Sherard*, in Company with Mr. *Rand.* Prioris varietas.

Pimpinella ſaxifraga minor foliis ſanguiſorbæ. Saxifraga hircina minor foliis Sanguiſorbæ *J. B. III.* 2.

111.

III. Pimp. ſaxiſraga major altera *C. B. Pin.* 159. Pimp. ſaxifraga major noſtras *Park.* 946. Præter rationem major dicitur. *The leſſer round leaved Burnet-ſaxifrage.* In paſcuis ſiccioribus, ſolo præſertim glareoſo.

APIUM.

CAL. Umbella univerſalis *radiis paucioribus:* Partialis *radiis pluribus.* Involucrum univerſale *parvum, unico vel pluribus foliolis:* Partiale *conſimile.* Perianthium proprium *vix notabile.* COR. univerſalis *uniformis:* Propria *Petalis ſubrotundis, inflexis, æqualibus.* STAM. Filamenta *quinque, ſimplicia.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *infra receptaculum proprium.* Styli *duo, reflexi.* Stigmata *obtuſa.* PER. *nullum.* Fructus *ovatus, ſtriatus, bipartibilis.* SEM. *duo, ovata, hinc ſtriata, inde plana.*

Apium foliolis caulinis cuneiformibus. Apium paluſtre & Officinarum *C. B. Pin.* 154. vulgare ingratius *J. B. III.* 2. 100. paluſtre ſeu Eleoſelinum Veteribus *Ejuſd. Ibid.* vulgare ſive paluſtre *Park.* 926. Eleoſelinum ſeu Paludapium *Ger.* 862. *Smallage.* In paludoſis rivulis & foſſis majoribus, præſertim ad mare.

Folia Petroſelini majora, umbellæ in divaricatione caulis & ramorum brevibus pediculis inſidentes, ſemina Petroſelini minora, odor vehementior & ingratior, locus paluſtris ab aliis hanc diſtinguunt.

Radix 5 radicibus aperientibus accenſetur: ſemen 4 ſeminibus calidis minoribus. Rad. urinam & menſes movet, calculum pellit, regium morbum ſolvit. Semen efficacius eſt quam radix: ejus tamen uſus minus tutus eſt, quia comitiali morbo obnoxii ab eo offenduntur.

ÆGOPODIUM.

CAL. Umbella univerſalis *multiplex, convexa:* Partialis *conſimilis, plana.* Involucrum univerſale *nullum:* Partiale *nullum.* Perianthium proprium *vix notabile.* COR. Univerſalis *uniformis:* Propria *petalis quinque, ovatis, concavis, ſubæqualibus.* STAM. Filamenta *quinque, ſimplicia.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *infra receptaculum proprium.* Styli *duo, ſimplices, erecti, longitudine corollulæ.* Stigmata *capitata.* PER. *nullum* Fructus *ovato-oblongus, ſtriatus, bipartibilis.* SEM. *duo, ovato oblonga, hinc convexa, ſtriata, inde plana.*

Ægopodium foliis caulinis ſummis ternatis. Ægopodium Podagraria dictum. Angelica ſylveſtris minor ſeu erratica *C. B. Pin.* 155. ſylv. repens *J. B. III.* 2. 145. Herba Gerardi *Ger.* 848. Podagraria vulgaris *Park.* 943. *Herb Gerard, Gout-weed, or Aſh-weed.* Ad ſepes, præcipue hortorum, ubi reptatu ſuo odioſa eſt, nec facile extirpari poteſt.

Foliis & odore Angelicæ, & inſigni reptandi licentia ab aliis umbelliferis diſcretu facilis eſt.

Eiſdem cum angelica ſativa viribus pollere creditur, quamvis languidior ſit: et ab effectu etiam Podagraria dicitur.

TRIGYNIA.

VIBURNUM.

CAL. Perianthium *quinquedentatum, minimum, perſiſtens.* COR. Petalum *Campanulatum, ſemiquinquefidum:* laciniis *obtuſis, reflexis.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, corollæ longitudine.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *ſubrotundum, infra receptaculum.* Stylus *nullus, cujus loco Glandula turbinata.* Stigmata *tria, obtuſa.* PER. Bacca *ſubrotunda, unilocularis.* SEM. *unicum, oſſeum, ſubrotundum.*

Viburnum foliis cordatis ſerratis venoſis ſubtus tomentoſis. Viburnum *Park.* 1448. *C. B. Pin.* 429. Lantana ſive Viburnum *Ger. Em.* 1490. Lantana vulgo, aliis Viburnum *J. B. I.* 557. *The pliant Mealy-tree* Park. *The Way-faring-tree* Ger. In ſepibus, ſolo maxime inculto & argilloſo. Arboris magnitudinem raro aſſequitur in Meridionali Angliæ parte; in Septentrionali ſæpe.

Vimina huic lenta lanuginoſa, folia ſubrotunda, incana, prona præſertim facie, flores in umbellis, baccæ per maturitatem nigræ, compreſſæ.

Baccæ ſiccant & aſtringunt, unde ad alvi fluxiones, columellæ procidentiam & oris glandularum tumores commendantur. E radicum corticibus paratur viſcum.

Viburnum foliis lobatis, petiolis glanduloſis. Opulus. Opulus *Ruellii* 281. *Inſt. R. H.* 607. Sambucus aquatica *J. B. I.* 502. aquatica flore ſimplici *C. B. Pin.* 564. aquatilis ſeu paluſtris *Ger.* 1237. paluſtris ſeu aquatica

ca *Park.* 208. *Water-elder.* Ad aquas & fluviorum ripas.

Folia Aceris minoris vel Sorbi torminalis foliorum æmula. Flores in umbella, candidi. Acini rubri ſemen continent planum, latum, cordis effigie.

Sambucus roſea varietas eſt præcedentis. Flos ejus ex obſervatione Doodiana *Syn. II. App.* 343. valde imperfectus eſt, ſine ſtylo vel apicibus, qua de cauſa fructum nunquam edit. Ceterum in illius etiam umbella flos ſtamineus & non ſtamineus, (uterque ſimul) conſpiciuntur; alter baccam præbet, alter autem ſemper ſterilis eſt.

SAMBUCUS.

CAL. Perianthium *monophyllum, quinquepartitum, minimum, perſiſtens.* COR. Petalum *rotato-concavum, ſemiquinquefidum, obtuſum,* laciniis *reflexis.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, longitudine corollæ.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *ovatum, obtuſum, infra receptaculum.* Stylus *nullus, cujus loco Glandula ventricoſa.* Stigmata *tria, obtuſa.* PER. Bacca *ſubrotunda, unilocularis.* SEM. *tria, hinc convexa, inde angulata.*

Sambucus cymis tripartitis, ſtipulis foliaceis. Sambucus humilis ſeu Ebulus *C. B. Pin.* 456. Ebulus ſive Sambucus humilis *Ger.* 1238. *Park.* 209. Ebulus ſeu Sambucus herbacea *J. B. I.* 546. *Dwarf-elder, Walwort, or Danewort,* quia e Danorum occiſorum ſanguine ortum fabulantur. Ad vias inque agrorum limitibus & cœmiteriis. Wild in the Biſhop of *Ely*'s Garden in *Holborn*; Dr. *Watſon.*

Cortices Ebuli & ſemina vim habent educendi aquam, conferunt igitur in hydrope, Arthritide, ceteriſque morbis a ſero ortis: in hydrope radicis & ſeminum decoctum, quod tamen ob vehementiam purgationis corrigi debet: ad podagricos dolores folia in lixivio decocta & externa applicata, ſed efficacius oleum ſeminis per expreſſionem. Summa eiſdem viribus pollet quibus Sambucus.

Sambucus cymis quinquepartitis, caule arboreo. Sambucus *Ger.* 1234. vulgaris *J. B. I.* 544. *Park.* 207. fructu in umbella nigro *C. B. Pin.* 456. *Common Elder.* Ad ma-

macerias & ſepes, inque dumetis & incultis locis, præſertim humectis & umbroſis.

Sambucus acinis albis *J. B. I.* 546. fructu albo *Ger.* 1422. *Park.* 208. fructu in umbella viridi *C. B. Pin.* 456. *White-berried Elder.* Obſerved by Dr. *Plukenett*, and by Mr. *Bobart*, in the Hedges near *Watlington, Oxfordſhire.* (At *Halley* in *Kent*; Mr. *J. Sherard.*) Variat baccis albis & ex albo flaveſcentibus.

Sambucus laciniato folio *C. B. Pin.* 456. *Park.* 208. *Ger.* 1234. laciniata *J. B. I.* 549. Prope *Mancunium* Lancaſtriæ in ſepibus; Mr. *Lawſon.* Near *Briſtol*; *D. Jolliff.* (At *Halley*, near *Dartford*, in *Kent*; Mr. *J. Sherard.* At *Walſoken*, near *Wisbech*; Dr. *Maſſey.*) Near *Greenwich*; Dr. *Watſon.*

Sambuci vulgaris cortex interior educit ſeroſos humores, unde & hydropicos juvat. Idem ſed mitius præſtant turiones & gemmæ acetariis adhiberi ſolitæ. Cortex interior impoſitus valet ad ambuſta. Flores ſudoriferi & anodyni ſunt. Uſus præcipuus intrinſecus in Eryſipelate præcavendo & abigendo, extrinſecus etiam ad idem valent calefacti & impoſiti. Contra Eryſipelas in frequenti uſu eſt fotus ex aquæ Sambuci part. 2. & Spir. vini part. 1. vid. *Hiſt. noſt. p.* 1610. Baccæ Sambuci alexipharmacæ & ſudoriferæ ſunt, & ex eiſdem multa medicamenta parantur. Succus earundem inſpiſſatus valet ad movendos ſudores: item decoctum corticis mediani hujus vel Ebuli cum Syrupo Papaveris.

STAPHYLÆA.

CAL. Perianthium *quinquepartitum, concavum, ſubrotundum, coloratum, magnitudine ferme corollæ.* COR. Petala *quinque, oblonga, erecta, calyci ſimilia.* Nectarium *e receptaculo fructificationis, in fundo floris, concavum, urceolatum.* STAM. Filamenta *quinque, oblonga, erecta, longitudine calycis.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *craſſiuſculum, tripartitum.* Styli *tres, ſimplices, ſtaminibus paulo longiores.* Stigmata *obtuſa, contigua.* PER. Capſulæ *tres, inflatæ, flaccidæ, longitudinaliter ſutura coalitæ, apicibus acuminatis introrſum dehiſcentibus.* SEM. *bina, oſſea, ſubgloboſa, acumine obliquo, & fovea orbiculata ad latus apicis.* OBS. In quibuſdam ſpeciebus numerus ternarius Piſtilli & Pericarpii evadit binarius.

Staphylæa foliis pinnatis. Staphylodendron *J. B. I.* 274. Nux veſicaria *Ger.* 1249. *Park.* 1417. Piſtacia ſyl-

ſylveſtris *C. B. Pin.* 401. *The Bladder Nut-tree.* In ſepibus circa *Pontemfractum* Comit. Eboracenſis oppidum, non tamen ita copioſe ut auſim ſpontaneum aſſerere. In Cantio circa *Aſhfordiam* inveniri apud *Parkinſonum* legimus.

Folia Fraxini aut Sambuci; nuces geminæ in veſicis inflatis, in duos loculos ceu ſcrotum diſpertitis.

ALSINE.

CAL. Perianthium *pentaphyllum: Foliolis concavis, oblongis, acuminatis.* COR. Petala *quiuque, æqualia, calyce longiora.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *ſubovatum.* Styli *tres, filiformes.* Stigmata *obtuſa.* PER. Capſula *ovata, unilocularis, tecta.* SEM. *plurima, ſubrotunda.*

Alſine petalis bipartitis, foliis ovato-cordatis. Alſine vulgaris ſeu Morſus gallinæ *J. B. III.* 363. media *C. B. Pin.* 250. media ſeu minor *Ger.* 489. *Common Chickweed.* In uliginoſis ad ſepes & vias, inque hortis inter olera paſſim per totam æſtatem floret. Ratione loci aliorumque accidentium magnitudine inſigniter variat, ut pro diverſa habeatur.

Refrigerat & humectat moderate, unde inflammationes & calores reſtringuit tum exterius applicata, tum intus ſumpta. Pullis & aviculis eſca ſalutaris cenſetur, unde nomen Anglicum *Chickweed* ei inditum.

Alſine longifolia uliginoſis proveniens locis *J. B. III.* 365. aquatica media *C. B. Pin.* 251. fontana *Tab. Ic.* 712. *Ger.* 490. aquatica folio Gratiolæ, ſtellato flore *Cat. Giſſ.* 38. & *App.* 39. Hyperici folio Vaill *J. R. H.* 242. *Long-leaved Water Chickweed.* On boggy Grounds, and by Rivulets and Ditch-ſides that carry Water all the Year. Near *Woodford* Bridge, in a Ditch on the right Hand, going to the Town; Dr. *Watſon.* Folia hujus longa ſunt, pallide virida, Gratiolæ paria, ſed minora; caules quadranguli, infirmi procumbentes, flores parvi, petalis quinis, ad unguem uſque bifidis, quod in figuris *J. B. Tabern.* & *Ger.* non exprimitur. (Caulem habet quadrangularem & flores ex alis foliorum; D. *Doody.*)

TETRAGYNIA.

PARNASSIA.

CAL. Perianthium *quinquepartitum:* laciniis *oblongis, acutis, patentibus, perſiſtentibus.* COR. Petala *quinque, ſubrotunda, emarginata, ſtriata, concava, patentia.* Nectaria *quinque:* ſingulum *ſquama cordata, concava, ſtylis* 13. *per marginem gradatim altioribus inſtructum, quibus ſingulis globus inſidet.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, longitudine corollæ.* Antheræ *depreſſæ, incumbentes.* PIST. Germen *ovatum, magnum.* Stylus *nullus*; *cujus loco foramen.* Stigmata *quatuor, obtuſa, perſiſtentia, in fructu majora.* PER. Capſula *tetragono-ovata, unilocularis, quadrivalvis.* Receptaculum *quadruplex, valvulis adnatum.* SEM. *plurima, oblonga.* OBS. *Eſſentialis character* e Nectario facillime colligitur.

Parnaſſia. Parnaſſia vnlgaris & paluſtris *J. R. H.* 246. Gramen Parnaſſi minus *Ger.* 691. Parn. vulgare *Park.* 429. Parn. flore albo ſimplici *C. B. Pin.* 309. Parn. Dodonæo, quibuſdam Hepaticus flos *J. B. III.* 537. *Graſs of Parnaſſus.* Auguſto menſe floret in paluſtribus. (Gramen Parnaſſi flore pleno. In *Lancaſhire*; *Merr. P.* About *Edinburgh*; Mr. *Wood.)* In a Meadow near *Harefield* Paper-mill, and in a boggy Field between *High-ongar* and *Chipping-ongar*, in *Eſſex*, abundantly; Mr. *Blackſtone.* In the marſhy Cloſes near *Buddon* Wood, *Leiceſterſhire*; Mr. *Pultney.*

PENTAGYNIA.

STATICE.

CAL. Perianthium commune *diverſæ in diverſis ſtructuræ.* Perianth. proprium *monophyllum, infundibuliforme:* Tubo *anguſtato*; Limbo *integro, plicato.* COR. *infundibuliformis.* Petala *quinque, inferne anguſtata, ſuperne latiora, obtuſa, patentia.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, corolla breviora, unguibus corollæ inſerta.* Antheræ *incumbentes.* PIST. Germen *minutiſſimum.* Styli *quinque, filiformes, diſtantes.* Stigmata *acuta.* PER. *nullum.* Calyx proprius *collo coarctatus, limbo*

ex-

expanſus, ſemen fovens. SEM. *unicum, minimum, ſubrotundum, calyce proprio coronatum.* OBS. *Statice* auctorum *calyce communi* triplici, florem ſubrotundundum componit. *Limonium* auctorum *calyce communi* imbricato floſculos ſerie oblonga exhibet. Species *Monopetala,* genere diſtingui non debet, cum in pentapetalis filamenta ſtaminum ipſis unguibus petalorum inſerta ſunt.

Statyce caule nudo ſimplici capitato. Statice montana minor *Inſt. R. H.* 341. Caryophyllus montanus minor *C. B. Pin.* 211. marinus minimus Lobelii *Ger.* 482. Gramen marinum minus *Park.* 1279. Caryophylleus flos aphyllocaulos, vel junceus minor *J. B. III.* 336. *Thrift, or Sea Gilly-flower.* In paluſtribus maritimis inque ſcopulis frequens. Plentiful about *Grantham* and *Sleaford,* in *Lincolnſhire,* far from the Sea; Mr. *Pultney.*

Flores pentapetali, in capitulum Scabioſæ æmulum congeſti, caulis aphyllos, folia graminea ſufficiunt huic ad diſtinctionem.

Non abs re Caryophyllum hunc montanum appellat *C. Bauhinus*; nam & nos prope *Moguntiam* Germaniæ urbem eum invenimus; & *D. Lawſon* in Angliæ etiam mediterraneis prope montem *Hincklehaugh.* In *Bleaberrygill,* at the Head of *Stockdale-fields,* non longe a *Settle* oppido Eboracenſi: In pleriſque etiam montibus & rupibus altioribus circa *Snowdon* in Cambria invenit *D. Lhwyd.*

Statice caule nudo paniculato tereti, foliis lævibus. Statice Limonium Dictum. Limonium *Ger.* 332. majus vulgatius *Park.* 1234. maritimum majus *C. B. Pin.* 192. majus multis, aliis Behen rubrum *J. B. III. App.* 876. *Sea-Lavender.* In ſalſis paluſtribus, inque clivis maritimis.

Aliam ſpeciem Limonii a Lobelio inventam in agris Colceſtrenſibus prope mare memorat *Parkinſonus: Gerardus* quoque Limonium minus a ſe obſervatum ſcribit in clivis maritimis inſulæ *Thanet* prope *Margate.* Nos unicam duntaxat ſpeciem in Anglia ſpontaneam obſervavimus, quæ tamen magnitudine inſigniter variat ratione loci in quo oritur; major ſcilicet quæ in paluſtribus ſalſis, minor quæ in clivis & rupium fiſſuris.

Limonium minus a D. Dre *Plukenet* in Anglia repertum & collectum hoc anno florens a me conſpectum in Horto Regio *S. Jacobi,* a vulgari majore manifeſte diſtinctum eſſe agnovi,

 non

non ſolum quod minus ſit, ſed quod folia alis continuentur uſque ad radicem, adeo ut folia pediculis carere dici poſſint; *Dood. Syn. II.* 342. Prope *Harwich.* Limonium minus maritimum noſtras *Pluk. Alm.* 220. Limonium parvum *Ger.* 332. *Em.* 411. At *Ramſgate* in *Kent*; Mr. *Dale.*

Limonium Anglicum minus, caulibus ramoſioribus, floribus in ſpicis rarius ſitis *R Hiſt. III.* 247. I found this on the Sea-banks, by the Tide mill at *Walton* in *Eſſex*, and the ſame (only larger) on the Sea-banks of the Marſh, on the left-Hand of the Road from *Heybridge* to *Maldon*, in the ſame County; Mr. *Dale.* Found alſo by Mr. *Sherard* and Mr. *Rand*, at the Mouth of the River that runs from *Chicheſter.* Folia longiora ſunt & magis acuminata; ſerius etiam floret.

Ceteris ſpeciebus flores majus umbellatim diſpoſiti ſunt & denſius ſtipati; *D. Doody.*

Semen aſtringit, proinde diarrhœæ, hæmorrhagiæ, & fluxui menſtruo nimio medetur.

Statice caule ſubnudo paniculato proſtrato, ramis ſterilibus retroflexis nudis, foliis cuneiformibus. Statice foliis obverſe-ovatis, ramis nudis humifuſis, intricatis. *Sauv. monſp.* 15. in maritimis. On the Sea ſhore, near *Wells* in *Norfolk*; Dr. *Watſon.*

Limonium minus, virgulis retiformiter ſe invicem implicatis. *Pluk. Alm.* 201. *t.* 42. *f.* 4.

Limonium reticulatum. *Raj. Hiſt.* 396. *Bocc. Sic.* 82. *t.* 44.

LINUM.

CAL. Perianthium *pentaphyllum, lanceolatum, acutum, erectum, parvum, perſiſtens.* COR. *infundibuliformis.* Petala *quinque, oblonga, ſuperne ſenſim latiora, obtuſa, patentiora, magna.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, erecta, longitudine calycis.* Antheræ *ſimplices, ſagittatæ.* PIST. Germen *ovatum.* Styli *quinque, filiformes, erecti, longitudine ſtaminum.* Stigmata *ſimplicia, reflexa.* PER. Capſula *globoſa, rude pentagona, decemlocularis, quinquevalvis.* SEM. *ſolitaria, ovato-planiuſcula, acuminata, glabra.* OBS. In *Radiola* unica quinta pars numeri eximitur.

Linum calycibus capſuliſque mucronatis, petalis crenatis, foliis lanceolatis alternis, caule ſubſolitario. Linum *J. B. III.* 450. ſativum *C. B. Pin.* 214. *Ger. Emac.* 556. *Park.* 1335. *Manured Flax.* Seritur in agris. Radice annua, foliis glaucis, capitulis majoribus, ſemine melino, fibris caulium ad linteamina conficienda idoneis ab aliis ſpeciebus dignoſcitur.

Linum ſylveſtre ſativum plane referens *J. B. III.* 452. arvenſe *C. B. Pin.* 214. ſylveſtre vulgatius *Park.* 1334. *Common wild Flax.* Inter ſegetes frequens. Neſcio an aliter a ſativo differat, quam ut ſylveſtre a culto.

Linum calycibus capſuliſque obtuſis, foliis alternis lanceolatis integerrimis. Linum ſylveſtre cœruleum perenne erectius, flore & capitulo majore. Linum perenne majus cœruleum, capitulo majore *Hiſt. Ox. II.* 573. 3. *Wild perennial blue Flax, the larger.* In agri Cantabrigienſis collibus, *Gogmagog* dictis, ad margines ſatorum copioſe. Alſo at *Croſby Ravenſworth*, and between *Shap* and *Threapland* in *Weſtmoreland*; Mr. *Lawſon.* And on the Balks of Corn-fields about *Bernak* Heath in *Northamptonſhire.*

Linum calycibus acuminatis, foliis ſparſis lineari-ſetaceis retrorſum ſcabris. Linum ſylveſtre anguſtifolium, floribus dilute purpuraſcentibus vel carneis *C. B. Pin.* 214. ſylv. anguſtifolium album, lineis in umbilico purpureis *J. B. III.* 453. Linum ſylv. 6. anguſtifolium *Cluſ. Hiſt.* 318. *Narrow-leaved wild Flax.* In the Paſtures by the Sea-ſide about St. *Ives* and *Truro*, in *Cornwal*, plentifully. (By Mr. *J. Sherard* plentifully, in a Field on the left Hand of the Lane that leads from the Sea to *Pett*, a ſmall Village four Miles from *Haſtings*; and on *Beacon-hill* in *Kent.*)

Flores huic, ut recte *C. B.* ex diluta purpura candicant & quaſi carnei ſunt, virgulæ valde graciles, firmæ tamen, folia anguſta mucronata : ut dubitem annon hæc ſit Lini ſylv. quinti Cluſii varietas.

Linum ſylveſtre cœruleum perenne procumbens, flore & capitulo minore. Linum perenne minus cœruleum; capitulo minore *Hiſt. Ox. II.* 573. 4. *Wild perennial blue Flax, the leſſer.* Obſerved by Mr. *Dale*, in *Cambridgeſhire* ; the particular place he doth not remember. I myſelf ſaw both Species in his Garden, which came of Seeds he brought from thence. A præcedente tamen ſpecie differre non fidenter affirmaverim.

Linum foliis oppoſitis ovato-lanceolatis, caule dichotomo, corollis acutis. Linum ſylveſtre catharticum *Ger. Emac.* 560. (Fig. vit.) pratenſe floſculis exiguis *C. B. Pin.* 214. Chamælinum Cluſii flore albo, ſive Linum ſylveſtre catharticum *Park.* 1336. (Fig. vit.) Alſine verna glabra floſculis albis, vel potius Linum minimum *J. B. III.* 455. *Purging or wild Dwarf-flax, or Mill-mountain.*

In

In paſcuis ſiccioribus præſertim montoſis. Floret Junio & per totam æſtatem.

Parvitate ſua, floribus albis exiguis, vaſculis Lini canaliculatis, & vi cathartica ab aliis Linis abunde diſtinguitur.

Lini ſativi uſus & utilitates non facile eſſet omnes enumerare Conſule *Plinium* lib. 7. procem. *J. Bauhinum* & *Hiſt. noſt.* 1072. 2.

Oleum Lini duritias & tumores omnes emollit ac maturat, dolores lenit, nervorum tenſiones, contractioneſque laxat: magnarum virium eſt in pleuriticis doloribus, peripneumonia, phthiſi inſuper & doloribus colicis. Pictoribus, ſtatuariis, aliiſque artificibus expetitur, ad lucernas etiam utile eſt. Atramentum typographicum e fuligine lampadis & oleo Lini componitur. Lini ſylv. cathartici herba integra cum caulibus & capitulis vino albo per noctem ſuper cineres calidos infuſa feroſos humores purgat ſatis valide.

Linum foliis oppoſitis, caule dichotomo, floribus tetrandris tetragynis. Linum Radiola Dictum. Radiola vulgaris ſerpyllifolia. Millegrana minima *Ger. Em.* 569. minima ſeu Herniaria minor *Park.* 447. Polygonum minimum ſeu Millegrana minima *C. B. Pin.* 282. Alſine minima polyſpermos, Millegrana dicta *Pluk. Alm.* 20. *The leaſt Rupture-wort, or All-ſeed.* Æſtate viget in ericetis ſabuloſis, humidioribus præſertim. (On the Common before you come to *Chiſſelhurſt*; Mr. *Sherard.*)

Cauliculis uncialibus ramoſiſſimis, foliis Serpylli aut Alſines minimæ figura, ſed multis numeris minoribus, abſque pediculis adnatis ab aliis tetrapetalis Alſinis differt.

(Immo non his tantum notis, ſed & calyce multifido & vaſculo in octo loculamenta, ſingula ſingula ſemina continentia, diviſo, in tantum ab Alſinis tetrapetalis differt, ut peculiare genus mereatur, quamvis una ſaltem ejus ſpecies adhuc nota ſit. Hæc quamvis a *Lobelio Ic. I.* 422. & *Teut.* 506. ſatis bene fuerit expreſſa, & character ejus etiam deſcriptus fuerit in *Cat. G.* & *Eph. N. Cur. Cent. V.* & vi. *App.* tamen cum is forte omnibus nondum innotuerit, pro uberiori illuſtratione totius herbæ & characteriſmi iconem denuo exhibere liceat. Tab. xv. f. 3. autem ipſa plantula cum capitulis, quæ floreſcentiæ

centiæ etiam tempore, plerunque clauſa ſunt & granula referunt, lit. *a.* Flos apertus cum embryone & calycis foliis, *b.* vaſculum apertum, *c.* idem clauſum, *d.* & *e.* ſemina exhibentur. Quæ omnia ob exiliatem, per microſcopium aucta ſunt, exceptis ſeminibus ad *d.* quæ naturali magnitudine depicta ſunt.)

DROSERA.

CAL. Perianthium *monophyllum, quinquefidum, acutum, erectum, perſiſtens.* COR. *infundibuliformis.* Petala *quinque, ſubovata, obtuſa, calyce paulo majora.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, lougitudine calycis.* Antheræ *parvæ.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Styli *quinque, ſimplices, longitudine ſtaminum.* Stigmata *ſimplicia.* PER. Capſula *ſubovata, unilocularis, apice quinquevalvi, dehiſcens.* SEM. *plurima, minima, ſubovata.*

Droſera ſcapis radicatis, foliis orbiculatis. Ros ſolis folio rotundo *C. B. Pin.* 357. ſolis *J. B. III.* 761. major *Ger.* 1366. *Park.* 1052. *Roſa-ſolis, or Sun-dew with round Leaves.* In humidis paluſtribus non raro, & inter muſcos aquaticos.

(An hæc ſpecies a ſequenti differat, merito dubitatur, videturque ideo eam bene ſub eodem capite complexus eſſe *J. Bauhinus.* Forte altera mas, altera fœmina. Cæterum Ros ſolis longifolius *Parkins.* Nullam convenientiam habet cum iis figuris, quas ſub ſequenti enumerat *C. Bauhinus,* videturque ad 4. potius ſpeciem pertinere.)

Ros ſolis folio oblongo *C. B. Pin.* 357. ſolis minor *Ger.* 1366. Ros ſolis ſylveſtris longifolius *Park.* 1052. *Long-leaved Roſa-ſolis, or Sun-dew.* Upon *Hinton-moor,* near *Cambridge.* (And on *Bagſhot-heath*; Mr. *Dood.* An annua ſit cum priore, ut *Rajus* dicit *Syn. II.* 214. dubium videtur.)

Beſides theſe, *Tho. Williſel* obſerved three other ſorts.

1. Rorella rotundifolia perennis. *Perennial round-leaved Sun-dew.* Found in *Devonſhire.*

2. Rorella longifolia perennis. *Perennial long-leaved Sun-dew.* In *Yorkſhire,* between *Doncaſter* and *Bautrey.* (By Mr. *J. Sherard,* in a Bog on *Weſtfield-down,* near *Haſtings.* Hæc ſpecies a 2 differt; vid. deſcriptionem in *Raj. Hiſt.* 1100.)

3. Rorella longifolia maxima. *The greateſt long-leaved Sun-dew.* Three Miles from *Carliſle,* towards *Scotland.* De his conſule *Hiſt. noſt. p.* 1100.

Herba

Herba cauſtica eſt, & cuti impoſita ipſam exulcerat, unde uſus ejus internus non immerito a peritioribus medicis interdicitur. Ovibus maxime noxia cenſetur, unde noſtratibus *Red rot* dicitur. Aqua vitæ cui Rorella cum aromatis nonnullis infuſa eſt in frequenti uſu non ita pridem erat pro cordiali in lipothymia & deliquio.

SIBALDIA.

CAL. Perianthium *monophyllum, ſemi-decemfidum, baſi erecta: laciniis ſemilanceolatis, æqualibus, patentibus, alternis anguſtioribus, perſiſtentibus.* COR. Petala *quinque, ovata, calyci inſerta.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria, corolla breviora, calyci inſerta.* Antheræ *parvæ, obtuſæ.* PIST. Germina *quinque, ovata, breviſſima.* Styli *e medio latere germinum, longitudine ſtaminum.* Stigmata *capitata.* PER. *nullum.* Calyx *connivens, in ſinu ſemina condens.* SEM. *quinque oblongiuſcula.* OBS. Piſtillis valde raro duplicatis luxuriat in una eademque cum quinis planta.

Sibbaldia foliolis tridentatis. Sibbaldia Procumbens. Pentaphylloides pumila foliis ternis ad extremitates trifidis *Syn. II.* 142. fruticoſum minimum procumbens, flore luteo, foliis ſericeis Fragariæ ternis *Pluk. Alm.* 284. *T.* 212. *f.* 3. Fragariæ ſylveſtri affinis planta flore luteo *Sibbald. Prodrom. Hiſt. Natur. Scot. P. II. L.* 1. *p.* 25. *T.* 6. *f.* 1. An Quinquefolium Alpinum Fragariæ facie *Schol. Botan.?* In ſylvis regionis Jernenſis Scotiæ ſponte provenit.

POLYGYNIA.

MYOSURUS.

CAL. Perianthium *pentaphyllum:* foliolis *ſemilanceolatis, obtuſis, reflexis, ſupra baſin annexis, coloratis, deciduis.* COR. Petala *quinque, calyce breviora, minutiſſima, baſi tubulata, oblique introrſum aperta.* STAM. Filamenta *quinque, longitudine calycis.* Antheræ *oblongæ, erectæ.* PIST. Germina *numeroſa, receptaculo in formam conico-oblongam inſidentia.* Styli *nulli.* Stigmata *ſimplicia.* PER. *nullum.* Receptaculum *longiſſimum, ſtyliforme, ſeminibus imbricatim diſpoſitis tectum.* SEM. *numeroſa, oblonga, acuminata.* OBS. *Numerus ſtaminum* in hocce genere valde variat. *Myoſuri* ſumma eſt affinitas cum *Ranunculo.*

Myoſurus. Myoſuros *J. B. III.* 512. *Syn. II.* 282. Holoſteo affinis, Cauda muris *C. B. Pin.* 190. Hol. Loniceri, Cauda muris vocatum *Park.* 500. Cauda muris *Ger.* 345. *Mouſe-tail.* In arvis, hortis, ad vias & inter ſegetes, ſed rarius. Maio floret. In a Lane juſt beyond *Marybon* Park; and in the Meadow behind *Kentiſh-town* Chappel, abundantly. It grows in the Gateways upon the Edges of the Ruts made by Cart-wheels. (On *Weſton-green*, a little on this Side *Eltham*, abundantly. Mr. *J. Sherard.*)

Flores herbacei pentapetali. Semina in ſpicam oblongam, caudæ muris æmulam excurrunt.

CLASSIS SEXTA.

HEXANDRIA.

I. MONOGYNIA.

Spatha Monophylla.

NARCISSUS.

CAL. Spatha *oblonga, obtuſa, compreſſa, latere plano rumpens, marceſcens.* COR. Nectarium *monophyllum, cylindraceo-infundibuliforme, ſuperne coloratum,* ore *patulo.* Petala *ſex, ovata, acuminata, plana, tubo nectarii externe ſupra baſin inſerta.* STAM. Filamenta *ſex, ſubulata, tubo nectarii affixa, nectario breviora.* Antheræ *oblongiuſculæ.* PIST. Germen *ſubrotundum, obtuſe triquetrum, ſub receptaculo.* Stylus *filiformis, ſtaminibus longior.* Stigma *trifidum, concavum, obtuſum.* PER. Capſula *ſubrotunda, obtuſe trigona, trilocularis, trivalvis.* SEM. *plura, globoſa, appendiculata.* Receptaculum *columnare.*

Narciſſus

Narciſſus ſpatha uniflora, nectarii limbo campanulato erecto, petalo æquale. Narciſſus ſylveſtris pallidus calyce luteo *C. B. Pin.* 52. Pſeudonarciſſus Anglicus *Ger.* 115. Anglicus vulgaris *Park. Par.* 100. Bulbocodium vulgatius *J. B. II.* 593. *Wild* Engliſh *Daffodil.* Circa margines agrorum humido præſertim ſolo, inque ſylvis & dumetis, lociſque arboribus conſitis Martio ineunte floret. In ſome Paſtures about *Sutton-Cofield, Warwickſhire*, plentifully. (Prope *Hallifax*, nimis copioſe, ubi hujus plantæ foliis aliquot jugera terræ aliquando operiuntur, ut gramen vix appareat, præcipue juxta *Coley-hall*; D. *Richardſon.* In *Charlton* Wood, and about *Woolwich.* Flore pallido & albo obſervavit D. *Lawſon*, juxta ædes ſuas ad *Strickland* & prope *Ulverſton* in Lancaſtria, referente *Th. Robinſ. Spec. Nat. Hiſt. Weſtm.* 93.)

Narciſſus medio luteus vulgaris *Park.* 74. medio-luteus *Ger.* 110. pallidus circulo luteo *C. B. Pin.* 51. albidus medio luteus cum aliquot floribus *J. II.* 604. *Common pale Daffodil, or Primroſe peerleſs.* Floret circa finem Aprilis. Hunc in Anglia naſci a viris fide dignis ſe intellexiſſe ſcribit *Cluſius.* Nos etiam vidimus in agris procul ab aliquo ædificio, ſponte tamen provenire non audemus aſſeverare. (Near *Hornſey* Church; Mr. *J. Sherard.*)

Prior ſpecies unico in uno caule flore, ejuſque tubo longiſſimo, colore ſaturatiore aureo quam petala circumſtantia tincto a reliquis diſtinguitur: poſterior calyce breviſſimo luteo, foliis circumſtantibus amplis albidis.

Narciſſi cujuſcunque radix vomitum ciet; *Dioſc. Cluſ. Lob.* Extrinſecus prodeſſe dicitur ambuſtis, vulneribus, & luxatis.

Hexapetalæ nudæ.

BULBOCODIUM.

CAL. *nullus.* COR. *hexapetala, infundibuliformis. Ungues longiſſimi, lineares. Faux connectens petala.* Limbus *erectus: petalis lanceolatis, concavis.* STAM. Filamenta *ſex, ſubulata, limbo dimidio breviora, petalorum collo inſerta.* Antheræ *incumbentes.* PIST. Germen *ovato-ſubulatum, obtuſe trigonum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigmata *tria, oblonga, erecta, canaliculata.* PER. Capſula *triangularis, acuminata, angulis obſoletis, trilocularis.* SEM. *numeroſa.*

Bul-

Bulbocodium foliis ſubulato-linearibus. Bulbocodium Serotinum. Bulboſa Alpina juncifolia, pericarpio unico erecto in ſummo cauliculo dodrantali. *Syn. II.* 233. Cum florem non viderim, e quo genere bulborum ſit mihi non conſtat. In cauliculo duo triave foliola anguſtiora breviaque ſunt. In excelſis rupibus montis *Snowdon v. g. Trigvylchau y Clogwyn du ymhen y Gluder, Clogwyn yr Ardhu Crib y Diſtlh, &c. D. Lhwyd.*

(Hanc plantam poſtea florentem, me comite, adinvenit D. *Lhwyd*, ad latus occidentale montis *Trigvylchau*, loco admodum declivi, montem *Hyſvae* ſpectante, cui hoc nomen tribui:

Bulbocodium Alpinum, pumilum, juncifolium, flore unico, intus albo extus ſqualide rubente. Flos ei hexapetalus, pro plantulæ modulo magnus, figura & magnitudine ad florem Lujulæ nonnihil accedens; *D. Richardſon.* Vid. Tab. XVII. Fig. 1.

ALLIUM.

CAL. Spatha *communis, ſubrotunda, marceſcens.* COR. Petala *ſex, oblonga, anguſta, concavo-erecta.* STAM. Filamenta *ſex, ſubulata, longitudine corollæ.* Antheræ *oblongæ, erectæ.* PIST. Germen *breve, ſubtrigonum, angulis linea inſculptis.* Stylus *ſimplex.* Stigma *acutum.* PER. Capſula *breviſſima, lata, triloba, trilocularis, trivalvis.* SEM. *plura, ſubrotunda.* OBS. *Stamina* alterna tria in quibuſdam ſpeciebus lata, bifurcata anthera intermedia. 1. 2. 3. 10. 11. 12. 14. 15. 16. 18. 20.

Allium caule planifolio umbellifero, umbella globoſa, ſtaminibus tricuſpidatis, radice laterali. Allium Holmenſe ſphærico capite. Scorodopraſum dictum *J. B. II.* 558. primum Cluſii *Ger. Emac.* 180. Allium ſphærico capite, folio latiore, ſive Scorodopraſum alterum *C. B. Pin.* 74. *Great round-headed Garlick of the Holms-iſland.*

Hujus deſcriptionem vide *Hiſt. noſt. p.* 1125. ſub titulo Allii montani majoris Anglici *Newtoni*, ubi radix ejus nucleis aliquot majuſculis conſtare falſo aſſeritur; eſt enim ſimplex & tunicata Cepæ in modum. In parva quadam inſula *Holms* dicta in Sabrinæ æſtuario copioſe provenientem obſervavit D. *Newton.* Flores in Corymbum Porri æmulum conglobati, colore purpuraſcente.

Allium ſcapo nudo ſemicylindrico, foliis lanceolatis petiolatis, umbella faſtigiata. Allium ſylveſtre latifolium *C. B. Pin.* 74. urſinum *Ger.* 141. urſinum bifolium vernum ſylvaticum *J. B. II.* 565. *Ramſons.* In pratis humidis & ad rivulos frequens oritur & Aprili menſe floret. By the Side of a Rivulet near *Buddon* Wood, among the Buſhes; Mr. *Pultney.* Alſo near *Denham.*

Foliis latis, caule triquetro, floribus pulchris candidis a reliquis ſui generis differt, ut & odore Allii vehementiore.

Allium ſylveſtre amphicarpon, foliis porraceis, floribus & nucleis purpureis. *Broad-leaved Mountain Garlick, with purple Flowers.*

Altitudo ei cubitalis aut ſeſquicubitalis: Folia lata carinata, ſtriata & plane porracea, in caule plurimum terna quæ infima parte eam ceu vagina ampleƈtuntur, & includunt, poſtquam a caule abſceſſerint ſpithamam circiter longa, e radice bina vel terna primo vere exeunt, & caule adulto marceſcunt. Radix parva, ex multis nucleis pellicula e purpura nigricante veſtitis compoſita, uno reliquis majore, e quo ſequente anno caulis exit, in cujus faſtigio capitulum globoſum, folliculo ſimplici (non bicorni) incluſum Allii corvini in modum, ſed in roſtrum brevius produƈtum, e nucleis plurimis denſe ſtipatis, e purpura nigricantibus compoſitum: e qnorum inſtertitiis eluƈtantur floſculi obſcure purpurei, hexapetali, non multum ſe aperientes, pediculis tenuibus brevibus inſidentes. Tota planta gravem Allii odorem ſpirat. Junio menſe hac æſtate 1689. floruit, In montibus Weſtmorlandicis obſervavit D. *Lawſon.* In *Troutbeck-holm,* by *Great Strickland.*

Allium ſeu Moly montanum primum *Cluſii Hiſt.* 193. huic accedit; differt quod quinque aut ſex folia cauli appingantur, cum noſtrum tria tantum habeat; deinde quod flores longis pediculis inhæreant, & pallide purpuraſcant, cum noſtrum hoc flores breviores (ſemiunciales ſc. aut unciales) habeat, pediculos ſaturatius purpureos. Porri vitiginei icon apud *Gerardum Emac.* 176. huic plantæ optime convenit.

Allium caule teretifolio bulbifero, ſtaminibus tricuſpidatis. Allium ſylveſtre *Park.* 870. *Ger. Emac.* 179. ſylveſtre tenuifolium *Lob. Ic.* 156. campeſtre juncifolium capitatum purpuraſcens majus *C. B. Pin.* 74. *Crow-garlick.* Gignitur non raro in arvis inter ſegetes, quin & in paſcuis locis aridioribus inque muris antiquis.

Foliis fiſtuloſis, capituli folliculo, ut in Cepa, ſimplici non bicorni, capitulis ipſis e ſolis nucleis compoſitis, nullis intermixtis floſculis, velut in planta germinante ſingula

gula foliola viridia emittentibus, unde capitulum comoſum videtur a reliquis Alliis differt. Cum floſculis bubulis intermixtis mihi nunquam, *D. Doody* aliquoties obſervatum.

Allium montanum bicorne purpureum proliferum. *Purple-flowered Mountain Garlick.* Folia huic neque fiſtuloſa ſunt, neque rotunda, ſed ſuperne plana, ſubtus carinata, porracea, glauca, tria aut quatuor in caule. Capitulum duplici folliculo membranaceo, in acutum mucronem deſinente clauditur, conſtatque nucleis ſeu bulbulis aliquot. This I obſerved on the Scars of the Mountains near *Settle* in *Yorkſhire.* (In rupibus prope *Settle* nunquam mihi contigit videre, ſed in Weſtmorlandia e rupibus *Longſledale* vicinis erui & in hortum attuli, ubi jam perennat; *D. Richardſon.*)

Allium ſylveſtre bicorne flore exherbaceo albicante, cum triplici in ſingulis petalis ſtria atro purpurea. Allium ſive Moly-montanum tertium *Cluſ. Hiſt.* 194. All. montanum bicorne, flore exalbido *C. B. Pin.* 75. *Wild Garlick, with an herbaceous ſtriate Flower.* In a Corn-field in *Black Notley* in *Eſſex*, belonging to the Hall called *Weſtfield*, adjoining to *Leeze-lane*, plentifully. Hujus deſcriptionem vide in *Hiſt. noſt. p.* 1119. (Inter ſegetes juxta *Kendall* occidentem verſus mihi oſtendit *D. Lawſon*, unde in hortum noſtrum tranſtuli, jam nulla arte eradicandum; *D. Richardſon.*)

ORNITHOGALUM.

CAL. *nullus: niſi fulcra vaga ſumas.* COR. *plana, baſi erecta.* Petala *ſex, lanceolata, infra medium erecta, ſupra medium plano-patentia, perſiſtentia, colorem dimittentia.* STAM. Filamenta *ſex, erecta, baſi dilatata, corolla dimidio breviora.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *angulatum.* Stylus *ſubulatus, perſiſtens.* Stigma *obtuſum.* PER. Capſula *ſubrotunda, angulata, trilocularis, trivalvis.* SEM. *plura, ſubrotunda.* Receptaculum *columnare.* OBS. *Filamenta* in aliis plana, erecta, apice trifido, media lacinia antheram ſuſtinente; in aliis ex utriſque alterna.

Ornithogalum ſcapo anguloſo diphyllo, pedunculis umbellatis ſimplicibus. Ornithogalum luteum *C. B. Pin.* 71. *Park. Par.* 140. luteum ſeu Cepe agraria *Ger.* 132. Bulbus ſylveſtris Fuchſii flore luteo, ſeu Ornithogalum luteum *J. B. II.* 623. *Yellow Star of Bethlehem.* In Comitatus Eboracenſis Septentrionali parte prope pontem *Greta* & *Bignal* vicum in ſylvis ad fluvium Teſam obſervavit *D. Johnſon*, unde & bulbulos ad nos tranſmiſit.

 (Hujus

(Hujus plantæ bulbulos e Weſtmorlandia mihi tranſmiſit D. *Lawſon*; D. *Richardſon.*) Omnium Ornithogalorum minimum eſt.

Ornithogalum floribus corymboſis, pedunculis ſcapo altioribus, filamentis emarginatis. Ornithogallum vulgare & verius, majus & minus *J. B. II.* 630. vulgare *Ger.* 132. *Park. Par.* 136. umbellatum medium anguſtifolium *C. B. Pin.* 70. *Common Star of Bethlehem.* In Anglia ſpontaneum inveniri aiunt, & nos quidem in pomerariis ad ſepes vidimus copioſum, forte tamen ibi olim ſatum. (On the Top of a Hill, three Miles on this ſide *Briſtol*; *Merr. P.*)

Flores umbellati intus lactei, exterius in medio linea virente notati; folia anguſta & velut graminea; caulis humilis palmaris.

Ornithogalum racemo longiſſimo, filamentis lanceolatis, pedunculis floriferis patentibus æqualibus: fructiferis ſcapo approximatis. Ornithogalum anguſtifolium majus, floribus ex albo vireſcentibus *C. B. Pin.* 70. Aſphodelus bulboſus *Ger.* 89. bulboſus Galeni, ſeu Ornithog. majus flore ſubriveſcente *Park. Parad.* 136. Aſphodelus bulboſus Dodonæi, ſeu Ornithogalum ſpicatum flore virenti *J. B. II.* 627. *Spiked Star of Bethlehem, with a greeniſh Flower.* *Tho. Williſellus* obſervavit in colle quodam tribus cis *Briſtoliam* milliaribus via qua inde Bathoniam itur. (In the Way between *Bath* and *Bradford*, not far from *Little Aſhley*; Ph. B. On the left Hand of a Farm, half a Mile from *Chicheſter*, South Gate, in a Meadow, plentifully; Mr. *Manningham.*)

SCILLA.

CAL. *nullus.* COR *plana.* Petala *ſex, ovata, patentiſſima, decidua.* STAM. Filamenta *ſex, ſubulata, corolla dimidio breviora.* Antheræ *oblongæ, incumbentes.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Stylus *ſimplex, longitudine ſtaminum, deciduus.* Stigma *ſimplex.* PER. Capſula *ſubovata, glabra, triſulca, trilocularis, trivalvis.* SEM. *plura, ſubrotunda.*

Scilla radice ſolida, floribus erectiuſculis paucioribus. Scilla Bifolia. Hiacinthus ſtellatus Fuchſii *Ger.* 97. ſtellatus vulgaris ſive bifolius Fuchſii *Park. Parad.* 126. ſtellatus bifolius & trifolius vernus dumetorum, flore cæruleo & albo *J. B. II.* 579. ſtellaris bifolius Germani-

cus *C. B. Pin.* 45. item trifolius *Ejuſdem. Small vernal Star Hyacinth.* In inſulis quibuſdam circa Cambriam copioſe provenit, ut v. g. *Bardſeia*, necnon in clivis maritimis ipſius Cambriæ.

Scilla radice ſolida, foliis filiformibus linearibus, floribus corymboſis, pedunculis nudis adſcendentibus longitudine floris. Hyacinthus Autumnalis minor *Ger. Em.* 110. *Park. Par.* 132. autumnalis minimus *J. B. II.* 574. ſtellaris autumnalis minor *C. B. Pin.* 47. *The leſſer Autumnal Star Hyacinth.* Florere incipit antequam folia emergunt ſub initium Septembris. In rupe S. Vincentii prope Briſtolium, inque promontorio. *The Lizard Point* dicto, copioſe. Eundem in ericeto *Black-heath* dicto, in Comit. Cantii invenit D. *Plukenet.* On *Mouldſworth*, over-againſt *Hampton-court*, near *Ditton*, and on *Kingſton-bridge*, and going to *Hounſlow-heath*; Merr. P.

ANTHERICUM.

CAL. *nullus.* COR. *hexapetala, patentiſſima: Petalis oblongis, obtuſis.* STAM. Filamenta *ſex, ſubulata, erecta.* Antheræ *parvæ, incumbentes, quadriſulcæ.* PIST. Germen *obſolete trigonum.* Stylus *ſimplex, longitudine ſtaminum.* Stigma *obtuſum, trigonum.* PER. Capſula *ovata, glabra, triſulca, trilocularis, trivalvis.* SEM. *numeroſa, angulata.* OBS. Species variæ *filamentis lanatis gaudent,* in aliis *petala* non decidunt, in aliis *Stylus* vix ullus.

Anthericum foliis enſiformibus, filamentis lanatis. Anthericum Oſſifragum. Phalangium Anglicum paluſtre Iridis folio *J. R. H.* 368. Pſeudo aſphodelus paluſtris vulgaris noſtras *Syn. II.* 234. primus *Cluſ. H.* 198. paluſtris Anglicus *C. B. Pin.* 29. luteus acorifolius paluſtris Anglicus Lobelii *J. B. II.* 633. Aſphodelus Lancaſtriæ verus *Ger. Em.* 97. *deſcr. Lancaſhire. Aſphodel, or Baſtard-aſphodel.* In paluſtribus putridis & aquoſis, tam Occidentali quam Septentrionali Angliæ parte copioſe. (On a Bog on *Putney-heath*; M. *Newton.* In Bogs in *Surry*, two Miles beyond Mr. *Moor*'s Houſe; *Merr. Pin.*) Magnitudine ſua & floribus ſtellatis in ſpica habitiore confertis a ſequente differt.

Anthericum foliis enſiformibus, perianthiis trilobis, filamentis glabris. Phalangium Scoticum paluſtre minimum Iridis folio *J. R. H.* 369. Pſeudo-aſphodelus paluſtris

Scoticus minimus *Raj. H.* 1195. *Syn. II.* 234. *The leaſt* Scotiſh *Aſphodel.* Juxta rivulum non procul *Bervico* in Scotia.

ASPARAGUS.

CAL. *nullus.* COR. *campanulato-oblonga.* Petala *ſex, unguibus cohærentia, oblonga, in tubum erecta, interiora tria alterna, apice reflexa, perſiſtentia.* STAM. Filamenta *ſex, filiformia, petalis inſerta, erecta, corolla dimidio breviora.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *turbinatum, trigonum.* Stylus *breviſſimus.* Stigma *punctum prominens.* (*Flos tamen pendulus.*) PER. Bacca *globoſa, puncto umbilicata, trilocularis.* SEM. *bina, rotunda, introrſum angulata, glabra.* OBS. Qui florem dicit monopetalum, ſalvo jure poſſit. Corollæ figura differens eſt in diverſis: aliis erecta, aliis plana, aliis revoluta.

Aſparagus caule herbaceo erecto, foliis ſetaceis, ſtipulis paribus. Aſparagus *Park.* 454. *Par.* 503. *Ger.* 949. hortenſis & pratenſis *J. B. III.* 725. ſativa *C. B. Pin.* 489. *Manured Sparagus, or Sperage,* corrupte *Sparrowgraſs.* Ad promontorium dictum *The Lizard Point* invenimus. Said alſo to be found in the Marſhes near *Briſtol*; about *Harwich* in *Eſſex,* and divers other Places. (By the *Thames* near *Graveſend*; Mr. *J. Sherard.*)

Aſparagus maritimus, craſſiore folio *C. B. Pin.* 490. Aſparagus marinus *Cluſ. Hiſt. CLXXVII.* paluſtris *Ger.* 949. On the ſandy Banks by the Sea-ſide, between *Langwyfan* and *Llanfaelog*; *Mr. Lhwyd.* Below *Looks Folly,* two Miles from *Briſtol*; *Mr. Newton.*

Notæ ejus ſunt folia tenuiſſima capillacea, turiones craſſi eſculenti.

Aſparagus paluſtris ſeu maritimus a ſativo mihi non videtur ſpecie, ſed duntaxat accidentibus a loco natali ortis differre.

Turiones verno tempore, leviter decocti & butyro conditi in deliciis habentur: Urinæ tamen mirum fætorem conciliant. Radix dieuretica eſt, lithontriptica & ex aperitivis 5; ictericis, nephriticis & iſchiadicis opitulatu. [decocta.]

Mo-

Monopetalæ nudæ.

CONVALLARIA.

CAL. *nullus.* COR. *campanulata, monopetala, glabra.* Limbus *ſexfidus, obtuſus, patenti-reflexus.* STAM. Filamenta *ſex, ſubulata, petalo inſerta, corolla breviora.* Antheræ *oblongæ, erectæ.* PIST. Germen *globoſum.* Stylus *filiformis, ſtaminibus longior.* Stigma *obtuſum, trigonum.* PER. Bacca *globoſa, trilocularis, ante maturitatem maculata.* SEM. *ſolitaria, ſubrotunda.* OBS. *Bacca* immatura maculata notam præbet omnibus communem.

Convallaria ſcapo nudo. Convallaria Majalis. Lilium convallium *Ger.* 331. convallium vulgo *J. B. III.* 531. convallium album *C. B. Pin.* 304. convallium flore albo *Park. Par.* 349. *Lily-convally, or May Lily.* In ericeto Hampſtedienſi prope Londinum copioſe provenit, item in umbroſis ad latera montis *Ingleborough,* & alibi in Septentrionalibus. (On the hilly Heaths betwixt *Shooterſhill* and *Woolwich,* and in the Wood the left Hand of the Heath, before you come to *Chiſſelhurſt,* plentifully; Mr. *J. Sherard.*) In *Okely* and *Buddon* Woods, near *Leiceſter*; Mr. *Pultney.* A fine green Colour may be obtained from the Leaves of this Plant with Lime; *Haller.*

Lilium convallium anguſtifolium. *Narrow-leaved Lily-convally.* Ad pontem *Waterfall,* & alibi in Weſtmorlandia invenit, & ad me miſit *D. Lawſon.* (Prope *Levens* Weſtmorlandiæ, in ſylvis ſaxoſis, ſterilioribus mihi indigitavit *D. Lawſon,* ubi tenuitate partium a vulgari tunc tantum differre videbatur, radicibus autem illinc in hortum noſtrum remotis, brevi vulgaris magnitudinem adeptum eſt; *D. Richardſon.*)

Notæ Lil. convall. ſunt caulis nudus, flores parvi campanulati, baccæ rubræ, folia nervoſa, bina ternave.

Flores ut & folia adverſus Apoplexiam, Epilepſiam, Paralyſin, vertiginem, alioſque morbos capitis frigidos auxiliares eſſe feruntur. Inſigne itidem errhinon exhibent pulveriſati flores, ut & radices.

Convallaria foliis alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus unifloris. Convallaria Polygonatum Dictum. Polygonatum *Ger. Em.* 903. vulgare *Park.* 696. latifolium vulgare *C. B. Pin.* 303. Polygonatum, vulgo Sigillum Solomonis *J. B. III.* 529. *Solomon's Seal.* In ſylvis quibuſdam in Occidentali Angliæ parte. In a Field adjoining to the Waſh at *Newberry*, and in divers other Places of *Berkſhire.* Obſerved by my worthy Friend Mr. *George Horſenell*, Surgeon in *London.* (By Mr. *Doody* in the Woods by *Bramdean* in *Hampſhire*, and by Mr. *J. Sherard* on *Roehill*, in *Kent.)*

Polygonatum foliis nervoſis cum Lilio convallium & Monophyllo convenit, magnitudine ſua, caule multis foliis veſtito, floribus cylindraceis e foliorum ſinubus exeuntibus, & deorſum dependentibus, ab iiſdem differt.

Polygonatum floribus ex ſingularibus pediculis *J. B. III.* 529. latifolium flore majore odoro *C. B. Pin.* 303. majus flore majore *Park.* 696. latifolium 2. Cluſii *Ger. Em.* 904. bacca nigra, ſimplici & flore unico fimbriato & viridi *Merret. Pin.* *Sweet-ſmelling Solomon's Seal, with Flowers on ſingle Footſtalks.* Found by *Thô. Williſel* growing on the Ledges of the Scars, or Cliffs, near *Wherf* and *Settle*, in *Yorkſhire.*

Polygonatum Hellebori albi folio, caule purpuraſcente. *Solomon's Seal with white Hellebore Leaves, and a purpliſh Stalk.* In the Woods on the North Side of *Mendip* Hills; Mr. *Bobart.*

Polygonatum humile Anglicum. *Dwarf* Engliſh *Solomon's Seal.* Found by Mr. *Philip More*, Gardener of *Grays-Inn*, in the Woods of *Wiltſhire*; Idem.

Vulnerarium eſt & adſtringens, fluxiones quaſcunque ſiſtit; oſſa fracta conſolidat. Radix in vino decocta & pota mira præſtat in contuſionibus & fracturis oſſium, in herniis, &c. Extrinſecus maculas faciei obſtergit, cutim dealbat. Baccæ pituitam mucilaginoſam per vomitum ac ſeceſſum educunt. Doſis n. 14. aut 15. *Schrod.*

HYACINTHUS.

CAL. *nullus.* COR. *campanulata, monopetala.* Limbus *ſexfidus, reflexus.* Nectarium *pori tres, melliferi, ad apicem germinis.* STAM. Filamenta *ſex, ſubulata, breviora.* Antheræ *conniventes.* PIST. *rotundo-trigonum, triſulcum.* Stylus *ſimplex, corolla brevior.* Stigma *obtuſum.* PER. Capſula *ſubrotunda, triquetra, trilocularis, trivalvis.* SEM. *bina (ſæpius,) ſubrotunda.* Receptaculum *columnare.*

Hyacinthus corollis campanulatis ſexpartitis apice revolutis. Hyacinthus Anglicus *Ger.* 99. Anglicus ſive Belgicus *J. B. II.* 585. oblongo flore cæruleus major *C. B. Pin.* 43. Anglicus, Belgicus vel Hiſpanicus *Park. Parad.* 122. Engliſh *Hyacinth, or Harebells.* In ſylvis, dumetis & ſepibus paſſim. Maio floret. Variat floris colore albo & carneo. (Flore albo in *Scadbury* Park, *Kent* ; Mr. *J. Sherard.)*

Flores calyce inſtructi, nec corolla trifida.

ACORUS.

CAL. Spadix *cylindricus, ſimpliciſſimus, floſculis tectus.* Spatha *nulla.* Perianthium *nullum, niſi calycem dicas.* COR. Petala *ſex, obtuſa, concava, laxa, ſuperne craſſiora, & fere truncata.* STAM. Filamenta *ſex, craſſiuſcula, corolla paulo longiora.* Antheræ *craſſiuſculæ, didymæ, terminales, adnatæ.* PIST. Germen *gibbum, oblongiuſculum, longitudine ſtaminum.* Stylus *nullus.* Stigma *punctum prominens.* PER. Capſula *brevis, triangula, utrinque attenuata obtuſe, trilocularis.* SEM. *ovato-oblonga.*

Acorus. Acorus verus ſive Calamus Officinarum *Park.* 140. verus, ſive Calamus aromaticus Officinarum *C. B. Pin.* 34. verus, Officinis falſo Calamus *Ger. Em.* 62. Calamus aromaticus vulgaris, multis Acorum *J. B. II.* 734. *The ſweet-ſmelling Flag, or Calamus.* In the River *Yare*, near *Norwich*, obſerved by Sir *Tho. Brown.* (Cloſe by *Sunning-ferry*, three or four Miles from Norwich, down the River ; Mr. *Newton.)* Alſo about *Hedley* in *Surry*, found by Dr. *Brown* of *Magdalen* College, *Oxon*; and in *Cheſhire* plentifully, as we were informed by Dr.

Walter Needham. Mr. *Dent* alſo ſent me fair *Juli* of it, gathered ſomewhere near *Cambridge.* In the River *Soar*, between *Kegworth* and *Loughborough*, eſpecially about *Normanton*; alſo near the Abbey at *Leiceſter*; Mr. *Pultney.*

Stomachicus eſt, calf. & ſicc. Partium tenuium eſt, Uſus præcip. in obſtructione menſium, hepatis & lienis, in dolore colico *Schrod.* Ad urinæ deductionem commendat *Fallopius* in vino tenui decoctam radicem cum ſucco Boraginis. Radix etiam Alexipharmaca cenſetur: condita a Turcis manducari mane ſolet adverſus corrupti aeris contagia.

JUNCUS.

CAL. Gluma *bivalvis.* Perianthium *hexaphyllum: foliolis oblongis, acuminatis, perſiſtentibus.* COR. *nulla, niſi* Perianthium, *coloratum recens, corollam dicas.* STAM. Filamenta *ſex, capillaria, breviſſima.* Antheræ *oblongæ, erectæ, longitudine perianthii.* PIST. Germen *triquetrum, acuminatum.* Stylus *brevis, filiformis.* Stigmata *tria, longa, filiformia, villoſa, inflexa.* PER. Capſula *tecta, triquetra, unilocularis, trivalvis.* SEM. *nonnulla, ſubrotunda.*

Culmus nudus.

Juncus culmo ſubnudo tereti mucronato, panicula terminali, involucro diphyllo ſpinoſo. Juncus acutus capitulis Sorghi *C. B. Pin.* 10. *Th.* 173. maritimus capitulis Sorghi *Park.* 1192. pungens ſeu Juncus acutus capitulis Sorghi *J. B. II.* 520. *Pricking large Sea-ruſh.* In arenoſis cumulis ad occidentale *Cambriæ* littus *Merionethenſe*, copioſiſſime.

Junci ſeſquicubitales, craſſiuſculi, rigidi, acumine pungente: capitula glomerata, ſplendentia, fuſca, Sorghi æmula.

Juncus acutus maritimus Anglicus *Park.* 1194. *H. Ox. III.* 232. *S. VIII. T.* 10. *f.* 14. *Engliſh Sea hard Ruſh.* In maritimis paluſtribus copioſe, ut circa *Camalodunum* in Eſſexia, & ad occidentale Cambriæ littus.

Scapi ſeſquicubitales, ſolidiores & duriores quam Junci lævis vulgaris, medulla ſolidiore. E ſcapo in ſinum excavato, & in duo cornua, altero admodum brevi, diducto, ſeſquipal-

mari

mari ab apice Junci diſtantia erumpit panicula ampla, albicans, in plures partes diviſa, una præ aliis longo pediculo inſidente & ſupra reliquas eminente, acſi ſeparata eſſet.

Juncus acutus *Ger.* 31. acutus vulgaris *Park.* 1193. acutus panicula ſparſa *C. B. Pin.* 11. panicula arundinacea *J. B. II.* 220. deſcr. *Common hard Ruſh*, i. e. Juncus durus vulgaris. In paſcuis & ad vias publicas, præſertim ſolo humidiore paſſim.

Junci ſeſquicubitales & altiores, graciles, ſtriati, cortice craſſo, medulla pauca, aridiuſculi, in acutos mucrones exeunt: panicula ſparſa, rufeſcens, ad dimidii pedis diſtantiam infra mucronem erumpit.

Juncus culmo nudo ſtricto, capitulo laterali. Juncus lævis vulgaris panicula compactiore *Syn. II.* 273. 9. lævis glomerato flore *Lob. Ic.* 84. *Park.* 1191. lævis panicula non ſparſa *C. B. Pin.* 12. Matthioli *J. B. II.* 520. *Soft Ruſh, with a more compact Panicle.* In paſcuis & ſylvis, locis humidioribus.

A præcedente differt calamis ſtriatis, medulla rariore & ſpongioſiore, panicula compactiore & vaſculis ſeminalibus majoribus, cacumini propius erumpentibus; tempore etiam florendi maturiore.

Juncus culmo nudo ſtricto: panicula laterali. Juncus lævis vulgaris panicula ſparſa noſtras *Syn. II* 273. 8. lævis panicula ſparſa major *C. B. Pin.* 12. *Th.* 182. *Park.* 1191. foliaceus *J. B. II.* 521. deſcr. lævis *Ger. Em.* 39. *Common ſoft Ruſh.* In aquis vadoſis aut juxta aquas.

Altitudo bicubitalis aut major, medulla ſolidior & ad ellychnia apta. Dodrantali cis apicem ſpacio erumpit panicula late ſparſa; in petiolis tenuibus vaſcula propendent multo quam in Junco vulgari minora, pallidiora, quamvis planta ipſa major & elatior ſit.

Juncus culmo nudo filiformi nutante, panicula laterali. Juncus parvus, calamo ſupra paniculam compactam longius producto *Syn. II.* 273. 11. *Pluk. Alm.* 200. *T.* 40. *f.* 8. lævis panicula ſparſa minor *C. B. Pin.* 12. *Th.* 183. *J. Sch. Agr.* 347. *T.* 7. *f.* 11. Found by Mr. *Newton*, not far from *Ambleſide* in *Weſtmoreland.* Altitudo ei ſemipedalis, ſcirpus gracilis.

Juncus culmo nudo, foliis ſetaceis, capitulis glomeratis aphyllis. Juncus montanus paluſtris *Syn. II.* 272. 6. Gramen junceum ſemine acuminato *Fl. Pr.* 115. *Ic.* 29.

An

An Gramen junceum maritimum *Lob. Ic.* 18? *Ger.* 18? junceum maritimum majus *Park.* 1270? foliis & ſpica Junci *C. B. Pin.* 5. 10. *Th.* 78?

Figura & deſcriptio (præter paleaceam in ſummo ſpicam, quæ de Cyperoidum potius familia eſſe ſuadet) ſatis apte conveniunt huic noſtro, locus autem minime; non enim maritimum eſt, ſed montanum. *Moſs-ruſh*, *Gooſe-corn.* In montoſis paluſtribus, ſolo bibulo & ſpongioſo, per totam Angliam copioſe. (Frequent on *Putney-heath.*)

Folia ad radicem numeroſa, ſtellatim expanſa, brevia, dura, acuminata, ſuperne canaliculata: Caulis dodrantalis, firmus, farctus, paniculam in faſtigio junceam geſtans; capſulæ majuſculæ, ſubrotundæ (tricapſulares; calyces hexaphylli.)

Juncus foliis articuloſis floribus umbellatis *Inſt. R. H.* 247. foliaceus capſulis triangulis *J. B. II.* 521. Gramen junceum folio articulato aquaticum *C. B. Pin.* 5. *Pr.* 12. aquaticum *Tab. Ic.* 214. *Ger.* 12. junceum aquaticum Bauhini *Park.* 1270. *The leſſer Ruſh-graſs, with jointed Leaves, and triangular Seed-veſſels.* In udis & paluſtribus ubique.

Capſulæ triquetræ ex rufo nigricant. Culmis hujus alias perbrevibus, oblongis alias ſpicæ quædam velut excrementitiæ, & ex foliaceo quodam genere ſquamatæ rubenteſque inſident, (inſecto innidulanti ortum debentes, ſub quo diverſo ſtatu nomine Graminis juncei folio articulato cum utriculis propoſuit *C. Bauhinus in Pr. p.* 12.)

Locis paluſtribus & ubi aquæ ſuppetunt fluitat, v. gr. prope *Stretham* eodem cum Gramine piperino loco varietas naſcitur, ramis longis prociduis, cum crebris ad ſingula genicula radicibus, pro aquæ profunditate plus minuſve longis.

Juncus foliis nodoſo-articulatis. Juncus nemoroſus folio articuloſo *Inſt. R. H.* 247. Gramen junceum aquaticum magis ſparſa panicula *Park.* 1269. junceum ſylvaticum *Tab.* 223. *Ger.* 20. junceum folio articulato ſylvaticum *C. B. Pin.* 5. *The greater Ruſh-graſs, with jointed Leaves, and a more ſparſed Panicle.* In aquoſis paſſim, non raro & in ſylvis humidis. (In *Peckham-field* inveni cum glumis albis; *Dood. Not.*)

Priori elatior & major eſt, panicula magis ſparſa, capſulis tamen minoribus, minuſque coloratis quam in illo.

Juncus parvus cum pericarpiis rotundis *J. B. II.* 522. Gramen junceum maritimum vel paluſtre, cum pericarpiis rotundis

dis *Syn. II.* 276. 5. *Ruſh-graſs, with round Seed-veſſels.* In pratis humidioribus, tum maritimis, tum a mari procul remotis. Altitudo pedalis aut cubitalis.

Synonyma quæ in prima *Syn.* editione hujus plantæ dedimus, auctoritate *J. Bauhini* moti, ei non convenire olim monuimus in *Cat. Pl. circa Cantabr. naſc.* quapropter a *D. Plukenet* admoniti ea omiſimus: verum hanc ſpeciem Oxyſhœno ſeu Junco acuto Alpino Cambrobritannico *Park.* 1192. eandem eſſe, *D. Plukenet* non conſentimus.

Juncus foliis linearibus canaliculatis, capſulis obtuſis. Gramen junceum capſulis triangulis minimum *Syn. II.* 275. 3. *H. Ox. III.* 227. *S. VIII. T.* 9. *f.* 3. Graminis juncei varietas minor *Ger. Em.* 4. *The leaſt triangular-ſeeded Ruſh-graſs.* In paluſtribus & ad rivulos; ut in aquoſis ericeti *Hamſtedienſis* prope Londinum.

Palmarem altitudinem vix ſuperat, folia juncea capillaria: panicula 8. ſpeciei non diſſimulis, nec capſulæ ſpadiceæ multo minores.

Hujus varietatem obſervavit *D. Dale*, in ericeto de *Tiptre* in Eſſexia, loco paludoſo, prope *Braxted* magnum, inque ericeto quodam prope *Burntwood* oppidum, loco conſimili, quam Gram. junceum capſulis triangulis, cauliculis tenuibus, foliis ad nodos & panicularum divaricationes prælongis, denominavi. (Ea eſt Gramen junceum minimum, paniculis foliaceis *H. Ox. III. S. VIII. T.* 9. *f.* 4. junceum aquaticum, capitulis cum foliis capillaribus ſimul ortis, proliferum *Pluk. Alm.* 179. *T.* 32. *f.* 3. Juncoides calyculis paleaceis glomeratis, folio varians *J. Sch. Agr.* 330. *T.* 7. *f.* 10.)

Juncus culmo dichotomo, foliis angulatis, floribus ſolitariis ſeſſilibus. Juncus paluſtris humilior erectus *Inſt. R. H.* 246. Holoſteum Matthioli junceum *J. B. II.* 510. Gramen nemoroſum calyculis paleaceis *C. B. Pin.* 7. junceum *Ger.* 4. junceum parvum, ſive Holoſtium Matthioli, & Gramen bufonium Flandrorum *Park.* 1190. *Toad-graſs.* In humidis & aquoſis.

Palmum & ſeſquipalmum altum eſt, cauliculis frequentibus & in plurimos ramulos diviſis, paniculis plurimis paleaceis. Hujus varietas eſt:

Graminifolia lacuſtris prolifera, ſeu plantulis quaſi novis hinc inde e cauliculis ſuccreſcentibus *Syn. II.* 283. Gramen fluviatile caule foliiſque capillaribus, ad articulos

los ſimul ortis *Merr. Pin.* In quibuſdam lacubus montis Snowdon; *D. Lhwyd.*

Gramen juncoides minimum Anglo-Britannicum, Holoſteo Matthioli congener, aut Bufonis Gramini Flandrico *Lob. Illuſtr.* 70. junceum minimum, Holoſteo Matthioli congener *Park.* 1270. icon. In udis collibus circa *Highgate* & prope *Dover* obſervavit olim *Lobelius*; nuper autem ſimilibus locis inter *Stretham* & *Dulwich* animadvertit *D. Dillenius.* Naſci amat ad ſemitas quæ hyemali tempore aquas diu retinent, æſtate autem exſiccantur. Priori ſimile, ſed multo minus, & minus ramoſum, coloris plerumque rubentis: florendi etiam tempore differt, nam menſis & ſeſquimenſis ſpatio illud antecedere ſolet. An iſta differentia accidentalis tantum ſit & loci ſaltem conditioni debeatur, nondum determinare licet; donec experimento certiore, nempe cultura in horto, res determinetur.

Juncus foliis planis piloſis, corymbo ramoſo. Gramen nemoroſum hirſutum vulgare *Syn. II.* 263. 3. Gr. nemoroſum hirſutum *Ger.* 17. *Lob. Ic.* 16. nemoroſum hirſutum majus *Park.* 1184. nemeroſum hirſutum majus latifolium *C. B. Pin.* 7. *Th.* 101. rore lucidum nemorenſe ſive Lujulæ *J. B. II.* 492. *Common hairy Wood-graſs.* Si hoc intelligunt perperam majus vocant. In ſylvis frequens. A reliquis hujus generis facile dignoſcitur, quod flores eoſque ſequentia vaſcula ſeminalia non conſiſtant plura ſimul in eodem pediculo, ſed ſingula ſeorſim, unum ſeſſile, alia filamentis longis tenuibus appenſa.

Gramen nemoroſum hirſutum latifolium maximum *Syn. II.* 263. 4. Gramen Luzulæ maximum *J. B. II.* 493. *The greateſt broad-leaved hairy Wood-graſs.* In umbroſis ſaxoſis, ſed rarius. I obſerved it in the Ditch of a Cloſe adjoining to *Hampſtead* Wood, near *London*, plentifully.

Cum Graminum omnium hirſutorum apud nos naſcentium longe maximum ſit, foliis latis, panicula juncea diffuſa, non indiget deſcriptione.

Juncus foliis planis ſubpiloſis, ſpicis ſeſſilibus pedunculatiſque. Gramen exile hirſutum *Ger.* 16. nemoroſum hirſutum minus anguſtifolium *Park.* 1185. hirſutum capitulis Pſyllii *C. B. Pin.* 7. *Pr.* 15. Gramen Luzulæ minus *J. B. II.* 493. *Small hairy Wood-graſs.* In pratis & paſcuis frequens, floret ſub finem Aprilis, unde male inſcribitur nemoroſum.

Gramen

Gramen hirſutum elatius, panicula juncea compacta *Syn. II.* 263. 2. hirſutum capitulo globoſo *C. B. Pin.* 7. *Th.* 104. *Park.* 1186. hirſutum capite globoſo ſimplici *Merr. P.* capitulo lucido globoſo Tabernæ montani *J. B. II.* 468. *The greater hairy Graſs, with a compact Ruſh-like Panicle.* (On the Moors in *Lancaſhire*, near *Haſlenden*; *Merr. P.*)

Duplo elatius eſt præcedente, foliis duplo longioribus, panicula multo majore, magiſque compacta, ex pluribus veluti globulis coacervata.

BERBERIS.

CAL. Perianthium *hexaphyllum, patulum*: foliolis *ovatis, baſi anguſtiore, concavis, alternis minoribus, coloratis, deciduis.* COR. Petala *ſex, ſubrotunda, concava, erecto patentia, calyce vix majora.* Nectarium *corpuſcula duo, ſubrotunda, colorata, baſi ſinguli petali adnata.* STAM. Filamenta *ſex, erecta, compreſſa, obtuſa.* Antheræ *duæ, filamentorum apici utrinque adnatæ.* PIST. Germen *cylindraceum, longitudine ſtaminum.* Stylus *nullus.* Stigma *orbiculatum, germine latius, margine acuto cinctum.* PER. Bacca *cylindracea, obtuſa, puncto umbilicato, unilocularis.* SEM. *duo, oblonga, cylindracea, obtuſa.*

Berberis pedunculis racemoſis. Berberis dumetorum *C. B. Pin.* 454. Berberis *Park.* 1559. Berberis vulgo, quæ & Oxyacantha putata *J. B. I.* 52. Spina acida ſive Oxyacantha *Ger.* 1144. *The Barberry, or Pipperidge-buſh.* In collibus cretaceis: circa *Walden Eſſexiæ* oppidum copioſe.

Spinis acutis, foliis ex rotunditate oblongis eleganter & argute denticulatis, fructu parvo, oblongo, rubro, ſapore acido, racematim naſcente, & cortice candicante, a reliquis fruticibus bacciferis haud difficulter diſtinguitur.

Baccæ refrigerant & aſtringunt, appetitum excitant, ventriculum roborant. Proinde cum Saccharo conditæ uſus ſunt frequentiſſimi in morbis ubi refrigeratione & adſtrictione opus eſt, quales ſunt Diarrhœa, dyſenteria, &c. Cortex medianus radicis aut ramorum vino albo aut Hiſpanico infuſus & potus ictero medetur: vinum ejuſmodi mirifice purgare *Cluſio* pro ſecreto communicatum eſt: in lixivio maceratus flavo colore tingit.

FRAN-

FRANKENIA.

CAL. Perianthium *monophyllum, ſubcylindricum, decagonum, perſiſtens: Ore quinquedentato, acuto, patulo.* COR. Petala *quinque: ungues longitudine calycis, inſtructi* Nectario *canaliculato, acuminato.* Limbus *planus: laminis ſubrotundis, patentibus.* STAM. Filamenta *ſex, longitudine calycis.* Antheræ *ſubrotundæ, didymæ.* PIST. Germen *oblongum.* Stylus *ſimplex, longitudine ſtaminum.* Stigmata *tria, oblonga, erecta, obtuſa.* PER. Capſula *ovalis, unilocularis, trivalvis.* SEM. *plurima, ovata, minima.*

Frankenia foliis linearibus baſi ciliatis. Frankenia Lævis. Lychnis ſupina maritima Ericæ facie. Erica ſupina maritima *Ph. Br.* ſupina maritima Anglica *Park.* 1484. *Syn. II.* 314. maritima *Pet. H. Br.* 10. 11. (fig. vitios) Polygonum puſillo vermiculato Serpylli folio Lobelii *Ger. Em.* 567. maritimum minus, foliolis Serpylli *C. B. Pin.* 281. Kali ſeu Vermiculari marinæ non diſſimilis planta *J. B. III.* 703. Anthyllis perennis ſupina flore purpuraſcente *H. R. Monſp.* In maritimis paluſtribus & arenoſis pluribus in locis. In *Lovingland*, juſt over the Water at *Yarmouth*; in the Marſhes about *Thurrington* in *Eſſex*, on the ſandy Ditch-banks, by the Way-ſide going from *Maldon* to *Goldhanger*. (In *Selſey* Iſland, *Suſſex*, plentifully. Nullam folia ejus cum Serpyllo habent ſimilitudinem, nec ulla quæ adhuc extat, figura plantam hanc bene exprimit. Veram autem eam Lychnidis attinem eſſe tum flos, qui Caryophylleus eſt, tum vaſculum ſeminale, quod pyriforme, licet leviter anguloſum, ſuadent.)

Frankenia foliis obovatis retuſis ſubtus pulveratis Frankenia foliis ovalibus. Frankenia Pulverulenta. Alſine maritima ſupina, foliis Chamæſices *Inſt. R. H. App.* 665. Anthyllis maritima, Chamæſicæ ſimilis *C. B. Pin.* 282. Valentina *Cluſ. H.* CLXXXVI. Found on the Coaſt of *Suſſex*, and ſent by Mr. *Brower*. Forte Tithymali marini ſpecies minima ex Cornubia; *Merr. P.*

PEPLIS.

CAL. Perianthtum *monophyllum, campanulatum, perſiſtens, maximum,* ore *duodecimfido: denticulis alternis reflexis.* COR. Petala *ſex, ovata, minutiſſima, calyci prope marginem inſerta.*

STAM.

Stam. Filamenta *ſex, ſubulata, brevia.* Antheræ *ſubrotundæ.* Pist. Germen *ovatum.* Stylus *breviſſimus.* Stigma *orbiculatum.* Per. Capſula *cordata, bilocularis, diſſepimento oppoſito.* Sem. *plurima, triquetra, minima.* Obs. In plurimis unius ejuſdemque plantæ floſculis omnino deficit corolla.

Peplis. Peplis Portula dicta. Portula *C. Giſs. App.* 133. *T.* 7. Alſine rotundifolia ſeu Portulaca aquatica *Ger. Em.* 614. aquatica minor folio oblongo, ſeu Portulaca aquatica *Park.* 1260. Anagallis ſerpyllifolia aquatica *J. B. III.* 372. *Water Purſlane.* In paluſtribus & aquoſis, ubi per hyemem aquæ ſtagnarant frequentiſſime. Foliis Portulacæ, floribus purpurantibus, hexapetalis, caducis, in ſingulis foliorum alis ſingulis ſeſſilibus, locoque natali dignoſcitur. Reliquas notas & qua ratione a Salicaria differat, videſis in *Cat. Giſs. App.*

TRIGYNIA.

RUMEX.

Cal. Perianthium *triphyllum:* foliolis *obtuſis, reflexis, perſiſtentibus.* Cor. Petala *tria, ovata, calyce majora, eique ſimilia, conniventia, perſiſtentia.* Stam. Filamenta *ſex, capillaria, breviſſima.* Anthære *erectæ, didymæ.* Pist. Germen *turbinato-triquetrum.* Styli *tres, capillares, reflexi, inter rimas petalorum conniventium exſerti.* Stigmata *magna, laciniata.* Per. *nullum.* Corolla *connivens, triquetra, includens ſemen.* Sem. *unicum, triquetrum.* Obs. *R. digynus* unicam tertiam partem numeri excludit in omnibus partibus fructificationis, exceptis ſtaminibus. *Acetoſæ* in Diœcia mares & feminas ſeorſim exhibent. *R. Spinoſus* in Monœcia, flores utriuſque ſexus, cum perianthiis uncinatis.

Hermaphroditi: valvulis floris granulo notatis.

Rumex floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis: unica granifera, foliis cordato-lanceolatis. Lapathum folio acuto rubente *C. B. Pin.* 115. Vulgo Lapathum ſanguineum. Sicubi occurrat in viis publicis & ad ſemitas hortorum rejectamentis originem ſuam debere ſuſpicor. (*Merretus* tamen in *Pin.* locis ſylvoſis circa Hamſtedium provenire ait.) Among Buſhes at the Bottom of *Pond-ſtreet.*

La-

Lapathi ſanguinei 1 *ſcrup.* vel *drachm. ſem.* leviter in mortario tuſi, in vino Canarienſi leniter calefactum & per linteum expreſſum atrocem alvi fluxum ſopire experimentum eſt *Volckameri Ephem. Germ. Ann.* 11. *Obſ.* 180. *p.* 411.

Rumex floribus hermaphroditis: valvulis integris graniferis, foliis lanceolatis undulatis acutis. Lapathum folio acuto criſpo *C. B. Pin.* 115. acutum criſpum *J. B. II.* 988. acutum minus *Park.* 226. male; acuti varietas folio criſpo *Ger. Em.* 387. *Sharp-pointed Dock with curled Leaves.* Ad ſemitas frequens.

Folia hujus anguſtiora ſunt quam vulgaris, longiora ſaturatius viridia, nonnihil acida. Semen adeo confertim naſcitur, ut caules penitus contegat & occultet, magnitudine par ſed rubicundius: Vaſcula inſuper ſeminalia vulgaris æmula, verum ad margines plana nec ullis denticellis prædita.

Lapathum acutum anguſtifolium, non criſpum. Invenitur in aquoſis. q. an diſtincta ſit ſpecies? *D. Doody.*

Lapathum acutum minimum *Ger.* 311. *Park.* 1224. *J. B. III.* 984. *Pet. H. Br. T.* 3. *f.* 4. minimum *C. B. Pin.* 115. A 7. ſpecie in eo differt, quod magis tortuoſum ſit Bononienſis prope inſtar, verticillis crebrioribus & denſioribus, foliolis verticillis ſubjectis brevioribus. Paſſim locis humidis.

Lapathum viride *Pet. H. Br. T.* 2. *f.* 6. ſylvaticum acutum, foliolis ad ſingulos verticillos non appoſitis *Buddle H. S. Vol. IV. fol.* 14. Simile eſt Lapatho folio acuto rubente *C. B.* niſi quod folia ſanguineis venis non diſtincta ſint.

Rumex floribus hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblongis. Lapathum acutum *Ger.* 311. *deſcr.* acutum ſeu Oxylapathum *J. B. II.* 983. acutum majus *Park.* 1224. folio acuto, plano *C. B. Pin.* 115. acutum in aquoſis naſcens, foliolis ad ſingulos verticillos appoſitis *Buddle H. S. Vol. IV. fol* 14. acutum planum *Pet. H. Br. T.* 2. *f.* 3. *Sharp-pointed Dock.* In incultis & aquoſis paſſim.

Hujus flores ad intervalla verticillatim naſcuntur, ſingulis fere verticillis appoſito foliolo ligulæ inſtar: Semen plus duplo minus quam præcedentium.

Rumex floribus hermaphroditis: valvulis dentatis, foliis cordato oblongis obtuſiuſculis crenulatis. Lapathum vulgare folio obtuſo *J. B. II.* 984. ſylv. folio ſubrotundo *C. B. Pin.*

Pin. 115. ſylv. vulgatius *Park.* 1225. ſylv. folio minus acuto *Ger. Em.* 388. *The moſt common broad-leaved wild Dock.* In locis humidioribus, in areis pagorum ad ſtabula plerumque oriri ſolet.

In hoc genere flores & ſemina, caules & ramulos verticillatim ambiunt. Foliola illa quæ vaſculum ſeminale efficiunt, quoſdam quaſi dentes in marginibus obtinent; Semen pallidius eſt quam Oxylapathi criſpi. Hydrolapatho magnitudine proximum eſt, & figura ſimile.

Hermaphroditi: valvulis granulo deſtitutis ſ. nudis.

Rumex floribus hermaphroditis, foliis lyratis. Lapathum pulchrum Bononienſe ſinuatum *J. B. II.* 288. *Fiddle-Dock.* In St. *James*'s Fields at *Weſtminſter*, all over St. *George*'s Fields in *Southwark*, and elſewhere. Oxylapatho non multum diſſimile eſt, præterquam foliorum figura utrinque ſinuata.

Ex Obſervatione *Doody* humilius eſt priori, & peculiari modo ramulos incurvatos brachiorum inſtar lateraliter protrudit; quin & ſemina majora ſunt, & eorum involucra marginibus ſuis dentata; *Syn. II. App.* 343.

Lapathum folio acuto, flore aureo *C. B. Pin.* 115. Anthoxanthon *J. B. II.* 988. (fig. mal.) anguſtifolium, polyſpermon *Merr. Pin.* aureum glomerulis denſis *Pet. H. Br. T.* 2. *f.* 8. *Golden Dock.* In paluſtribus aliquoties vidi & collegi. v. gr. circa *Crowland* oppidum in Com. Lincoln. ad Trentam fluvium prope *Swarſton* vicum in Derbia, &c. (betwixt *Hithe* and the Sea in a Pond; Mr. *J. Sherard.*)

Hujus ſemina perexigua ſunt & pallidiora quam cæterorum, folia etiam pallidiora & anguſtiora.

Lapathum aureum *Pet. H. Br. T.* 2. *f.* 7. longo anguſtoque folio, Anthoxantho plurimum accedens, verticillis rarioribus caulem cingentibus, ſemine majori *Pluk. Mant.* 112. Hydrolapathum minus *Lob. Ic.* 286. *Park.* 1225. In St. *George's-fields*, by *Lamb's-conduit*, and many Places about *London*; Mr. *Doody*. Ad *Anniſyclear*, in the Ditch by the Road, on the left Hand before you go to *Hoxton-ſquare*; Mr. *J. Sherard.* In *Tothill fields*; Mr. *Rand.*

Rumex floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis nudis, foliis cordatis. Lapathum maximum aquaticum ſive Hydrolapathum *J. B. II.* 986. Hydrol. magnum *Ger.*

312. majus *Park.* 1225. Lapathum aquaticum folio cubitali *C. B. Pin.* 116. Lapathum longifolium nigrum paluſtre, ſive Britannica antiquorum vera, vel Hydrolapathum nigrum *Munting.* *Great Water-dock.* In aquoſis, paluſtribus ac ſtagnantibus locis, rivis & foſſis majoribus, in ipſis aquis vadoſis, raro extra eas. Magnitudine ſua & loco natali a reliquis Lapathis differt.

Muntingius integrum librum ſcripſit de Britannica Antiquorum vera, (h. e. Hydrolapatho magno, ut nobis videtur) deque ejus viribus & uſu ad Scorbutum præcipue, quem conſule, vel *Hiſt. noſt. p.* 172.

Rumex floribus hermaphroditis digynis. Acetoſa rotundifolia repens Eboracenſis, folio in medio deliquium patiente *Moriſ. H. Ox.* 583. 10. *S. V. App. T.* 36. repens Weſtmorlandica, Cochleariæ foliis apicibus nonnihil ſinuatis *Pluk. Alm.* 8. *T.* 252. *f.* 2. Cambro-britannica montana *Park.* 745. *Round-leafed Mountain Sorrel.* Copioſe provenit juxta ſcaturigines aquarum, in cautibus clivoſis montis *Snowdon* ſupra vicum *Lhandberis*, necnon ad rivulos in confragoſis rupibus montis *Cader-Idris*, ſupra lacum quendam noſtratibus *Lliny cau* dictum; *D. Lhwyd*, qui Acetoſam Cochleariæ folio montanam eam vocat. Eandem in Weſtmorlandiæ & Cumberlandiæ montoſis obſervavit D. *Lawſon*, & nos etiam olim; verum obiter & incurioſius ſpectatam pro Acetoſa Romana rotundifolia habuimus.

Acetoſa Cambro-britannica a Generoſo quodam in hortum tranſlata poſt duos treſve annos cultura faciem mutavit, & Acetoſæ Rom. vulgaris rotundifoliæ vultum & formam induit, ut ab ea dignoſci amplius nequiret: ut ſibi narratum D. *Lhwyd* ad nos ſcripſit: unde a Weſtmorlandica ſpecie diſtinctam ſuſpicor. Siquidem Weſtmorlandica illa ſpeciem in hortos tranſlata nunquam mutat, ſed per multos annos invariata perſeverat, ut a *D. Joan. Fitz-Roberts* certior factus ſum. In *Longſledale*, near *Buckbarrow-well*, and all along the Rivulet that runs by the Well, for a Mile or more. *Idem.* (Plantam hanc non tantum in Weſtmorlandia, ſed etiam Cambriæ montibus collectam, in hortum ſuum tranſtulit *D. Richardſon*, ubi diu floruit, nec faciem mutavit.)

Refrig. & ſicc. appetitum excitat, ſitim ſedat, choleram reprimit, putredini reſiſtit, unde in febribus bilioſis ſimplicibus ac peſtilentibus utiliſſima habetur, ſeu ſuccum ex-

expreſſum juſculis & ſorbitionibus immiſcere, ſeu folia iiſdem incoquere malueris. Aqua deſtillata eiſdem uſibus inſerviet hyemis tempore, quamvis debilior ſit. Herba æſtivis menſibus acetariis & condimentis inſervit.

Rumex floribus dioicis, foliis oblongis ſagittatis. Lapathum acetoſum vulgare. Acetoſa vulgaris *Park.* 742. pratenſis *C. B. Pin.* 114. Oxalis vulgaris folio longo *J. B. II.* 989. Ox. ſeu acetoſa *Ger.* 319. *Common Sorrel.* In pratis & paſcuis.

Acetoſa montana maxima *C. B. Pin.* 114. Oxalis ſylvatica maxima *J. B. II.* 990. In rupibus maritimis prope *Harlech* in Comitatu Merionethenſi collegit *D. Lhwyd.*

Rumex floribus dioicis, foliis lanceolato-haſtatis. Lapathum acetoſum repens lanceolatum. Acetoſa arvenſis lanceolata *C. B. Pin.* 114. minor lanceolata *Park.* 744. Oxalis tenuifolia *Ger.* 320. parva auriculata repens *J. B. II.* 992. *Sheeps Sorrel.* In arenoſis & ſiccioribus. (Hujus duæ ſunt ſpecies; *D. Doody.* Vel potius ſexu differentes plantæ, mas nempe & fœmina: Acetoſa lanceolata & Acetoſa lanceolata mas *Pet. H. Br. T.* 3. *f.* 2. 3. Vid. *Cat. Giſſ.* 52.)

Oxalida minorem *Ger.* 321. ad hoc caput refero; nec enim ſpecie, ſed accidentibus tantum ratione loci differre exiſtimo.

Semen Oxylapathi exibitum [in pulv.] alvi fluxus quoſcunque ſiſtit. Folia e contra alvum ſubducunt. Radix uſus crebri eſt in ſcabie extergenda & ſiccanda idque extrinſecus potiſſimum in lotionibus; *Schrod.* Aqua Oxylapathi deſtillata puſtulas, alphos, ionthos, vitiligines, lichenas, omneſque cutis maculas delere creditur. Radix cereviſiæ infuſa laudatiſſimum antiſcorbuticum habetur; *Willis de Scorbuto.* Decocta in ictero ſanando uſus eſt eximii.

TRIGLOCHIN.

CAL. Perianthium *triphyllum:* foliolis *ſubrotundis, obtuſis, concavis, deciduis.* COR. Petala *tria, ovata, concava, obtuſa, calyci ſimilia.* STAM. Filamenta *ſex, vix notabilia.* Antheræ *totidem, corolla breviores.* PIST. Germen *magnum.* Styli *nulli.* Stigmata *tria vel duplo plura, reflexa, plumoſa.* PER. Capſula *ovato-oblonga, obtuſa*; loculi *tot quot ſtigmata,* valvulis *a baſi verſus apicem, cui cohærent, dehiſcentibus.* SEM. *ſolitaria, oblonga.*

Triglochin capſulis trilocularibus ſublinearibus. Juncajo paluſtris & vulgaris *Inſt. R. H.* 266. Gramen triglochin *J. B. II.* 508. junceum ſpicatum ſeu triglochin *C. B. Pin.* 6. marinum ſpicatum *Ger. Em.* 18. marinum ſpicatum alterum *Park.* 1279. *Arrow-headed Graſs.* In paluſtribus frequens.

Triglochin capſulis ſexlocularibus ovatis. Gramen marinum ſpicatum *Lob. Ic.* 16. junceum & ſpicatum alterum *C. B. Pin.* 6. marinum ſpicatum *Park.* 1270. *Sea-ſpiked Graſs.* In ſalſis maritimis ubique.

Hoc genus folia habet majora & craſſiora quam præcedens; ſpicam denſiorem; vaſcula ſeminalia breviora, majora, rotundiora. Male inſcribitur a *J. B. II.* 508. Gramen ſpicatum cum pericarpiis parvis rotundis; cum ea longiuſcula & ſtriata ſint.

(Enimvero capſulæ vel ſemina ab initio ſunt ſubrotunda, quales in pleriſque Botanicorum figuris exprimuntur, foliolaque illa ad baſin locata perianthium conſtituunt, poſtea oblonga fiunt, per ſiccitatem præſertim, & ſub hoc ſtatu deſignatur & deſcribitur hæc planta a *J. B. II.* 508. nomine Hyacinthi parvi facie Graminis triglochin; adeoque bis ſub duobus nominibus proponitur eadem planta. Ad plenam vero maturitatem fructus fit oblongo rotundus, ſex conſtans ſeminibus preſſe junctis, inferius & de baſi quidem abſcedentibus, minime autem in ſummitate velut in priore cohærentibus, qua de cauſa nonnihil a prioris genere recedit & peculiare genus forſan conſtituere videtur.)

COLCHICUM.

CAL. *nullus: niſi Spathas vagas conſideres.* COR. *ſexpartita.* Tubus *angulatus, radicatus:* Limbi *laciniis lanceolato-ovatis, concavis, erectis.* STAM. Filamenta *ſex, ſubulata, corolla breviora.* Antheræ *oblongæ, quadrivalves, incumbentes.* PIST. Germen *intra radicem ſepultum.* Styli *tres, filiformes, longitudine ſtaminum.* Stigmata *reflexa, canaliculata.* PER. Capſula *triloba, introrſum ſutura connexa, obtuſa, trilocularis, ſuturis dehiſcentibus introrſum.* SEM. *plura, ſubgloboſa, rugoſa.*

Colchicum foliis planis lanceolatis erectis. Colchicum commune *C. B. Pin.* 67. Colchicum Anglicum purpureum & Anglicum album *Park. Par.* 153. *Ger.* 127. Colchicum *J. B. II.* 649. *Meadow-Saffron.* In pratis tam

tam planis quam montoſis, ſolo pingui, in Occidentalibus, ut & Septentrionalibus Angliæ. (In the Pariſh of *Mathon*, in the Meadows under *Malverne* Hills, in *Worceſterſhire*, plentifully; Mr. *Manningham*. In Mr. *Moor*'s Meadow that comes down to the great Fiſh-pond, near his Houſe at *Southgate*; Mr. *J. Sherard*) In ſome Parts of *Wichwood* Foreſt, and in a Meadow near *Stansfield*, in *Oxfordſhire*; alſo in a Meadow near *Calne*, in *Wiltſhire*, toward *Wheatley*, a Seat of *Th. Apreece*, Eſq;

Colchicum Anglicum duplici ſerie petalorum *Merr. P.* Anglicum ſaturatioris purpuræ *Ej.* & C. Anglicum petalis ex albo & purpureo dimidiatim mixtis *Ej.* Prioris varietates ſunt, a *D. Brown* in prato juxta *Comb* in agro Oxonienſi obſervatæ.

Peritiores Botanici Colchici radicem ab Hermodactylo diverſam faciunt. Rationes vide apud *Jo. Bod. a Stapel.* & *J. B.* Colchici radices aliquid maligni habent, nec tuto intra corpus aſſumuntur, aut pilulis antipodragricis admiſcentur: extrinſecus impoſitas Arthritidi conducere poſſe negaverim; *J. B.*

POLYGYNIA.

ALISMA.

CAL. Perianthium *triphyllum*: foliolis *ovatis, concavis, perſiſtentibus*. COR. Petala *tria*: *ſubrotunda, magna, plana, patentiſſima*. STAM. Filamenta *ſex, ſubulata, corolla breviora*. Antheræ *ſubrotundæ*. PIST. Germina *plura quam quinque*. Styli *ſimplices*. Stigmata *obtuſa*. PER. Capſulæ *in trigonum poſitæ, compreſſæ*. SEM. *ſolitaria, parva*. OBS. *Damaſonium* Tournef. capſulis ſex, acuminatis, magnis; diſtinctum fuit. *Aliſma* Dill. vero capſulis numeroſis, obtuſis, parvis.

Aliſma foliis ovatis acutis, fructibus obtuſe trigonis. Plantago aquatica *J. B. III. 2.* 787. aquatica latifolia *C. B. Pin.* 190. aquatica major *Ger. Em.* 417. *Park.* 1245. *Great Water-plantain*, In aquis & juxta aquas ubique fere. Loco natali & flore tripetalo cum Sagitta convenit, foliis Plantagineis ab eadem differt: Flos tamen in hac, & capitula minora, & ſpica magis diffuſa.

Plantago aquatica longifolia *Pet. H. B.* 43. 7. Prioris varietas eſt.

Aliſma foliis cordato-oblongis floribus hexagynis. Damaſonium ſtellatum Dalechampii *J. B. III.* 789. Plantago aquatica ſtellata *C. B. Pin.* 190. aquatica minor ſtellata *Ger. Em.* 417. aquat. minor muricata *Park.* 1245. *Star-headed Water-plantain.* In aquis ſtagnantibus ſed rarius; as in a Pond at *Rumford* Town End, towards *London*, plentifully. (Before you come to *Ilford* in *Eſſex*; Mr. *J. Sherard.* In *Larymer's-pond*, on the left Hand of *Newington-buts*; Mr. *Fyſher.*) On *Putney-heath*; Dr. *Watſon.* Alſo by the Road near *Uxbridge*, toward *Denham.*

Foliis & floribus tripetalis cum plantagine aquatica minore convenit, ſiliculis membranaceis ſtellatim diſpoſitis, plurimis unicuique flori ſuccedentibus ab eadem differt.

Aliſma foliis lineari-lanceolatis, fructibus globoſo-ſquarroſis. Plantago aquatica minor *Park.* 1245. aquatica humilis *Ger. Em.* 417. aquatica anguſtifolia *C. B. Pin.* 190. aquatica humilis anguſtifolia *J. B. III.* 2. 788. *The leſſer Water-plantain.* Cum priore. Capitula huic ſubrotunda echinata Ranunculi: Flores velut in Umbella aut Corymbo.

Plantago aquatica minor, Ranunculi flammei majoris folio, noſtras *Pluk. Amalth.* 175.

Plantago aquatica, λεπτομαχρόφυλλος *Fl. Pr. p.* 199. *ic.* 62. Found by Mr. *Andrews* in a Bog about a Mile from *Sudbury* in *Eſſex.*

Plantago aquatica refrigerare & ſiccare dicitur: Succus ejus ad lac in mamillis conſumendum & ſiccandum pro ſecreto habetur.

CLASSIS

CLASSIS SEPTIMA.

HEPTANDRIA.

I. MONOGYNIA.

TRIENTALIS.

CAL. Perianthium *heptaphyllum, perſiſtens :* foliolis *lanceolato-anguſtis, acuminatis, patentibus.* COR. *ſtellata, plana, monopetala, ſeptem-partita, baſi leviſſime cohærens :* laciniis *ovato-lanceolatis.* STAM. Filamenta *ſeptem, capillaria, unguibus corollæ inſerta, longitudine calycis.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *globoſum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigma *capitatum.* PER. Bacca *capſularis, exſucca, globoſa, unilocularis, cruſta tenuiſſima, varie dehiſcens.* SEM. *nonnulla, angulata.* Receptaculum *maximum, excavatum pro ſeminibus.* OBS. Numerus vulgatiſſimus eſt ſeptenarius in hac planta, licet interdum variet. Fructus eſt Bacca non dehiſcens per valvulas, uti Capſula.

Trientalis foliis lanceolatis integerrimis. Alſinanthemos *Thal. Sylv.* 15. *deſcr.* Pyrola Alſines flore Europæa *C. B. Pin.* 191. *Park.* 509. Pyr. Alſines flore major *C. B. Pr.* 100. Herba trientalis *J. B. III.* 536. Invenit *T. Williſel* ad orientalem extremitatem *Rumbles-meer* prope *Helwick* in comitatu Eboracenſi, loco paludoſo inter Juncos, inque Northumbria trans murum Pictorum 5. m. p. ultra *Hexam* oppidum Boream verſus; necnon inter Ericas in montoſis paluſtribus non longe ab oppidulo *Harbottle* ad occidentem.

E foliorum velut umbella in ſummo cauliculo gracili

exeunt in pedicellis oblongis tenuiſſimis flores pulchelli albi duo treſve, pentapetalos ſimulantes, (vel polypetalos aut hexapetalos potius, nam hic numerus magis regularis videtur, cum vaſculo reſpondeat trivalvi. Calyx in totidem lacinias, quot flos ſegmenta habet, nimirum in 6. 7. & 8. dividitur. Semina anguloſa ſunt & ordinario plura quam tria vel quatuor, quem numerum *Floræ Jen. auctor* adſcribit, in capſula ſphærica, tribus ut dictum carinis dehiſcente continentur. An vero ea, ut ibidem aſſeritur, calyptra membranacea obvolvantur, nondum detegere licuit. E quibus conſtat peculiare huic plantæ tribuendum eſſe genus, nec cum Anagallidis, ut quidam fecit, confundendam.

Pyrola Alſines flore Braſiliana *C. B. Pin.* 191. *Pr.* 100. Found near *Giſbury* in *Cleveland*; Mr. *Lawſon*. (No News ſince of this Plant.)

CLASSIS OCTAVA.

OCTANDRIA.

I. MONOGYNIA.

EPILOBIUM.

CAL. Perianthium *tetraphyllum:* foliolis *oblongis, acuminatis, coloratis, deciduis.* COR. Petala *quatuor, ſubrotunda, extrorſum latiora, emarginata, patentia.* STAM. Filamenta *octo, ſubulata:* alterna *breviora.* Antheræ *ovales, compreſſæ, obtuſæ.* PIST. Germen *cylindraceum, longiſſimum, infra receptaculum.* Stylus *filiformis.* Stigma *quadrifidum, craſſum, obtuſum, revolutum.* PER. Capſula *longiſſima, cylindracea, ſtriata, quadri-*

driloculares, quadrivalvis. SEM. *numeroſa, oblonga, pappo coronata.* Receptaculum *longiſſimum, tetragonum, liberum, flexile, coloratum.* OBS. In aliis *ſtamina & piſtillum* erecta, in aliis *declinata* ad latus inferius.

Staminibus declinatis.

Epilobium foliis ſparſis lineari-lanceolatis. Lyſimachia ſpecioſa, quibuſdam Onagra dicta, ſiliquoſa *J. B. II.* 906. Lyſ. Chamænerion dicta, latifolia *C. B. Pin.* 245. Chamænerion flore Delphinii *Park. Par.* 270. *Roſebay Willow-herb.* In the Meadows near *Sheffield* in *Yorkſhire*, and in ſeveral other Places of the North, plentifully. (About two Miles before you come to *Alton*, from *Aſhton*, by the Hedge of a Coppice; Mr. *Sherard* and Mr. *Rand* in Company.) In the Field between the Chequer and the Marſh at *Walthamſtow.* Near *Cane-wood, Hampſtead.*

(Lyſimachia Chamenærium dicta, flore Delphinii *Park.* plantam folio anguſtiore, in ſummitate montis *Hyſvae* quondam mihi videre contigit, omnibus partibus minorem, ſed forſan ſpecie non diverſam; *D. Richardſon.*)

Proceritate eximia, glabritie, foliis & floribus Nerium æmulantibus, importuna reptandi licentia, ab aliis ſpeciebus diſtinguitur.

Staminibus erectis regularibus, petalis bifidis.

Epilobium foliis oppoſitis lanceolatis ſerratis. Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta magno flore *C. B. Pin.* 245. ſiliquoſa hirſuta majore flore purpureo *J. B. II* 905. Lyſim. ſiliquoſa *Ger.* 386. *Great hairy-codded Looſeſtrife, or Willow-herb, called alſo Codlings and Cream.* Juxta ſcrobium, foſſarum, fluviorum rivulorumque margines poſt mediam æſtatem floret. Foliorum paululum compreſſorum odor ſuavis, poma elixa flori lactis commixta refert.

Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta parvo flore *C. B. Pin* 245. *Pr.* 116. ſiliquoſa hirſuta flore minore *J. B. II.* 906. ſylvatica *Ger.* 387. Lyſimachia ſiliquoſa ſylveſtris hirſuta *Park.* 549. *The leſſer hairy-codded Looſeſtrife, or Willow-herb with ſmall Flowers.* In aquoſis & ad rivulos. Planta ipſa non minus quam flores, præcedente minor eſt & humilior folia etiam minus rugoſa ſunt, flores pallidiores.

Epi-

Epilobium foliis oppoſitis ovatis dentatis. Lyſimachia campeſtris *Ger.* 387. ſiliquoſa major *Park.* 548. ſiliquoſa glabra major *C. B. Pin.* 245. lævis *J. B. II.* 907. *The greater ſmooth-leaved Willow-herb, or Looſeſtriſe.* In humidis & uliginoſis ſaxoſis, hortis, areis, ſylvis.

Foliorum latitudine & figura ad Aſclepiadem fere accedente; item ſtatura ſua & loco natali ab aliis Lyſimachiis glabris differt.

Epilobium foliis lanceolato-linearibus denticulatis. Lyſimachia ſiliquoſa glabra media ſive minor *Ger. Emac.* 479. ſil. glabra minor *C. B. Pin.* 245. lævis *J. B.* quoad iconem. *Middle ſmooth-leaved codded Willow-herb, or Looſeſtriſe.* Ad foſſas & rivulos. Folia quam præcedentis anguſtiora ſunt & longiora; caulis humilior, ramoſior.

Epilobium foliis oppoſitis, lanceolatis integerrimis, petalis bifidis, caule erecto. Lyſimachia ſiliquoſa glabra minor anguſtifolia *Ger. Emac.* 479. ſiliquoſa glabra anguſtifolia *C. B. Pin.* 245. Chamænerion *Ger. Icon.* 386. *The leaſt ſmooth-codded Looſeſtriſe, or Willow-herb.* In paluſtribus.

Hæc humilior eſt præcedente, foliis minoribus, obſcurius virentibus & vix ſerratis, ad exortum anguſtioribus, medio latioribus, deinde in tenuem mucronem paulatim deſinentibus.

Lyſimachia ſiliquoſa glabra minor latifolia. *The leſſer ſmooth broad-leaved codded Willow-herb.* In the Rivulets on the Side of *Cheviot-hills* in *Northumberland.*

Folia huic glabra atro-virentia, magnitudine & figura fere Ocymi aut Origani. Caules infirmi, bipalmares: ſiliquæ longæ nutantes.

VACCINIUM.

CAL. Perianthium *minimum, germini inſidens, perſiſtens.* COR. *campanulata, monopetala, quadrifida:* laciniis *revolutis.* STAM. Filamenta *octo, ſimplicia.* Antheræ *bicornes, dorſo ariſtis duabus patentibus inſtructæ, apice dehiſcentes.* PIST. Germen *infra receptaculum.* Stylus *ſimplex, ſtaminibus longior.* Stigma *obtuſum.* PER. Bacca *globoſa, umbilicata, quadrilocularis.* SEM. *pauca, parva.* OBS. *Numerus* ſæpe addit unicam quartam partem in omni parte fructificationis. *Calyx* in pluribus quadrifidus, in *Myrtillo* integerrimus. *Corolla* recens fere integra, revolvitur ad baſin in *Oxycocco* Tournef.

Fo-

Foliis annotinis deciduis.

Vaccinium pedunculis unifloris, foliis ſerratis ovatis deciduis, caule angulato. Vitis Idæa anguloſa *J. B. I.* 520. foliis oblongis crenatis, fructu nigricante *C. B. Pin.* 470. Vaccinia nigra *Ger. Em.* 1415. nigra vulgaria *Park.* 1455. *Black Whorts, or Whortle-berries, or Bill-berries.* In ericetis & ſylvis humectis, ſolo paluſtri & ſpongioſo aquas retinente. In the Out-woods near *Loughborough*, and in *Buddon-wood*, near *Mount-ſorrel*, *Leiceſterſhire*; Mr. *Pultney.* Theſe Berries are very aſtringent, ſometimes mortally; *Haller.*

Foliis deciduis crenatis, ſurculis anguloſis, baccis nigris, polline cœruleo obductis innoteſcit.

Vaccinium pedunculis unifloris, foliis integerrimis ovalibus baſi ciliatis. Vitis Idæa magna quibuſdam, ſive Myrtillus grandis *J. B. I.* 518. Idæa foliis ſubrotundis exalbidis *C. B. Pin.* 470. Idæa foliis ſubrotundis major *Ger. Em.* 1416. Vaccinia nigra fructu majore *Park.* 1455. *The great Billberry Buſh.* In montoſis Cumberlandiæ medio itinere inter *Hexham* & *Pereth* oppida; ſed copioſius prope vicum *Gambleſby*, ad ſextum ab oppido *Pereth* lapidem, via quæ novum Caſtellum ducit: utrobique in paſcuis paluſtribus. Mr. *Lawſon* obſerved it, together with the two following, in the Foreſt of *Whinfield*, *Weſtmoreland.* (Loco putrido & ſpongioſo prope *Julians Bower* mihi oſtendit *D. Lawſon*; *D. Richardſon.*) Hæc ſpecies maxima eſt earum quæ apud nos ſponte proveniunt, folio deciduo, non crenato.

Foliis ſempervirentibus.

Vaccinium racemis terminalibus nutantibus, foliis obovatis revolutis integerrimis ſubtus punctatis. Vitis Idæa ſemper virens fructu rubro *J. B. I.* 522. Idæa foliis ſubrotundis non crenatis, baccis rubris *C. B. Pin.* 470. Vaccinia rubra *Ger. Em.* 1415. rubra buxeis foliis *Park.* 1458. *Red Whorts, or Whortle-berries.* Cum priore, ſed rarior. In montibus Derbienſibus, Staffordienſibus, Eboracenſibus inter Ericas copioſam obſervavimus.

Foliis

Foliis ſubrotundis non crenatis ſemper virentibus, baccis rubris a reliquis facile dignoſcitur. (Hujus baccæ edules ſunt, & ob ſâporem ab incolis expetuntur; *D. Richardſon.*)

Vaccinia rubra foliis myrtinis criſpis D. *Merret*. Four Miles from *Heptenſtal*, near *Widdop*, on a great Stone by the River *Gorlp* in *Lancaſhire*. Hanc ſpeciem loco ſuo natali nobis oſtendit *Tho. Williſel*, verum neque florem ejus neque fructum vidimus. Quod ad folia & totum plantæ habitum reſpondebat ſatis apte Viti Idææ, fructu nigro *J. B. I.* 519. Idææ, foliis oblongis albicantibus *C. B. Pin.* 470. Vaccin. nigra Pannonicis *Park.* 1455. Pannonicis, ſeu Viti Idææ *Ger.* 1416. Verum ſi fructus ruber ſit, alia neſcio quæ ſpecies erit.

(Found alſo by Mr. *Lhwyd* plentifully for ſome Miles together in that End of *Mull*, next to *Eycolumb-Kill*, *Scotland*. Planta eſt valde diverſa a *Vite Idæa ſemper-virenti, fructu rubro*; major eſt & ramoſior, foliorum ſuperficies criſpa; baccæ (quas toto anno retinet, uti referunt incolæ) Agrifolii baccis magis ſimiles; *D. Lhwyd* in epiſtola ad *D. Richardſon*, *Act. Phil. N.* 337. *p.* 100. Cum vite Idæa foliis buxeis nonnullis convenit. Pedalem aliquando ſuperat altitudinem, priori ramoſior & lignoſior; foliorum ſuperficies criſpa & quaſi cæſia, ad ramulorum extremitates flores plerumque ſpicatim protendit, Lilii convallium ſimiles, ſed minores, ex albo rubentes, quibus ſuccedunt baccæ Agrifolii baccis ferme ſimiles, ſed propter auſteritatem ingratam non tantum ab incolis, ſed etiam ab ipſis avibus per totam hyemem intactæ manent, in borealibus Scotiæ inſulis abundant, præcipue in inſula *Mull*, ut mihi literis communicavit D. Lhwyd; *D. Richardſon.*)

Baccæ, myrtilli dictæ, frigidæ ſunt, & cum manifeſta adſtrictione reſiccant. Ventriculo æſtuanti conveniunt, ſitim ſedant, febrium calores mitigant, alvum reprimunt, vomitum ſiſtunt, adverſus choleram morbum proſunt. Sed ad hos uſus ob baccarum cruditatem earundem Rob longe præferendus eſt; *Dod.*

Partes tenues harum ſucco ineſſe, eumque etiam vehementer aſtringere oſtendunt notæ pæne ineluibiles, manibus & labiis manducantium impreſſæ; hinc tinctores eo utuntur ad chartas & linteamina cœruleo colore tingenda.

Vaccinium foliis integerrimis revolutis ovatis, caulibus repentibus filiformibus nudis. Oxycoccus ſeu Vaccinia paluſtria *J. B. I.* 525. Vitis Idæa paluſtris *C. B. Pin.* 471. Vaccinia paluſtria *Ger.* 1367. Vaccinium paluſ-

tre

tre *Park.* 1229. *Marſh Whortle-berries, Moſs-berries, or Moor-berries.* On Mooriſh Grounds and Quagmires, as in *Sutton-coſield* Park, *Warwickſhire*, &c.

Viticuli tenues ſupini, folia Serpylli, floſculi tetrapetali, locus paluſtris, baccæ interdum ſublongæ, hanc herbam a reliquis bacciferis diſtinguunt.

ERICA.

CAL. Perianthium *tetraphyllum: foliolis ovatis, erectis, coloratis, perſiſtentibus.* COR. Petalum *unicum, erectum, quadrifidum, ventricoſum.* STAM. Filamenta *octo, capillaria, receptaculo affixa.* Antheræ *apice bifidæ.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Stylus *filiformis, rectus, declinatus, ſtaminibus longior.* Stigma *coronulatum, tetragonum, quadrifidum.* PER. Capſula *ſubrotunda, calyce minor, tecta, quadrilocularis, quadrivalvis.* SEM. *numeroſa, minima.* OBS. Dantur ſpecies calyce duplici. *Figura Corollæ* ex ovata & oblonga in diverſis varia eſt. *Antheræ* in aliis bicornes, in aliis emarginatæ. *Stamina* in aliis corolla longiores, in aliis breviores.

Antheris bicornibus.

Erica antheris bicornibus incluſis, corollis inæqualibus campanulatis mediocribus, foliis oppoſitis ſagittatis. Erica vulgaris *Park.* 1480. vulgaris ſeu pumila *Ger. Em.* 1380. folio Myricæ I. ſeu vulgaris glabra *C. B. Pin.* 485. vulgaris humilis ſemper virens, flore purpureo & albo *J. B. I.* 354. *Common Heath, or Ling.* In montoſis Septentrionalibus omnia late occupat.

Erica vulgaris hirſuta *Ger.* 1380. Myricæ folio hirſuto *C. B. Pin.* 485. Myricæ folio, tomentoſis & incanis foliis Cluſii *J. B. I.* 355. vulgaris hirſutior *Park.* 1480. *Common-rough-leaved Heath.* Cum priore, a qua certe eam non puto ſpecie differre. (*Doodio* vero *Syn. Ed. II. App.* 345. diverſa fuit viſa propterea præcipue, quia per totum ericetum *Bagſhot* ut & *Redhill* per 6. aut 8. milliarium iter vix alia occurrat Erica, eaque Chamæcypariſſum canitie æmuletur.)

Erica antheris bicornibus incluſis, corollis ovatis racemoſis, foliis ternis glabris linearibus. Erica tenuifolia *Ger.* 1198. virgata ſeu ſexta Cluſii *Park.* 1483. humilis, cortice cinereo, Arbuti flore *C. B. Pin.* 486. ramulis ternis, floribus ſaturatioribus purpureis *J. B. I.* 357. *Fine-leaved Heath.*

Heath. In incultis. On the Wolds between *Aſhby-de-la-zouch* and *Burton* upon *Trent*; Mr. *Pultney.*

Altitudo pedalis; cortex cinereus; Folia ſaturate viridia terno ordine diſpoſita, uti ſunt & ramuli; Flores Arbuti, ſaturatius purpurei, urceolos imitati, longa ſerie verſus ſummos caules.

Erica antheris bicornibus incluſis, corollis ſubgloboſis aggregatis calyce longioribus, foliis quaternis ciliatis patentibus. Erica Brabantica folio Coridis hirſuto quaterno *J. B. I.* 358. pumila Belgarum Lobelio, Scoparia noſtras *Park.* 1482. ex rubro nigricans Scoparia *C. B. Pin.* 486. major flore purpureo *Ger. Em.* 1382. (quoad deſcript.) folio Coridis 13. *Cluſ. H.* 46. *Low Dutch Heath, or Beſome Heath.* It is not uſed with us for Beſoms, that I ever ſaw, nor is fit for ſuch a Uſe. Rectius Erica paluſtris folio hirſuto quaterno diceretur, ſiquidem paluſtribus & aquoſis gaudet.

Flores in ſummitatibus ramulorum conferti velut in umbella, ampli, pallide purpurei ſeu carnei, rarius albi.

Erica foliis Corios multiflora *J. B. I.* 356. Coris folio ſecundæ altera ſpecies *Cluſ. H.* 42. Juniperifolia Narbonenſis denſe fruticans *Lob. Obſ.* 620. *Fir-leaved Heath, with many Flowers.* On *Goon* hilly Downs, going from *Helſton* to the *Lizard-Point* in *Cornwall.*

Hæc ſpecies diverſa eſt ab Erica Coris folio ſecunda *Cluſii* ſiquidem Cluſius ipſe diſtinguit, quantumvis C. Bauhinus, eumque ſecutus Parkinſonius hanc cum illa eandem faciant.

Hæc autem ad cubiti, aut etiam ulnæ in lætiori ſolo altitudinem aſſurgit: Cortex ſurculorum tenuiorum cinereus eſt, majorum rufus: *Caules* tortuoſi procumbentes: *Folia* longiuſcula anguſta, Juniperinis aut potius Abiegnis quadantenus ſimilia, acuta non tamen pungentia, ſuperne viridia, inferne albicantia, ut Abietis feminæ aut Juniperi, ad margines reflexa, adeo ut inferna parte concava videantur, crebra & conferta, ut ramulos juniores fere celent, quemadmodum Juniperina, nullo ordine poſita, vel ſi quem affectent quina ſimul. *Floſculi,* ut in reliquis, pedicellis tenuibus appenſi, calyculati, breviuſculi & tumidi, pallide plerunque carnei & pæne albi, interdum ſaturatiore purpura tincti, e quorum orificio extant apices novem atro purpurei, ſtaminulis tenuibus inſidentes. Succedit in vaſculo exiguo ſemen parvum, rufum.

Erica Cantabrica flore maximo, foliis Myrti ſubtus incanis *Inſt. R. H.* 603. Er. St. Dabeoci Hibernis D. Lhwyd. *Raj. Hiſt. III. Dendr.* 98. Hibernica foliis Myrti piloſis, ſubtus incanis

canis *Petiv. Hort. Sicc. Raj. Hiſt. III. App.* 244. *Gaz. Nat. Tab.* 27. *f.* 4. In montibus *Mayo* ſqualido & ſpongioſo ſolo frequens eſt, ut & per totum *Hiar-Connacht* in Gallovidia.

Tum ſuccus Ericæ tum aqua florum deſtillata oculorum ruborem tollit: eadem colica laborantibus utiliter exhibetur; *Trag.* Oleo e floribus confecto ad tollendos herpetes fœdos & inveteratos totam faciem occupantes *Rondeletium* magno ſucceſſu uſum ſcribit *Cluſius.* Decoctum herbæ potum & in balneo uſurpatum ad veſicæ calculos comminuendos & expellendos commendat *Matthiolus.*

Uſus ejus eſt in Scotia ad caſarum & hortorum parietes extruendos, atque etiam ad lectiſternia. Circa *Shenſton* in comitatu Staffordiæ ad condiendam cereviſiam, ut ſervetur diu, lupulorum loco Erica utuntur, quæ nullum ei ingratum ſaporem communicat; *D. Plot. Hiſt. Nat. Staff. C.* 9. *Sect.* 83. *p.* 379.

DAPHNE.

CAL. *nullus.* COR. *monopetala.* Tubus *cylindraceus, imperforatus, limbo longior.* Limbus *quadrifidus:* laciniis *ovatis, acutis, planis, patentibus.* STAM. Filamenta *octo, brevia, tubo inſerta:* alterna *inferiora.* Antheræ *ſubrotundæ, erectæ, biloculares.* PIST. Germen *ovatum.* Stylus *nullus.* Stigma *capitatum, depreſſo-planum.* PER. Bacca *ſubrotunda, unilocularis.* SEM. *unicum, ſubrotundum, carnoſum.*

Daphne racemis axillaribus, foliis lanceolatis glabris. Laureola *Ger.* 1219. *Park.* 205. ſemper-virens flore luteolo *J. B. I.* 564. ſemper-virens flore viridi, quibuſdam Laureola mas *C. B. Pin.* 462. *Dwarf-laurel, Spurge-laurel.* In ſylvis & ſepibus. Februario menſe aut Martii initio floret. Flos herbaceus e tubo oblongo in quatuor ſegmenta expanditur; baccæ oblongæ, nigræ, nucleo intus unico, duro. Folia craſſa, obſcure viridia, in ſummis virgis denſa & velut in orbem diradiata.

Commanducata fauces inflammat; intus ſumpta vomitum ciet, ventriculam & partes internas lædit & adurit, ideoque propter inſignem ejus acrimoniam maligna cenſetur & a medicis raro præſcribitur. Pulvis in aceto macerata, exſiccata & comminuta cancris inſperſus prodeſt. Frigida & repellentia conveniunt in cancro occulto, in exulcerato non item; *D. Bowle.*

TRIGYNIA

TRIGYNIA.

POLYGONUM.

CAL. *nullus, niſi corollam velis, cui externe craſſities viridis calycem mentiens, adnata eſt.* COR. Petalum *unicum, baſi anguſtius, imperforatum,* limbo *patulum, quinquepartitum:* laciniis *ovatis, obtuſis, perſiſtentibus.* STAM. Filamenta *ſæpius octo, ſubulata, brævisſima.* Antheræ *ſubrotundæ, incumbentes.* PIST. Germen *triquetrum.* Styli *tres, filiformes, breviſſimi.* Stigmata *ſimplicia.* PER. *nullum.* Corolla *rudis ſub forma calycis ſemen involvens.* SEM. *unicum, triquetrum, acutum.* OBS. *Stamina in* nonnullis 6, 5, 7. *Piſtillum* in quibuſdam duplex vel bifidum.

Biſtorta ſpica unica.

Polygonum caule ſimpliciſſimo monaſtachyo, foliis ovatis in petiolum decurrentibus. Biſtorta major *Ger.* 322. major vulgaris *Park.* 391. major rugoſioribus foliis *J. B. III.* 538. radice minus intorta *C. B. Pin.* 192. *The greater Biſtort, or Snakeweed.* In pratis humidis ſed rarius. It is frequent about *Sheffield* in *Yorkſhire*; plentifully alſo in the Meadows at *Tamworth* and *Faſely* in *Warwickſhire*, and in divers other Parts of *England.* (In occidentali parte agri Eboracenſis in pratis præcipue humidis, nimis copioſe, v. g. prope *Hallifax*, *Bradford*, alibique provenit; *Dr. Richardſon.*) In *Batterſea* Meadow.

Polygonum caule ſimpliciſſimo monoſtachyo foliis lanceolatis. Biſtorta minor *Ger.* 322. minor noſtras *Park.* 392. Alpina minor *C. B. Pin.* 192. minima *J. B. III.* 539. *Small Biſtort, or Snakeweed.* In ſeveral Places of *Weſtmoreland*, as at *Crosby Ravenſworth*; Mr. *Lawſon.* It was ſhewn me by *Tho. Williſel*, in a mountainous Paſture about a Mile and half from a Village called *Wherf*, not far from the Footway leading thence to *Settle* in *Yorkſhire.*

Hæc ſpecies revera diverſa eſt a Biſtorta media Alpina, non eadam ut aliquando ſuſpicabar; nam & ipſe (ut in notis meis invenio) Biſtortam mediam in Alpibus obſervavi; quamvis id oblitus fueram.

Biſtorta

Biſtorta minima Alpina, foliis imis ſubrotundis & minutiſſime ſerratis *D. Lhwyd.* Biſtorta Alpina pumila varia *Park.* 392. pumila foliis variis rotundis & longis *H. Ox. II.* 585. 4. *The leaſt Mountain Biſtort, with round and long Leaves.* In paſcuis clivoſis excelſæ rupis *y Grîb Gôch* dictæ ſupra lacum *Phynon bhrêch* prope *Lhan-berys.* Perpuſilla eſt planta, 4 unciarum altitudine, an vero ſpecie diſtinguenda ſit a Weſtmorlandica aliorum judicio relinquo; *D. Lhwyd.*

Poſteriores duæ ſpecies a prima forma ſeminis rotunda differunt, unde & genere differre videntur.

Radix aſtringit valide, unde ad omnes affectus valet in quibus adſtrictione opus eſt, ut v. g. urinæ incontinentiam, menſes nimios, ſanguinem e vulneribus manantem, bilioſas vomitiones, hæmoptyſin, dyſenteriam aliaſque ventris fluxiones, deſtillationes in dentes, gingivas, tonſillas & fauces, vel in vino decocta, vel in pulvere cum conſerva roſarum aſſumpta. Quin etiam Alexipharmaca cenſetur & ſudorifera; ſumma eiſdem cum Tormentilla viribus pollere.

Perſicaria piſtillo bifido.

Polygonum floribus pentandris, ſemidigynis, ſtaminibus corolla longioribus. Perſicaria Salicis folio perennis, Potamogiton anguſtifolium dicta. Potamogiton anguſtifolium *Ger.* 675. Pot. 2. ſeu Salicis folio *C. B. Pin.* 139. Potamogiton ſeu Fontalis Perſicariæ foliis *J. B. III.* 777. Fontalis major longifolia *Park.* 1254. *Perennial Willow-leaved Arſmart, commonly called narrow-leaved Pondweed.*

Aquis plerumque innatat: interdum tamen extra aquas creſcit, (vel aquis exſiccatis eam deſerentibus, vel ipſius radicibus in foſſarum aggeres ejectis) & tunc folia obtinet hirſuta, aſpera & Perſicariæ in modum maculoſa: unde a nonnullis pro nova Perſicariæ ſpecie a Potamogitone anguſtifolia diverſa habita eſt, & recte quidem pro Perſicariæ ſpecie eam habent; verum male a Potamogitone vulgo dicta ſeparant: nos etenim vidimus in eadem planta folia extra aquas naſcentia, aſpera & hirſuta, aquis innatantia, lævia & lucida. Q. annon hæc ſit Perſicaria acida peculiaris *Cat. Altdorf.* Perſicaria hirſuta radice perenni *Cat. Lugd. Bat.* Perſic. longiſſimo & anguſto folio, & Perſic. foliis ſalicinis *D. Merret.*

Perſicaria maculoſa procumbens foliis ſubtus incanis. About *London.* Mr. *Doody Not.* Perſ. mitis maculoſa repens, foliis ſubtus incanis ad genicula florens *Buddl. H. S. Vol. IV. fol.* 20. albida ramoſa *Pet. H. Br. T.* 3. 10.

Calida eſt & acris, ut & ſapor convincit, unde & Hydropiper dicta. Pueris ludicrum familiare eſt, folium ut lingua frangant ſociis ſuadere, quod membrum hoc valde urit & compungit. Extrinſecus utilis eſſe dicitur in vulneribus, tumoribus induratis, ulceribus inveteratis, *&c. Schrod.* Aqua ſtillatitia ad comminuendum calculum veſicæ commendatur; *D. Boyle de Utilit. Philoſ. Natur. ad Medicinam, p.* 65. Expellendis muſcis vix quicquam efficacius reperias; *Trag.*

Polygonum floribus hexandris ſemidigynis, foliis lanceolatis, ſtipulis ſubmuticis. Perſicaria vulgaris acris ſeu Hydropiper *J. B. III.* 780. vulg. acris ſeu minor *Park.* 856. urens ſeu Hydropiper *C. B. Pin.* 101. Hydropiper *Ger.* 361. *Water-pepper, Lakeweed, or Arſmart.* In aquoſis naſcitur ad rivulos & foſſas.

Perſicaria puſilla repens *Ger. Em.* 446. *Park.* 857. minor *C. B. Pin.* 101. *H. Ox. II. S. V. T.* 29. *Small creeping Arſmart.* In pratis humidis & aquoſis.

Perſicaria anguſtifolia ex ſingulis geniculis florens *M. P.* 90. Perſicaria anguſtifolia *C. B. Pin.* 101. *Pr.* 43. *Narrow-leaved Lakeweed.* This I found the laſt Autumn with the common Arſmart, on the Ditch-banks in the Meadows beyond the Lord *Peterborough*'s Houſe at *Weſtminſter*; *Petiv. Syn. II. App.* 324.

Polygonum floribus hexandris digynis, ſpicis ovatis oblongis, foliis lanceolatis, ſtipulis ciliatis. Perſicaria maculoſa *Ger.* 361. mitis *J. B. III.* 779. vulgaris mitis ſeu maculoſa *Park.* 856. mitis maculoſa & non maculoſa *C. B. Pin.* 101. *Dead or ſpotted Arſmart.* In rivulis & ad aquas, non raro & inter ſegetes, locis humidioribus. Folia macula nigra ſæpius notantur, interdum ea carent. Florum ſpicæ breviores, denſiores & habitiores, ſunt quam Perſ. urentis, plerunqne dilute rubent, interdum albicant.

Perſicaria folio ſubtus incano *Inſt. R. H.* 510. maculoſa incana *Pet. H. Br.* 3. 8. Paſſim circa Londinum.

Perſicaria mitis major, foliis pallidioribus *D. Bobarti. Dead Arſmart the greater, with pale Leaves.*

Planta eſt erecta, tripedalis, caule digiti craſſitudine, geniculis protuberantibus, in arbuſculam quaſi fruteſcens. Folia palmaria & dodrantalia, binas uncias lata, pallida, albedine

aſperſa,

aſperſa, nunc maculata, nunc immaculata, Spicæ quam vulgari craſſiores, ponderoſæ frequenter dependent: Semina quoque majora. In the Lands and Furrows of *Hedington* Field, above St. *Bartholomew*'s Hoſpital, half a Mile from *Oxford*, ſufficiently plentiful. A. D. *Jacobo Bobarto* obſervata & deſcripta eſt.

Perſicaria foliis Salicis albæ vulgaris *Buddl. Hort. Sicc. Vol. IV. f.* 20. argentea *Pet. H. Br.* 3. 9.

Perſicaria latifolia geniculata, caulibus maculatis *D. Rand.* Paſſim circa Londinum.

Polygonum foliis indiviſis, floribus octandris.

Polygonum floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis, caule procumbente herbaceo. Polygonum mas vulgare *Ger.* 451. mas vulgare majus *Park.* 443. latifolium *C. B. Pin.* 281. Polygonum ſeu Centinodia *J. B. III.* 374. *Common Knot-graſs.* In locis incultis juxta & cultis, præſertim glarioſis, vias & ſemitas late ſubinde occupat.

Polygonum brevi anguſtoque folio *C. B. Pin.* 281. ſecundum *Tab. Ic.* 833. mas minus *Ger.* 451. folio brevi *Pet. H. Br.* 10. 3. Paſſim locis glareoſis & ad vias.

Polygonum oblongo anguſtoque folio *C. B. Pin.* 281. folio anguſto *Pet. H. Br.* 10. 4. ſecundum *Tab. Ic.* 833. vulgare noſtras anguſtiſſimo Graminis folio *Pluk. Alm.* 301. vulgare folio oblongo anguſto acuto *Dood. Ann.* About *Camberwell*, and amongſt the Corn in *Houndſfield*, by *Pounderſend*, plentifully.

Polygonum folio rotundo *Pet. H. Br.* 10. 2. foliis crebrioribus Serpylli *Dood. Ann.* foliis rotundis denſiſſime ſtipatis *Buddle H. S. Vol. IV. fol.* 23. In incultis.

Polygonum marinum *J. B. III.* 376. marinum maximum *Ger. Em.* 564. marinum majus *Park.* 444. majus V. ſeu maritimum latifolium *C. B. Pin.* 281. *Great Sea Knot-graſs.* In arenoſis maris littoribus, ut v. g. prope oppidum *Penſans* in *Cornubia.* (Between *Abermeney* and *Llhandwyn*; Mr. *Lhwyd.* At *Brakelſham* in *Suſſex*, *D. Dillenius.*)

Siccat & aſtringit, vulnerarium eſt. Uſus præcipuus in ſiſtendis fluxibus quibuſcunque, diarrhœa, dyſenteria, fluxu uterino, vomitu, hœmorragia narinum. Extrinſecus prodeſt in vulneribus, ulceribus, inflammationibus oculorum, &c. *Schrod.*

Polygonum foliis cordato-ſagittatis, caule erectiuſculo inermi, ſeminum angulis æqualibus. Fegopyrum *Dod. Pemp.* 511. Tragopyrum *Ger. Em.* 89. *Park.* 1141. Fagotriticum *J. B. II.* 993. Eryſimum Theophraſti, folio hederaceo *C. B. Pin.* 27. *Buck-wheat, or Brank.* Seritur in agris.

Uſus hujus ad pultes, ac panem etiam pro plebeiis, ad pullos ſaginandos: quin e ſeminibus oleum exprimitur in Belgio.

Helxine foliis ſubcordatis.

Polygonum foliis cordatis, caule volubili, floribus planiuſculis. Fegopyrum ſcandens ſylveſtre. Convolvulus minor Atriplicis folio *Park.* 171. 172. Volubilis nigra *Ger.* 713. Convolvulus minor ſemine triangulo *C. B. Pin.* 295. Helxine ſemine triangulo *J. B. II.* 157. *Black Bindweed.* Inter ſegetes, inque hortis & vineis, lociſque cultis.

Hujus notæ characteriſticæ ſunt calyces, in illa præſertim ſpecie pentaphylli ſpecioſi, in ſpicis e foliorum alis egreſſis. Semine triquetro cum congeneribus convenit, ejus tamen colore ſordidiore & farina eſculenta ab iiſdem differt.

TETRAGYNIA.

PARIS.

CAL. Perianthium *tetraphyllum, perſiſtens*: foliolis *lanceolatis, acutis, corollæ magnitudine, patentibus.* COR. Petala *quatuor, patentia, ſubulata, calyci ſimilia, perſiſtentia.* STAM. Filamenta *octo, ſubulata, infra antheras brevia.* Antheræ *longæ, medio filamentorum utrinque adnatæ.* PIST. Germen *rotundo-tetragonum.* Styli *quatuor, patentes, ſtaminibus breviores.* Stigmata *ſimplicia.* PER. Bacca *globoſo-tetragona, quadrilocularis.* SEM. *plura, gemino-ordine incumbentia.*

Paris foliis quaternis. Herba Paris *Ger.* 328. *Park.* 390. *J. B. III.* 613. Solanum quadrifolium bacciferum *C. B. Pin.* 167. *Herb Paris, True-love, One-berry* In ſylvis umbroſis, non tamen admodum frequens. (In the long Spring by *Petſesbogs* at *Chiſſelhurſt*; Mr. *Newton.*)

ton.) At *Notley*, in *Lampit-Grove*, belonging to the Hall. In *Okely* Wood near *Hathom*, and in *Hollinghall* Wood near *Loughborough*; alſo in *Stocking* Wood near *Leiceſter*; Mr. *Pultney*. In the old Park near *Harefield*; Mr. *Blackiſtone*. Alſo about *Denham*.

Aprili menſe e terra exit, & Maio aut Junio baccam perficit.

Caulibus non ramoſis, determinate ſeu ex una diſtinctione foliatis, quatuor plerunque foliis; unico in ſingulis flore & bacca, ab aliis bacciferis facile diſcernitur.

Baccæ & folia refrigerant & ſiccant. Uſus baccarum internus eſt alexipharmacus in peſte, venenatis morbis, veneniſque aſſumptis (ex gr. Arſenico) Extrinſecus foliorum uſus eſt in paronychia, in inveteratis ulceribus, in bubonibus peſtilentialibus aliiſque calidis tumoribus; *Schrod.* An tutum ſit peſtilentialibus tumoribus applicare narcotica merito controvertitur; *J. B.* Matthiolus adverſus veneficia commendat, ſeque quoſdam noviſſe ait veneficiis ſemiſtultos factos hujus plantæ ſemine ad 20 uſque diem hauſto 1. Drachmæ pondere priſtinæ ſanitati omnino reſtitutos eſſe. Nos (inquit *J. B.*) contra pronunciamus eos ſemiſtultos vel plane ſtultos eſſe, qui credunt veneficia a ſagis illata (ſi tamen intulerint) tolli poſſe per herbas, verba aut ejuſmodi præſtigias. Quod ad verba attinet nos cum Bauhino ſentimus: non videmus tamen cur herbæ non poſſint corrigere & ſanare morbos, quos ſpiritus mali ſi poſſint humores corporis depravando intulerint.

ADOXA.

CAL. Perianthium *bifidum, planum, perſiſtens, infra germen.* COR. *monopetala, plana, quadrifida:* laciniis *ovatis, acutis, calyce longioribus.* STAM. Filamenta *octo, ſubulata, longitudine calycis.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *infra receptaculum corollæ.* Styli *quatuor, ſimplices, erecti, longitudine ſtaminum, perſiſtentes.* Stigmata *ſimplicia.* PER. Bacca *globoſa, inter calycem & corollam, calyce cum bacca inferne coalito, umbilicata, quadrilocularis.* SEM. *ſolitaria, compreſſa.* OBS. Talis eſt fructificatio *terminalis*; *laterales* vero omnes addunt unicam quintam partem numeri.

Adoxa. Moſchatellina foliis Fumariæ bulboſæ, de qua Cordus *J. B. III.* 206. Ranunculus nemoroſus

Moſchatella dictus *Park.* 226. nemorum Moſchatellina dictus *C. B. Pin.* 178. Radix cava minima viridi flore *Ger.* 933. *Tuberous Moſcatell.* Martio menſe exeunte & initio Aprilis apud nos floret, in umbroſis ſepibus & ſenticetis, aut etiam ſub arboribus ſolo laxo aut arenoſo. Near *Jack Straw*'s Caſtle, *Iſlington* ; Dr. *Watſon.*

Capitulo cubico e quinque floſculis compoſito (quibus totidem ſuccedunt baccæ) in uno caule unico, radice denticulos imitata, folio ad Fumariam accedente abunde diſtinguitur tum a congeneribus, tum ab omnibus aliis plantis.

ELATINE.

CAL. Perianthium *tetraphyllum:* foliolis *ſubrotundis, planis, magnitudine corollæ, perſiſtentibus.* COR. Petala *quatuor, ovata, obtuſa, ſeſſilia, patentia.* STAM. Filamenta *octo, longitudine corollæ.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *orbiculatum, globoſo-depreſſum, magnum.* Styli *quatuor, erecti, paralleli, longitudine ſtaminum.* Stigmata *ſimplicia.* PER. Capſula *orbiculata, globoſo-depreſſa, magna, quadrilocularis, quadrivalvis.* SEM. *plura, lunulata, erecta, rotatim receptaculum cingentia.*

Elatine foliis verticillatis. Alſinaſtrum Gratiolæ folio *Inſt. R. herb.* 244. & Alſinaſtrum Gallii folio *Ibid.* Found by Mr. *J. Sherard* on boggy Ground, on the Common juſt by the Road from *Eltham* to *Chiſſelhurſt.* De flore nondum ſatis conſtat.

CLASSIS NONA.

ENNEANDRIA.

HEXAGYNIA.

BUTOMUS.

CAL. Involucrum *commune, triphyllum, breve.* Umbella *ſimplex.* COR. Petala *ſex, ſubrotunda, concava, marceſcentia,*

centia, alterna *exteriora minora, acutiora.* STAM. Filamenta *novem, ſubulata, quorum ſex exteriora.* Antheræ *bilamellatæ.* PIST. Germina *ſex, oblonga, acuminata, in* Stylos *deſinentia.* Stigmata *ſimplicia.* PER. Capſulæ *ſex, oblongæ, ſenſim attenuatæ, erectæ, univalves, introrſum dehiſcentes.* SEM. *plurima, oblongo-cylindracea, utrinque obtuſa.*

Butomus. Butomus *Cæſ.* 553. Juncus floridus *J. B. II.* 524. *Park.* 1197. floridus major *C. B. Pin.* 12. Gladiolus paluſtris Cordi *Ger.*27. *The flowering Ruſh, or Water Gladiole.* Hujus notæ ſunt folia graminea triangula, caules nudi, flores in umbellam in ſummo caule diſpoſiti. Planta eſt ſingularis & ſui generis, bulboſis affinis eſſe videtur, ad Moly accedens. Naſcitur in fluviorum alveis, foſſis pinguibus & limoſis.

CLASSIS DECIMA.

DECANDRIA.

I. MONOGYNIA.

Stamina erecta.

MONOTROPA.

CAL. *nullus: niſi* petala *quinque exteriora pro calyce habeas.* COR. Petala *decem, oblonga, parallelo-erecta, apicibus ſerratis, decidua, quorum* alterna exteriora *baſi ſunt gibba, introrſum concava mellifera.* STAM. Filamenta *decem, ſubulata, erecta, ſimplicia.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *ſubrotundum, acuminatum.* Stylus *cylindraceus, longitudine ſtaminum.* Stigma *obtuſo-capitatum.* PER. Capſula *ovata, pentagona, obtuſa, quin-*

quevalvis. SEM. *numeroſa, paleacea.* OBS. Talis eſt flos terminalis; ſi vero flores laterales adſint, excludunt unicam quintam partem numeri, in omni fructificationis parte.

Monotropa floribus lateralibus octandris; terminali decandro. Hypopitys lutea *C. Giſſ.* 99. & *App.* 134. *T.* 7. Orobanche hypopitys *C. B. Pin.* 88. *Pr.* 31. hypopitys lutea *Mentz. Pug. T.* 3. *f.* 2. Verbaſculi odore *D. Plot. Hiſt. Nat. Ox. C.* 6. §. 8. *p.* 146. *T.* 9. *f.* 6. *Syn. II.* 240. *H. II.* 1229. *Pluk. Alm.* 273. *T.* 209. *f.* 5. At the Roots of Trees in the Woods near *Stoken-church.* (In fagetis Suſſexiæ; Mr. *Manningham*: Prope *Tring* in *Hertfordſhire*; Mr. *Dood. Syn. II.* 344.) Tota planta cum florere incipit, colore eſt pallide luteo ſeu ſtramineo, (mox ubi marceſcit in ſubfuſcum & nigrum mutatur, eoque præcipue tempore odorata percipitur, nam ab initio prope inodora eſt.)

ANDROMEDA.

CAL. Perianthium *quinquepartitum, acutum, minimum, coloratum, perſiſtens.* COR. *monopetala, ovata, inflata, quinquefida*: laciniis *reflexis.* STAM. Filamenta *decem, ſubulata, corolla breviora, vix corollæ affixa.* Antheræ *bicornes, nutantes.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Stylus *cylindraceus, ſtaminibus longior, perſiſtens.* Stigma *obtuſum.* PER. Capſula *ſubrotunda, pentagona, quinquelocularis, quinquevalvis, angulis dehiſcens.* SEM. *plurima, ſubrotunda, nitida.* OBS. Numero ſtaminum ab *Erica* differt.

Andromeda pedunculis aggregatis, corollis ovatis, foliis alternis lanceolatis revolutis. Ledum paluſtre noſtras Arbuti flore *Raj. Syn. I.* 142. *II.* 202. Ciſtus Ledon paluſtris Roſmarini folio, Arbuti flore *Ej. Syn. I. icon.* Roſmarinum ſylveſtre minus noſtras *Park.* 76. Viti idææ affinis polifolia montana *J. B. T. I. L.* 5. *C.* 10. Erica humilis Roſmarini foliis, Unedonis flore, capſula ciſtoide *Pluk. Alm.* 136. *T.* 175. *f.* 1. *Marſh Ciſtus, or wild Roſemary.* We have obſerved it in many Moſſes and mooriſh Grounds in *Cheſhire, Lancaſhire,* and *Scotland.* Mr. *Lawſon* on *Brigſteer-moſs,* not far from *Kendal* in *Weſtmoreland,* and *Middleton-moſs* by *Lancaſter.* (Via ab *Hallifax* ad *Rochdale* agri Lancaſtrienſis oppidum ducente, loco alto & putrido *Blackſtone-edge* dicto ad dextram copioſe. Circa finem Maii floret, ubi floribus Unedoniis

doniis pulchre rubellis, ad ſummitatem caulium poſitis, tranſeuntibus curioſis facile ſe prodit. Ceterum flores Monopetali ſunt, ideoque a Pentapetalis vaſculiferis quibus annumeratur, merito removeri debet hæc planta; Dr. *Richardſon.*)

Flos ut ex icone ad vivum depicta a *D. Jo. Fitz-Roberts* & a *D. Tho. Lawſon* ad me tranſmiſſa apparet, Arbuti aut Ericæ paluſtris florem imitatur: verum in notis ad iconem additis eum deſcribit auctor dilute rubentem, conçavum ad modum floris Lilii convallium, pentagonum: fructum flore coloratiorem. Fructus autem ſiccus una miſſus in quinque cellulas diviſus erat Ciſti in modum. (Floris figura ad Ericam, fructus ſtructura & naſcendi modo ad Chamærhododendron accedit, ut de utriuſque charactere æque participare videatur.)

Ledum paluſtre foliis latioribus ſucculentis *Syn. II.* 202. Prioris varietas eſt a *D. Sherard* obſervata. Siquidem in eadem planta folia in ramulis procumbentibus oblonga erant & anguſta, in erectis latiora & ſubrotunda. Eandem foliorum diverſitatem obſervavit idem in Vaccinio paluſtri.

ARBUTUS.

CAL. Perianthium *quinquepartitum, obtuſum, minimum, perſiſtens, infra germen.* COR. *monopetala, ovata, baſi planiuſcula,* ore *quinquefido:* laciniis *obtuſis, revolutis, parvis.* STAM. Filamenta *decem, ſubulato-ventricoſa, baſi tenuiſſima, margini baſeos corollæ affixa, corolla dimidio breviora.* Antheræ *leviter bifidæ, nutantes.* PIST. Germen *ſubgloboſum, receptaculo decem punctis notato inſidens.* Stylus *cylindraceus, longitudine corollæ.* Stigma *craſſiuſculum, obtuſum.* PER. Bacca *ſubrotunda, quinquelocularis.* SEM. *parva, oſſea.* OBS. Ad *Vaccinium* proxime accedit, a quo ſitu receptaculi floris vere diſtinguitur.

Arbutus caule erecto, foliis glabris ſerratis, baccis polyſpermis. Arbutus *Ger.* 1310. *Park.* 1489. folio ſerrato *C. B. Pin.* 460. Arbutus, Comarus Theophraſti *J. B. I.* 83. *The Strawberry-tree.* In occidentali Hiberniæ parte. Arbor eſt ſemper-virens, folio Laurino eleganter ſerrato: Floribus racematim pendulis, fructu Fragis ſimili, polypyreno.

PY-

PYROLA.

CAL. Perianthium *quinquepartitum, minimum, perſiſtens.* COR. Petala *quinque, ſubrotunda, concava, patentia.* STAM. Filamenta *decem, ſubulata, corolla breviora.* Antheræ *nutantes, magnæ, ſurſum bicornes.* PIST. Germen *ſubrotundum, angulatum.* Stylus *filiformis, ſtaminibus longior, perſiſtens.* Stigma *craſſiuſculum.* PER. Capſula *ſubrotunda, depreſſa, pentagona, quinquelocularis, angulis dehiſcens.* SEM. *numeroſa, paleacea.* OBS. *Stamina* & *Stylus* in aliis erecta, in aliis ad latus declinata ſunt. *Stigmatis* figura in diverſis ſpeciebus diverſa eſt.

Pyrola ſtaminibus adſcendentibus, piſtillo declinato. Pyrola *Ger.* 330. *J. B. III.* 535. noſtras vulgaris *Park.* 508. rotundifolia major *C. B. Pin.* 191. *Common Winter-green.* In Septentrionalibus Angliæ variis in locis. We found it near *Halifax*, by the Way leading to *Kighley.* It grows near *Halifax* plentifully in ſeveral Places: And on the Moors South of *Heptenſtal*, in the Way to *Burnley*, in great Plenty for near a Mile's riding. It is alſo found in *Stoken-church-woods*, on the Right-hand going towards *London*, as I am informed by Mr. *Bobart.*

Pyrola floribus racemoſis diſperſis, ſtaminibus piſtilliſque rectis. Pyrola minor *Riv. Irr. Pent.* folio minore & duriore *C. B. Pin.* 191. *Shol. Cluſ. H.* Cxvi. Sent by Dr. *Richardſon*, and obſerved amongſt Dr. *Liſter*'s Plants. Floris ſtylo brevi nec recurvo, foliis minoribus & rigidioribus a præcedenti differt. Quæritur an non hæc ſpecies, quæ priori vulgatior, pro ea paſſim habita fuerint.

Pyrola racemo unilaterali. Pyrola folio mucronato ſerrato *C. B. Pin.* 181. folio ſerrato *J. B. III.* 536. tenerior *Park.* 509. ſecunda tenerior *Cluſii Hiſt.* Cxvii. *Ger. Em.* 408. This, or a Sort very like, was ſhewn me by Mr. *Witham* in *Haſelwood*, near Sir *Walter Vavaſor*'s Park, in *Yorkſhire.* The leaves were leſſer, and ſharper pointed than the common, the Flowers alſo leſſer, and ſtanding thicker together.

Vulneraria eſt, uſu interno & externo celeberrima.

DIGYNIA.

CHRYSOSPLENIUM.

CAL. Perianthium *quadripartitum ſ. quinquefidum, patens, coloratum, perſiſtens* : laciniis *ovatis* : *oppoſitis anguſtioribus*. COR. *nulla* : *niſi* calycem *coloratum dicas*. STAM. Filamenta *octo ſ. decem, ſubulata, erecta, breviſſima, in receptaculo angulato poſita*. Antheræ *ſimplices*. PIST. Germen *receptaculo immerſum, deſinens in* Stylos *duos, ſubulatos, longitudine ſtaminum*. Stigmata *obtuſa*. PER. Capſula *biroſtris, bipartita, unilocularis, bivalvis, calyce viridi cincta*. SEM. *plurima, minima*. OBS. *Flos* terminalis quinquefidus eſt, reliqui ſeriores quadrifidi.

Chryſoſplenium foliis alternis. Saxifraga aurea foliis pediculis oblongis inſidentibus. *Golden Saxifrage, with Leaves ſtanding upon long Foot-ſtalks*. Cum ſequenti. Icon *J. Bauhini* huic reſpondet, ut & *H. Eyſt*.

Chryſoſplenium foliis oppoſitis. Saxifraga aurea *Ger*. 693. *Park*. 425. rotundifolia aurea *C. B. Pin*. 309. aurea Dodonæi *J. B. III*. 770. *Golden Saxifrage*. Ad rivulos inque humidis umbroſis, paluſtribus & muſcoſis locis. In *Charlton* Wood. Aprili floret.

SAXIFRAGA.

CAL. Perianthium *monophyllum, quinquepartitum, breve, acutum, perſiſtens*. COR. Petala *quinque, plana, calyce longiora, baſi anguſta*. STAM. Filamenta *decem, ſubulata*. Antheræ *ſubrotundæ*. PIST. Germen *ſubrotundo-acuminatum, deſinens in* Stylos *duos, breves*. Stigmata *obtuſa*. PER. Capſula *ſubovata, biroſtris, unilocularis, inter apices dehiſcens*. SEM. *numeroſa, minuta*. OBS. *Saxifragiæ* Tournef. Capſula & Germen receptaculo floris cinctum. *Gei* Tournef. Capſula & Germen receptaculo floris inſidens.

Foliis indiviſis, caule ſubnudo.

Saxifraga foliis obovatis crenatis ſubſeſſilibus, caule nudo, floribus congeſtis. Saxifraga foliis oblongo-rotundis dentatis, floribus compactis Sedum, ſerratum rotundifolium

lium *Merr. P.* Sanicula aizoides, ſeu Sedum ſerratum floſculis compactis immaculatis *Syn. Ed. II.* 213. In ſummis Alpibus Arvoniæ, e rupibus *Clogwyn y Garnedh Crîb y Diſtilh, Glogwyn du ymhem y Glyder, &c.* juxta *Lhan-Berys*; *D. Lhwyd.* Vid. Tab. xvi. fig. 1. ubi lit. *a.* flos, *b.* petalon, *c.* vaſculum cum calyce & flore, qui non decidit, *d.* idem vaſculum prouti ſe habet quando dehiſcit & ſemen maturum eſt, ubi anguſtius fit & contrahitur, ad *e.* vero ſemina ſeorſim exhibentur.

Foliis indiviſis, caule folioſo.

Saxifraga foliis caulinis ovatis oppoſitis imbricatis: ſummis ciliatis. Saxifraga Alpina ericoides, flore cœruleo *J. R. H.* 253. Sedum Alpinum ericoides cœruleum *C. B. Pin.* 284. *Pr.* 132. *J. B. III.* 694. *Mountain Heath-like Sengreen, with large purple Flowers.* In rupibus, ad latus Septentrionale Montis *Ingleborough* copioſiſſime. (In rupibus montis *Ingleborough*, non ad ſummitatem ſed ad latus occidentem verſus, non ad Septentrionem ut notat D. Rajus; *D. Richardſon.* Qui non dubitat quin hæc planta eadem ſit cum Sanicula Alpina aizoide, foliis orbiculatis piloſis, Rorellæ in modum ad oras fimbriatis, flore purpureo *Pluk. Mantiſs*: 166.) Obſerved alſo by Mr. *Lhwyd* on the ſteep and higher Rocks of *Snowdon* almoſt every where. Primo vere flores ſuos ſpecioſos producit. Folia autem ad Serpyllum proprius quam Ericam accedunt.

Saxifraga foliis caulinis linearibus alternis ciliatis radicalibus aggregatis. Saxifraga Alpina anguſto folio, flore luteo guttato. Sedum minus Alpinum luteum noſtras *Raj. Syn. Ed. II.* 212. *Hiſt. II.* 1042. Alpinum flore pallido *C. B. Pin.* 284. *n.* 5. parvum montanum luteum *J. B. III.* 693. minus 6. ſive Alpinum 1. *Cluſ. Hiſt.* LX. it. Sedum Alpinum floribus luteis maculoſis *C. B. Pin.* 284. *Small yellow Mountain Sengreen.* On the Sides of *Ingleborough* Hill, about the Rivulets and ſpringing Waters on the North-ſide of the Hill, plentifully; and in the like Places about *Shap*, in *Weſtmoreland.* (Eodem loco cum præcedente; *D. Richardſon.*)

Geum paluſtre minus, foliis oblongis crenatis *J. R. H.* 252. Cotyledon hirſuta *Ph. Br. Syn. Ed. II.* 213. aquatica hirſuta *Raj.*


TAB. XVI.
Pag. 220
a
b
c
d
e
Fig. 2
p. 354
Fig. 1.
Fig 2, b.

Raj. Hiſt. II. 1046. Saniculæ Alpinæ aliquatenus affinis *J. B. III.* 708. Sanicula Myoſotis Alpina, floribus albicantibus fere umbellatis *Pluk. Alm.* 331. *T.* 58. *f.* 2. & *T.* 222. *f.* 4. *Hairy Kidney-wort.* By the Rills, and on moiſt Rocks of many Mountains of *Wales*, as *Snowdon*, *Carnedh-Llewellyn*, *Caderidis*, &c. Alſo in the North, on *Hard-Knot* and *Wrenoſe*, by *Buckbarrow-well* in *Longſledale*, *Weſtmoreland.*

(An Saniculæ Alpinæ aliquatenus affinis *J. B.* eadem huic ſit, dubitavit *Rajus in Syn. Ed. pr.* & *ſec.* Verum utriuſque ſpeciminibus collatis, non alia differentia apparuit, niſi quod *J. B.* planta ramoſior videretur, quæ accidentalis merito cenſetur.)

Geum anguſtifolium auctumnale, flore luteo guttato *J. R. H.* 252. Saxifraga anguſtifolia auctumnalis, flore luteo guttato, foliolis florum magis acuminatis *Breyn. Cent. I.* 106. Found by Dr. *Kingſtone* on *Knotsford-moor*, *Cheſhire*, and there ſhewed to Dr. *Richardſon*, by him now growing in plenty.

Geum folio ſubrotundo majori, piſtillo floris rubro *J. R. H.* 251. Sedum montanum ſerratum guttato flore *Park.* 738. *Ic.* Cotyledon, ſive Sedum montanum latifolium ſerratum guttato flore *Ej.* 741. *deſcr. Raj. Hiſt.* 1046. *London-pride, or None-ſo-pretty.* It grows plentifully in *Ireland*, on a Mountain called the *Mangerton*, in *Kerry*, ſix or ſeven Miles over, reputed the higheſt in *Ireland*, two Miles from the Town of *Killarny*, and four Miles from the Caſtle of *Roſs*, as Dr. *Molyneux* obſerves in the *Philoſ. Tranſ. Numb.* 227. *p.* 510. Ex montibus etiam *Sligo* Hiberniæ attulit *D. Lhwyd*; *D. Richardſon.*

Saxifraga foliis caulinis lineari-ſubulatis ſparſis nudis inermibus, caulibus decumbentibus. Saxifraga foliis linearibus ſparſis glabris. *Fl. ſuec.* 357. Saxifraga foliis ſubulatis ſparſis. *Fl. lapp.* 178. Sedum alpinum, flore pallido. *Bauh. pin.* 284. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 477. *ſ.* 12. *t.* 6. *f.* 3. Sedum minus VI. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 60. *Habitat in Alpibus* Weſtmorlandicis.

Foliis lobatis, caule erecto.

Saxifraga foliis caulinis reniformibus lobatis, caule ramoſo, radice granulata. Saxifraga rotundifolia alba *C. B. Pin.* 309. alba *Ger.* 693. alba vulgaris *Park.* 424. alba radice granuloſa *J. B. III.* 706. *White Saxifrage.* In aggeribus ſepium & paſcuis ſiccioribus. (Flore pleno. On the

the Weſt-ſide of *Ingleborough* Hills; *Merr. P.* Obſerved alſo by Mr. *Du-Bois* near *Mitcham.*)

Saxifraga ub effectu nomen habet, ſiquidem hæc ſpecies veſicæ ac renum vitiis ac doloribus mederi, calculos & arenas diſſolvere ac pellere, urinas provocare, ſtillicidioque auxiliari dicitur.

Saxifraga foliis caulinis cuneiformibus trifidis alternis, caule erecto ramoſo. Saxifraga verna annua humilior *J. R. H.* 252. Sedum tridactylites tectorum *C. B. Pin.* 285. Tridactylites tectorum flore albo *J. B. III.* 762. Paronychia rutaceo folio *Ger.* 499. foliis inciſis *Park.* 556. *Rue-whitlow-graſs.* In muris & tectis locisque ruderatis paſſim.

Foliis lobatis caulibus procumbentibus.

Saxifraga foliis caulinis linearibus integris trifidiſve, ſtolonibus procumbentibus, caule erecto nudiuſculo. Saxifraga muſcoſa trifido folio *J. R. H.* 252. Sedum Alpinum trifido folio *C. B. Pin.* 284. Alpinum laciniatis Ajugæ foliis *Park.* 739. Sedis affinis triſulca Alpina flore albo *J. B. III.* 696. *Small Mountain Sengreen with jagged Leaves.* On *Snowdon* and other high Mountains in *Wales*; as alſo on *Ingleborough* Hill in *Yorkſhire*, and many other Hills in the North. Mr. *Lawſon* obſerved it by *Malham Cove* in *Yorkſhire*, and among the Rocks South of Sir *John Lowther's*, *Weſtmoreland.*

SCLERANTHUS.

CAL. Perianthium *monophyllum, tubulatum, ſemiquinquefidum, acutum, perſiſtens, collo coarctatum.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *decem, ſubulata, erecta, minima, calyci inſidentia.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Styli *duo, erecti, capillares, longitudine ſtaminum.* Stigmata *ſimplicia.* PER. Capſula *ovata, tenuiſſima, in fundo calycis collo clauſo.* SEM. *duo, hinc convexa, inde plana.*

Scleranthus calycibus fructus clauſis. Knawel incanum flore majore perenne *R. Hiſt. I.* 213. Polygonum Germanicum incanum flore majori perenne *Syn. II.* 68. *Hoary Knawel with a large Flower.* In the ſandy Grounds and Balks of Corn-fields about *Elden* in *Suffolk*, plentifully. Vid. Tab. V. f. 1. *a.* calyx, *b.* ſemen.

Scleranthus


a
b
a
b
Fig. 1.
p 222
Fig. 2.
p 521
Fig. 3.
p 520

Scleranthus calycibus fructus patulis. Knawel *Trag.* 393. Polygonum Germanicum vel *Knawel* Germanorum *Park.* 747. ſelinoides ſive *Knawel Ger.* 453. Dodonæi ſeu tenuifolium *J. B. III.* 377. anguſtiſſimo & acuto vel gramineo folio minus repens *C. B. Pin.* 281. an potius gramineo folio majus erectum *Ejuſdem? German Knotgraſs, or Knawel.* In agris ſterilioribus, præſertim arenoſis, ubique fere.

Calyces ſtellati pentaphylli ſinguli ſingulis ſeminibus inſident umbilici inſtar, in divaricationibus ramulorum ſeſſiles.

SAPONARIA.

CAL. Perianthium *monophyllum, oblongum, quinquefidum, perſiſtens.* COR. Petala *quinque.* Ungues *anguſti, angulati, longitudine calycis.* Limbus *planus: laminis extrorſum latioribus, obtuſis.* STAM. Filamenta *decem, ſubulata, longitudine tubi corollæ,* alterna *unguibus petalorum inſerta:* quinque *ſeriora.* Antheræ *oblongæ, obtuſæ, incumbentes.* PIST. Germen *teretiuſculum.* Styli *duo, recti, paralleli, longitudine ſtaminum.* Stigmata *acuta.* PER. Capſula *longitudine calycis, tecta, unilocularis, cylindrica.* SEM. *plurima, parva.* Receptaculum *liberum.*

Saponaria calycibus cylindricis, foliis ovato-lanceolatis. Lychnis Saponaria dicta. Saponaria *Ger.* 360. vulgaris *Park.* 641. *J. B. III.* 346. major lævis *C. B. Pin.* 206. *Common Sopewort.* Ad fluvios in Cambriæ & Angliæ Occidentalibus ſæpius obſervavimus. Cum flore pleno, at *Carnforth* in *Lancaſhire,* found by Mr. *Lawſon.* (In the Road from *Sittingbourn* to *Rocheſter* plentifully; by Mr. *J. Sherard.*)

Saponaria radice reptatrice; foliis glabris Plantagineis, florum petalis integris, h. e. nec bifidis, neque laciniatis, loco natali in aquoſis, a reliquis Lychnidibus differt.

Lychnis Saponaria dicta folio convoluto. Saponaria concava Anglica *C. B. Pin.* 206. *Pr.* 103. Anglica convoluto folio *Park.* 641. Gentiana concava *Ger.* 353. folio convoluto *J. B. III.* 521. *Hollow-leaved Sopewort.* This was found by Mr. *Gerard,* in a ſmall Grove of a Wood, called the *Spiney,* near *Lichbarrow* in *Northamptonſhire.*

tonſhire. (In loco a *Gerardo* nominato, jam non amplius reperitur, affirmante *D. Morton Hiſt. Natur. Agri Northampt.* Non niſi varietas præcedentis eſt. Iſte naturæ folia unientis luſus ad florem uſque ſe extendit, ita ut petala juncta & in monopetalum florem abiiſſe videantur.)

DIANTHUS.

CAL. Perianthium *cylindraceum, longum, ſtriatum, perſiſtens: ore erecto, quinquedentato; cinctum baſi* ſquamulis *quatuor, quarum duæ inferiores.* COR. Petala *quinque.* Ungues *longitudine calycis, anguſti, receptaculo inſerti.* Limbus *planus: Laminis extrorſum latioribus, obtuſis, crenatis.* STAM. Filamenta *decem, ſubulata, longitudine calycis,* apicibus *patulis.* Antheræ *ovali-oblongæ, compreſſæ, incumbentes.* PIST. Germen *ovale.* Styli *duo, ſubulati, ſtaminibus longiores.* Stigmata *recurva, acuminata.* PRR. Capſula *cylindracea, tecta, unilocularis, quadrifariam apice dehiſcens.* SEM. *plurima, compreſſa, ſubrotunda.* Receptaculum *liberum, tetragonum, pericarpio dimidio brevius.* OBS. In aliis *Styli* longitudinem ſtaminum vix excedunt, in aliis vero longiſſimi ſunt, ſed adeo revoluti, ut floris inflexio neceſſaria non ſit.

Flores aggregati.

Dianthus floribus aggregatis faſciculatis, ſquamis calycinis lanceolatis villoſis tubum æquantibus. Caryophyllus latifolius barbatus minor annuus, flore minore. Armeria ſylveſtris altera, caliculo foliolis faſtigiatis cincto *Lob. Ic.* 448. Caryophyllus pratenſis *Ger. Em.* 594. pratenſis noſter major & minor *Park.* 1338. Viola barbata anguſtifolia Dalechampii *J. B. III.* 335. Caryophyllus barbatus ſylveſtris *C. B. Pin.* 209. *Deptford Pink.* In pratis & paſcuis ſolo arenoſo aut glareoſo, non tamen admodum frequens. Flores parvi purpurei, ſubinde albi. (In a little Wood cut down on the right Hand of the Road, a little beyond the Bottom of the Hill beyond *Highgate*; Mr. *Newton.* In the Meadow on this Side *Deptford*, and in a Lane near *Early-heath* by *Reading*, and in *Teddington-field*; *Merr. P.*) Plentifully in a little Coppice cloſe by the Swallow at *Darking*; Dr. *Watſon.*

Dianthus



Silene hirsuta petalis emarginatis floribus erectis fructibus reflexis hirsutis alternis..

Dianthus floribus solitariis squamis calycin olatis binis. corollis crena

Dianthus floribus aggregatis capitatis, ſquamis calycinis ovatis obtuſis muticis tubum ſuperantibus. Caryophyllus ſylveſtris, prolifer *C. B. Pin.* 209. *Park.* 1338. Betonica coronaria ſquamoſa ſylveſtris *J. B. III.* 335. Viſcaria *Ger.* 481. Found by the Reverend Mr. *Manningham* in *Selſey* Iſland, *Suſſex.* *Merret* relates it to grow in the Meadows betwixt *Hampton-court* and *Tuddington.*

Flores Caryophylli cephalici ſunt & cordiales; unde uſus eorum in Vertigine, Apoplexia, Epilepſia, Paralyſi, aliiſque nervorum affectibus; in ſyncope & palpitatione cordis; in ventriculi imbecillitate, cardialgia, &c. in febribus peſtilentibus. In uſu ſunt ſuccus inſpiſſatus; conſerva ex floribus; aqua ſtillatitia, Syrupus ex infuſione, item acetum.

Flores ſolitarii plures in eodem caule.

Dianthus floribus ſolitariis, ſquamis calycinis lanceolatis binis, corollis crenatis. Caryophyllus minor repens noſtras. Virgineus *Ger.* 477. Betonica coronaria ſive Caryophyllata repens rubra *J. B. III.* 328? *Maiden Pinks.* By the Road-ſides on the ſandy Hill you aſcend going from *Lenton* to *Nottingham*, plentifully: On *Sandy-hills* in *Bedfordſhire*; on *Mantham-hill* near *Slough*, about a Mile and half from *Windſor.* Found alſo by Mr. *Dent*, near *Hilderſham* in *Cambridgeſhire*, on a little Hill where Furze grows, next to *Juniper-hill*; and by Mr. *Fran. Willughby*, near *Bridgenorth* in *Shropſhire*; by Mr. *Lawſon*, on a ſandy Hill a little below *Common-holm-bridge*, where the Water is croſſed near *Great Strickland*, *Weſtmoreland.* (By Mr. *Doody* in *Hampton-court-park*, abundantly, and in the Fields thereabouts.)

Reptatrix eſt, foliis peranguſtis: Cauliculi duos treſve flores geſtant rubellos cum corolla punctorum ſaturatiorum circa umbilicum. Serius florere incipit & ad Autumnum uſque perſeverat.

Dianthus floribus ſubſolitariis, ſquamis calycinis lanceolatis quaternis, corollis crenatis. Hort. clif. 164. Hort. upſ. 104. *Tunica ramoſior, flore candido cum corolla purpurea.* Dill. On *Lincoln* Heath.

Armeriæ ſpecies flore in ſummo caule ſingulari *Syn. II.* 199. Armeria ſylveſtris humilis, flore unico rubello

Merr. Pin. Caryophyllus ſylveſtris, Alſines holoſteæ arvenſis glabræ foliis, flore unico, calyce barbato *Pluk. Alm.* 87. *T.* 83. *f.* 3. Forte Caryophyllus ſylveſtris humilis flore unico *C. B. Pin.* 209. It is very different from the Maiden Pink, and more truly anſwering the Name, having but one ſingle Flower on the Top of the Stalk. It grows in *England*, as Mr. *Doody* informs. (And hath ſince been found in the North of *England* by Mr. *Du-Bois.* On *Chidderroks* in *Somerſetſhire* ; by Mr. *Brewer.*)

(Caryophyllus ſylveſtris humilis flore unico *C. B.* differt ab Anglico foliis congeſtis, quam in Anglico multo anguſtioribus & acutioribus, cauliculiſque brevioribus.)

Caryophyllus ſimplex flore minore pallide rubente *C. B. Pin.* 208. ſylveſtris 3 flore pallido ſuave rubente *Lob. Ic.* 443. *Common Pinks.* In muris lapideis & lateritiis eodemfere modo oritur quo Keiri ſeu Leucoium luteum. I have obſerved it in many Places ; whether originally a Native or no, I cannot ſay. (On *Rocheſter* Caſtle-walls ; *Merr. Pin.* Hujus varietas eſt apud *Twitenham.* Speciem illam hirſutam, quæ in *Cantio* frequenter occurrit, & alibi etiam obſervatur a vulgari diſtinctam eſſe haud dubito ; *D. Doody.*)

TRIGYNIA.

CUCUBALUS.

CAL. Perianthium *monopoyllum, oblongum, quinquedentatum, perſiſtens.* COR. Petala *quinque.* Unguibus *longitudine calycis.* Limbus *planus : Laminis emarginatis, abſque corona faucis.* STAM. Filamenta *decem, ſubulata :* alterna *ſeriora,* alterna *unguibus petali inſerta.* Antheræ *oblongæ.* PIST. Germen *oblongiuſculum.* Styli *tres, ſtaminibus longiores, ſubulati.* Stigmata *pubeſcentia, oblonga, contra ſolem flexa.* PER. Capſula *tecta, acuminata, trilocularis, apice quinquefariam dehiſcens.* SEM. *plurima, ſubrotunda.* OBS. Diſtinguitur a *Silene,* quod corolla careat corona.

Cucubalus calycibus campanulatis, petalis diſtantibus, fructu colorato, ramis divaricatis. Cucubalus Plinii *Lugd.* 1429. *Inſt. R. Herb.* 339. Cucubalum quibuſdam, vel Alſine baccifera *J. B. II.* 175. Alſine ſcandens baccifera *C. B. Pin.* 250. In ſepibus inſulæ *Monæ* collegit & mecum communicavit *D. Fowlkes* de *Lhanheder* prope Ruthin ; *D. Richardſon.*

Cucubalus calycibus ſubgloboſis glabris reticulato-venoſis, capſulis trilocularibus, corollis ſubnudis. Lychnis ſylveſtris, quæ Ben album vulgo *C. B. Pin.* 205. Behen album Officin. *Ger.* 550. Been album Officinarum *J. B. III.* 356. Papaver ſpumeum ſive Ben album vulgo *Park.* 263. *Spatling-poppy, white Bottel,* rectius *Bladder-campion, or white Corn-campion.* Inter ſegetes. Hæc planta foliis eſt ut plurimum glabris, nonnunquam tamen hirſutis; ſtaminum quoque apicibus plerunque albis, interdum purpureis reperitur. (Varietates hæ a *D. Merr. in Pinace* notantur, his titulis: Behen album hiſpidum: Behen album flore amplo, ſtaminibus purpureis, foliis magis hirtis: Behen flore albo, elegantiore: Lychnis marina floribus albis pendulis, foliiſque inferioribus hirſutis. Variat etiam foliis eleganter auratis, ut annotatur in *Ph. Br.* 87.) Calyculis membranaceis laxis tumidis & velut inflatis ab aliis Lychnidibus facile diſtinguitur.

Lychnis maritima repens *C. B. Pin.* 205. marina repens alba *Park.* 638. marina Anglica *Ger.* 382. marina Anglicana *J. B. III.* 357. *Engliſh Sea-campion.* In toto littore Meridionali Angliæ, nonniſi inter ſilices & Braſſicas marinas, qua fere undæ alluunt, enaſci obſervavit *Lobelius* (Juxta Sherneſs & aliis in locis abunde.)

Primo pullulatu folia valde incana ſunt: flores majores & ſpecioſiores ſunt quam in Ben albo vulgari: cui alias valde ſimilis eſt.

Cucubalus floribus lateralibus decumbentibus, caule indiviſo, foliis baſi reflexis. Lychnis major noctiflora Dubrenſis perennis *Hiſt. noſt. II. p.* 995. ubi vide deſcriptionem. *Great night-flowering Campion of* Dover *Cliffs.* Found by Mr. *Newton,* who affirms it to be different from the common, being nothing ſo viſcous as that, indeed ſome Years hardly diſcernable to be ſo at all.

Cucubalus floribus dioicis, petalis ſetaceis indiviſis. Lychnis viſcoſa flore muſcoſo *C. B. Pin.* 206. Seſamoides Salamanticum magnum *Ger.* 396. Muſcipula Samantica major *Park.* 636. Muſcipula muſcoſo flore, ſeu Ocymoides Belliforme *J. B. III.* 350. *Spaniſh Catchfly.* In and about the Gravel-pits on the North-ſide of *Newmarket* Town: alſo by the Way-ſides all along from *Barton* Mills to *Thetford* in *Norfolk.* Vid. *Hiſt. noſt. App. p.* 1895. Frequently by the Road-ſides from *Barton* Mills to *Swaffham*; Dr. *Watſon.*

Floribus luteo-herbaceis perexiguis cum pluribus intus ſtaminibus prælongis; caulibus ſubter flores admodum viſcoſis foliis glabris ſpiſſis Bellidiformibus, ab aliis Lychnidum ſpeciebus differt.

Cucubalus acaulis. Lychnis Alpina minima *Hiſt. noſt. II.* 1004. Caryophylleus 9. Cluſio Caryophyllus, pumilio Alpinus *Ger. Emac.* 593. Muſcus Alpinus flore inſigni dilute rubente *J. B. III.* 768. Ocymoides muſcoſus Alpinus *Park.* 639. Lychnis Alpina pumila folio gramineo, ſeu Muſcus Alpinus Lychnidis flore *C. B. Pin.* 206. *The leaſt Mountain Campion, or Moſs Campion.* On the ſteep and higher Rocks of *Snowdon* Hill in *Carnarvonſhire* almoſt every where; obſerved by Mr. *Lhwyd*, (and in *Devonſhire* by Mr. *Gidley.*)

Vide annon hæc ſit etiam Gentianella omnium minima *C. B. Prod?*

SILENE.

CAL. Perianthium *monophyllum, clavatum, quinquedentatum, perſiſtens.* COR. Petala *quinque.* Ungues *anguſti, longitudine calycis, marginibus auctis.* Limbus *planus obtuſus, emarginatus.* Nectarium *componitur e duobus denticulis, in collo cujuſvis petali, coronam faucis conſtituens.* STAM. Filamenta *decem, ſubulata*; alterna *unguibus petalorum inſerta, ſeriora.* Antheræ *oblongæ.* PIST. Germen *cylindraceum.* Styli *tres, ſimplices, ſtaminibus longiores.* Stigmata *contra ſolem flexa.* PER. Capſula *cylindrica, tecta, trilocularis, apice quinquefariam dehiſcens.* SEM. *plurima, reniformia.* OBS. diverſa a CUCUBALO nectarii corona petalorum.

Floribus lateralibus ſolitariis.

Silene hirſuta, petalis emarginatis, floribus erictis fructibus reflexis hirſutis alternis. Lychnis ſylveſtris flore albo minimo *Hiſt. noſt. II. p.* 996. ſylveſt. annua anguſtifolia flore rubente *Cat. Ang.* ſylv. alba ſpica reflexa *Botan. Monſp.* hirta minima, flore albicante *Plukn. Almag.* 230. *Small Corn Campion, with a very ſmall white Flower.* Found by Mr. *Dent* among Corn, near the *Devil's* Ditch, in *Cambridgeſhire*; alſo by Mr. *Dale*, in *Eſſex.* In a Corn-field South of the Church at *Weybridge*; Dr. *Watſon.*

Non

Non multum differt a Lychnide ſylv. 6. *Cluſ.* ut neque a Lychnide ſegetum Meridionalium annua hirta, floribus albis uno verſu diſpoſitis. D. *Dale* eandem eſſe conjectatur cum Lychnide arvenſi minore Anglica *Park.* 638. *Lob. Illuſtr.* 97. quam in arvis prope Colceſtriam oriri tradit. Quin & exceptis floribus ſimilis eſt Lychnidi hirſutæ flore eleganter variegato *Hiſt. noſt.*

Floribus lateralibus confertis.

Silene petalis bifidis, floribus lateralibus ſecundis cernuis, caule recurvato. Lychnis ſylveſtris alba 9. Cluſii *Ger. Emac.* 470. montana viſcoſa alba latifolia *C. B. Pin.* 205. ſylv. alba, ſive Ocymoides minus album *Park.* 631. Polemonium petræum Geſneri *J. B. III.* 351. *Wild white Catchfly.* On the Walls of *Nottingham* Caſtle, and thereabout; ſhewn us firſt by *Tho. Williſel.* Still there in plenty; *P. Collinſon.* I ſuſpect the Plant growing about *Nottingham* Caſtle, to be different from the Polemonium petræum *Geſneri.*

Caule breviore, flore evanido, petalis profunde fiſſis, caulibus ſubter flores viſcoſis a Lychnide ſylv. alba diſtinguitur.

Floribus ex dichotomia caulis.

Silene calycibus decemangularibus: dentibus tubum æquantibus. Lychnis noctiflora *C. B. Pin.* 205. *Park.* 632. Ocymoides non ſpecioſum *J. B. III.* 344. *Night-flowering Campion.* Found by Mr. *Dale* among Corn, on the left Hand of the Road leading from *Newmarket* to *Canvaſs-hall* in *Wood-ditton.* Ab Ocymoide albo differt flore minus pulchro, rubore diluto, inter-noctu tantum ſe aperiente, quod viſcoſa ſit, quodque radice annua.

Silene calycibus fructus conicis ſtriis triginta, foliis mollibus. Lychnis ſylveſtris anguſtifolia caliculis turgidis ſtriatis *C. B. Pin.* 205. Muſcipulæ majori calyce ventrioſo ſimilis *J. B. III.* 350. Lychnis ſylveſtris altera, incana, caliculis ſtriatis *Lob. Ico.* 338. A little to the North of *Sandown* Caſtle, plentifully; Mr. *J. Sherard*, in Company with Mr. *Rand.*

Silene floribus faſciculatis faſtigiatis, foliis ſuperioribus cordatis glabris. Lychnis viſcoſa purpurea latifolia lævis *C. B. Pin.* 205. Centaurium minus adulterinum, quibuſdam Lychnidis viſcidæ genus *J. B. III.* 355. Lychnis ſylveſtris 1. *Cluſ. Hiſt.* 288. On the Banks of the River, half a Mile below *Cheſter*; D. *Richardſon.*

STELLARIA.

CAL. Perianthium *pentaphyllum:* foliolis *ovato-lanceolatis, concavis, acutis, patentibus, perſiſtentibus.* COR. Petala *quinque bipartita, plana, oblonga, marceſcentia.* STAM. Filamenta *decem, filiformia, corolla breviora:* alterna *breviora.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Styli *tres, capillares, patentes.* Stigmata *obtuſa.* PER. Capſula *ovata, tecta, unilocularis, ſexvalvis.* SEM. *plurima, ſubrotunda compreſſa*

Stellaria foliis cordatis petiolatis, pedunculis ramoſis. Alſine major repens perennis *J. B. III.* 362. Alſine altiſſima nemorum *C. B. Pin.* 250. item Alſine aquatica major *Ejuſd.* 251. Alſine major & maxima *Park.* 759. 760. item aquatica ſeu paluſtris major *Ejuſd.* 1259. Alſine major *Ger.* 488. & Alſ. paluſtris *Ejuſd.* 491. maxima ſolanifolia *Mentz. Pug. T.* 2. Cochleariæ longæ facie N. B. *Ph. Br. Merr. P. Great Marſh Chickweed.* In humidis & paluſtribus locis, & ad fluviorum ripas. Conſule de hac planta J. Bauhin. & *Hiſt. noſt. p.* 1030.

Alſine montana folio Similacis inſtar, flore laciniato *H. Ox. II.* 550. *S.* 5. *T.* 23. *f.* 2. montana latifolia, flore laciniato *C. B. Pin.* 251. hederacea montana maxima *Col. Ec. I.* 290. *Park.* 761. Found by Dr. *Richardſon* in *Bingley* Pariſh.

Stellaria foliis lanceolatis ſerrulatis, petalis bifidis. Caryophyllus holoſteus arvenſis glaber flore majore *C. B. Pin.* 210. Gramen leucanthemum *Ger.* 43. *Park.* 1325. Gram. Fuchſii ſive leucanthemum *J. B. III.* 361. *The greater Stichwort.* In ſylvis, dumetis & ſepibus paſſim. Vere floret. Folia huic graminea acuta & rigida; caules infirmi; flores ampli in oblongis pediculis.

Stellaria foliis linearibus integerrimis, floribus paniculatis. Caryophyllus holoſteus arvenſis glaber flore minore *C. B. Pin.* 210. Gramen leucanthemum alterum *Ger.* 43. leucanthemum minus *Park.* 1325. Gramini Fuchſii leucanthemo affinis & ſimilis herba *J. B. III.* 361. *The*

leſſer

leſſer Stichwort. In paſcuis & vepretis, interque Geniſtas exit, præſertim ſolo arenoſo.

Flores huic longe minores ſunt quam præcedenti, & quod paucis admodum conceditur, apices rubicundi ſunt. Folia minora & breviora, plerumque viridia, interdum glauca.

Caryophyllus holoſteus arvenſis medius. An Caryoph. holoſt. foliis gramineis *Mentzel.* in *Pugil?* D. *Stoneſtreet* invenit in inſula Elienſi & D. *Sherard* prope Oxonium. (In *Peckham* Fields; Mr. *J. Sherard.*)

A præcedente differt non ſolum caulibus firmioribus & brevioribus, verum etiam foliis acutis, rigidioribus glaucis; & floribus majoribus: Ad primam ſpeciem proprius accedit, omnibus tamen ſuis partibus minor eſt, nec ante Junium flores producit; D. *Stoneſtreet.* Hæc eſt quam in aggeribus foſſarum in inſula Elienſi copioſiſſimam obſervavi, & pro præcedentis varietate habui in *Catal. Angl.*

ARENARIA.

CAL. Perianthium *pentaphyllum:* foliolis *oblongis, acuminatis, patentibus, perſiſtentibus.* COR. Petala *quinque, ovata.* STAM. Filamenta *decem, ſubulata:* alterna *interiora.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *ovatum.* Styli *tres, erecto-reflexi.* Stigmata *craſſiuſcula.* PER. Capſula *ovata, tecta, unilocularis, apice quinquefariam dehiſcens.* SEM. *plurima, reniformia.*

Arenaria foliis ovatis acutis carnoſis. Alſine marina foliis Portulacæ *Fl. Pruſs. p.* 12. *Ic. n.* 2. littoralis foliis Portulacæ *C. B. Pin.* 251. It. Anthyllis maritima lentifolia *Ej. Pin.* 282. *Park.* 282. lentifolia Peplios effigie maritima *J. B. III.* 374. lentifolia ſeu Alſine cruciata marina *Ger. Em.* 622. Quod folia adverſa ſitu alterno crebra cruciata naſcuntur, cruciata videtur & dicitur. Vaſcula & ſemina quam pro plantæ modo multo majora ſunt. In littoribus maris arenoſis frequens Junio floret. (Icon *Lobelii* & *J. Bauhini* parum exprimunt plantam; multo melior eſt, quæ in *Flora Pruſſica* proſtat.) Frequent about *Southwold*; Dr. *Watſon.*

Arenaria foliis ovatis acutis petiolatis nervoſis. Alſine Plantaginis folio *J. B. III.* 364. *Plantain-leaved Chickweed.* Ad ſepes & in dumetis locis uliginoſis.

Nervi averſa parte foliorum elati Plantagineorum in

modum; florum petala integra, ſemina nigra lucida reniformia hanc a cæteris diſtinguunt.

Arenaria foliis ſubovatis acutis ſeſſilibus, corollis calyce brevioribus. Alſine minor multicaulis *C. B. Pin.* 250. minima *Ger.* 488. *J. B. III.* 364. aquatica minima *Park.* 1259. *The leaſt Chickweed.* In iiſdem cum Alſine media locis invenitur, non raro etiam muris innaſcitur. Folia hujus figura & magnitudine ad Serpyllum accedunt, flos quinque petalis indiviſis conſtat.

Arenaria foliis filiformibus, ſtipulis membranaceis vaginantibus. Spergula purpurea *J. B. III.* 722. Alſineformis ſive 5. cap. 463. lib. 2. *Ger. Emac.* Saginæ Spergula minima *Park.* 561. Alſine Spergulæ facie minor, ſeu Spergula minor flore ſubcœruleo *C. B. Pin.* 251. *Purple Spurrey.* In arenoſis frequens.

Alſine Spergulæ facie media *C. B. Pin.* 251. Spergula marina noſtras *J. B. III.* 772. marina Dalechampii ſeu 4. cap. 463. *Ger. Emac.* 1125. Saginæ Spergula minor *Park.* 561. *Sea-ſpurry.* In ſalſis paluſtribus & maritimis paſſim.

Spergula maritima flore parvo cœruleo, ſemine vario *C. Giſ. App.* 30. Annua hæc videtur & a priori differt, radice gracili, totius parvitate, floris præcipue ut & ſemine, quod minus & plerumque non marginatum eſt. Licet autem quandoque circulo membranaceo donetur, is tamen multo quam in priori anguſtior eſt. Accedit plurimum ad Spergulam purpuream *J. B.* manifeſte tamen differt, flore aliquantum minore, loco natali & geniculis, quæ in hac longiora intervalla habent. Junio floret & Julio, copioſeque reperitur cum vulgari in inſula *Shepy*, illa præſertim parte, quæ *Shellneſs* vocatur.

Arenaria foliis ſubulatis, caule paniculato, pedunculis ſimplicibus, capſulis erectis, petalis calyce brevioribus. Alſine tenuifol. *J. B. III.* 364. *Fine-leafed Chickweed.* In the Corn-fields on the Borders of *Triplow-heath*, *Gogmagog-hills*, and other Places in *Cambridgeſhire.* Lino cathartico dum floret ſimilis eſt, ſed elatior. (In a Cloſe on the left Hand going down a Hill, a Mile from *Deptford*, towards *Southfleet*; Mr. *Newton.*)

Alſine puſilla pulchro flore folio tenuiſſimo noſtras, ſeu Saxifraga puſilla caryophylloides, flore albo pulchello *Syn. II.* 209. 4. Alpina glabra tenuiſſimis foliis, floribus albis *Par. Bat.*

Bat. 12. *lc.* caryophylloides tenuifolia, flore albo punctato *Pluk. Alm. p.* 22. *T.* 7. *f.* 3. *Small fine leafed Mountain Chickweed, with a milk-white Flower.*

In montoſis Eboracenſibus circa *Settle*, ut & Derbienſibus copioſe. (On the Side of a watery Bank, at about three Miles and a half from the Land's-end ; Mr. *Newton.*) Hæc eſt quam in *Cat. Ang.* pro auricula muris pulchro flore, folio tenuiſſimo *J. B.* habui. Foliis anguſtiſſimis caryophylleis cauliculis numeroſis procumbentibus, floribus albis pulchellis & loco natali ab aliis ſpeciebus nullo negotio diſcernitur. (Quas pro maculis vel punctis habet *Plukenetius*, non niſi ſtamina ſunt. Not. in figura hujus calycem perperam eſſe locatum ad floris partem interiorem.)

PENTAGYNIA.

COTYLEDON.

CAL. Perianthium *monophyllum, ſemiquinquefidum, acutum, minimum.* COR. Petalum *campanulato-tubulatum, ſemiquinquefidum :* laciniis *revolutis.* Nectarium *componitur e ſquama concava, ad baſin ſinguli germinis ſingula.* STAM. Filamenta *decem, ſubulata, recta, longitudine corollæ.* Antheræ *erectæ, quadriſulcæ.* PIST. Germina *quinque, oblonga, craſſiuſcula, deſinentia in* Stylos *ſubulatos, ſtaminibus longiores.* Stigmata *ſimplicia.* PER. Capſulæ *quinque, oblongæ, ventricoſæ, acuminatæ, univalves, longitudinaliter introrſum dehiſcentes.* SEM. *plurima, parva.* OBS. In *laciniata* unica quinta pars numeri, in ſingulis fructificationis partibus, excluditur.

Cotyledon foliis cucullatis ſerrato-dentatis alternis, caule ramoſo, floribus erectis. Cotyledon vera radice tuberoſa *J. B. III.* 683. Cotyl. major *C. B. Pin.* 285. Umbilicus Veneris *Ger.* 423. Veneris vulg. *Park.* 740. *Wall-Penny-wort, Navel-wort, Kidney-wort.* In ſaxis & vetuſtis parietibus. Upon the Rocks about the Slate-pits at *Smithland* ; Mr. *Pultney.* On Walls near *Shepon-mullet* in *Somerſetſhire.* On *Maidſtone* Church : Dr. *Watſon.* Folia in imo caule non ſunt ut reliqua circularia, neque in eorum umbilicum inſeritur pediculus, ſed ad latus. Flos oblongus cylindraceus in ſpica longa, cui ſuccedunt quinque theculæ ſeu ſiliculæ disjunctæ.

Iiſdem facultatibus pollere videtur quibus Seda. Refrigerat, repercutit & abſtergit. Quæ in ſpecie de ejus

ejus viribus tradunt *Dioſcorides* & *Galenus*, apud ipſos vide.

SEDUM.

CAL. Perianthium *quinquepartitum, acutum, erectum, perſiſtens.* COR. Petala *quinque, lanceolata, acuminata, plana, patentia.* Nectaria *quinque:* ſingulum *Squamula minima emarginata ſingulo germini ad baſin extrorſum inſerta.* STAM. Filamenta *decem, ſubulata, longitudine corollæ.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germina *quinque, oblonga, deſinentia in* Stylos *tenuiores.* Stigmata *obtuſa.* PER. Capſulæ *quinque, erecto-patentes, acuminatæ, compreſſæ, verſus baſin emarginatæ, longitudinaliter ſurſum introrſum dehiſcentes.* SEM. *plurima, minima.*

Planifolia.

Sedum foliis planiuſculis ſerratis, corymbo folioſo, caule erecto. Anacampſeros, vulgo Faba craſſa *J. B. III.* 681. Telephium vulgare *C. B. Pin.* 287. Telephium ſeu craſſula major vulgaris *Park.* 726. Craſſula ſeu Faba inverſa *Ger.* 416. *Orpine, or Live-long.* In umbroſis maxime & ad ſepes, non raro tamen in agris & paſcuis. Duplex eſt, flore purpureo & albo.

Folia in Telephio non conglobantur in capitula ut in Sedo majori, nam a prima ſtatim germinatione excauleſcit.

Vulneraria eſt & aſtringens, præcipui uſus in conſolidanda inteſtinorum eroſione per dyſenteriam introducta, in curanda hernia, in ambuſtis medendis ſub cineribus toſta herba & ſuillo adipe mixta & impoſita paronychias egregie ſanat. Radix recens dorſo inter ſcapulas appenſa hæmorrhoidum dolores illico levat; *Ephem. Germ.*

Teretifolia.

Sedum foliis oppoſitis ovatis obtuſis carnoſis, caule infirmo, floribus ſparſis. Sedum minus circinato folio *C. B. Pin.* 283. parvum folio circinato *J. B. III.* 691. minus 7. *Cluſ. H. LX.* Aizoon daſyphyllon *Lugd.* 1133. It grows plentifully upon the Houſe, and all the Walls, at *Market-eit*, near *Market-ſtreet*; Mr. *Th. Knowlton.*

Sedum foliis ſubulatis confertis baſi membranacea ſolutis, floribus cymoſis. Sedum minus hæmatoides *Ger.* 413. minus flore luteo *J. B. III.* 692. minus luteum folio acuto *C. B. Pin.* 283. Vermicularis & Craſſula minor vulgaris, ſeu Illecebra major *Park.* 733. deſcr. non ic. *The moſt ordinary yellow Prickmadam, or Stonecrop.* In muris & tectis paſſim. Folia huic anguſta, teretiuſcula, acuta, flores lutei.

Sedum minus luteum ramulis reflexis *C. B. Pin.* 283. minus luteum flore ſe circumflectente *J. B. III.* 693. Aizoon ſcorpioides *Ger. Em.* 513. Vermicularis ſcorpioides *Park.* 733. *Yellow Stonecrop with reflected Flowers.* Cum priore, cujus varietas eſſe videtur.

Sedum minus a rupe S. Vincentii *Syn. II.* 152. 3. minus Vincentii *Pet. H. B.* 41. 8. minus e rupe Divi Vincentii, N. D. *Merr. Pin.* *Stonecrop of St.* Vincent's *Rock.* Præcedente minus eſt, foliis denſius ſtipatis. (In rupibus *Hiſvae* valleculæ *Nant-phraucon* imminentibus, *D. Lhwyd* comite obſervavi; *D. Richardſon.)*

Sedum foliis oblongis obtuſis teretiuſculis ſeſſilibus patentibus, cyma ramoſa. Sedum minus teretifolium album *C. B. Pin.* 283. minus, folio longiuſculo tereti, flore candido *J. B. III.* 690. minus Officinarum *Ger.* 413. *Em.* 512. Vermicularis flore albo *Park.* 733. *deſcr.* Verm. ſive Craſſula minor vulgaris *Ej.* 734. *Icon. White-flowered Stonecrop, with round pointed Leaves.* In veteribus muris & tectis.

Sedum foliis ſubovatis adnato-ſeſſilibus gibbis erectiuſculis alternis, cyma trifida. Sedum parvum acre flore luteo *J. B. III.* 694. Sempervivum minus vermiculatum acre *C. B. Pin.* 283. Vermicularis ſeu Illecebra minor acris *Ger. Em.* 517. Illecebra minor ſeu Sedum tertium Dioſcoridis *Park.* 735. Herba Arthritico-Scorbutica *Cat. Altd.* *Wall-pepper, or Stonecrop.* Flores ei pro parvitate plantulæ ſpecioſi: Foliorum latitudo longitudini prope modum par.

Foris admotum rubificat, veſicas excitat & tandem exulcerat, Stupendas ejus vires in Scorbuto caſtrenſi expertus eſt *D. Below,* interne in decocto, & etiam externe applicati in contracturis membrorum, in ulceribus & gingivis corruptis: *Ephem. Germ. Ann.* 6. *&* 7. *Obſ.* 22.

Sedum

Sedum caule erecto ſolitario annuo, foliis ovatis ſeſſilibus gibbis alternis, cyma recurva. Sedum minimum non acre flore albo *Syn. II.* 153. 6. Illecebra alba mitis *Pet. H. B.* 42. 10. Sedum minimum, flore mixto ex albo & rubro *Merr. Pin.* *Small white-flowered Stonecrop not biting.* In ſterilioribus Suffolciæ, itinere a *Yarmouth* ad *Donewich*, plurimum obſervavimus: item in rupibus Lancaſtrenſibus & Weſtmorlandicis ad *Winandermere.* (In tectis & muris Cambriæ, præcipue montoſis abunde; *D. Richardſon.* In littore marino prope *Brakelſham* copioſe; *D. Dillenius.* Cum *Petiveri* figura vitioſa ſit, meliorem Tab. XII. fig. 2. exhibere voluimus; lit. *a. b. a.* ſemina & ſiliquæ ſeorſim exhibentur.

Sedum caule erecto, foliis planiuſculis, pedunculiſque ſubpiloſis. Sedum purpureum pratenſe *J. B. III.* 692. minus paluſtre *Ger. Em.* 515. arvenſe ſeu paluſtre flore rubente *Park.* 734. paluſtre ſubhirſutum purpureum *C. B. Pin.* 285. ſive Illecebra foliis oblongis *Merr. P.* *Small Marſh Sengreen.* On the moiſt Rocks about *Ingleborough-hill*, as you go from the Hill towards *Horton* in *Ribblesdale*, in a Ground where Peat is got in great Plenty; alſo on *Hartſide-hill*, near *Gambleſby*, in the Way to *Oſten*, *Cumberland*, and elſewhere. (In & juxta montem *Hinklehaw* prope Settle; *D. Richardſon.*)

Primo pullulatu Sedum minimum acre foliis æmulatur, verum cum excauleſcit, folia quæ in cauliculis longiora & rubicundiora ſunt. Junio menſe in ſemen abit, deinde emoritur, & ſemine deciduo ſe renovat.

OXALIS.

CAL. Perianthium *quinquepartitum, acutum, breviſſimum, perſiſtens.* COR. *quinquepartita, unguibus cohærens, erecta, obtuſa, emarginata.* STAM. Filamenta *decem, capillaria, erecta:* exteriora *breviora.* Antheræ *ſubrotundæ, ſulcatæ.* PIST. Germen *quinquangulare.* Styli *quinque, filiformes, longitudine ſtaminum.* Stigmata *obtuſa.* PER. Capſula *pentagona, quinquelocularis, angulis dehiſcens longitudinaliter.* SEM. *ſubrotunda, proſilentia.* OBS. *Capſula* in aliis brevis, Seminibus ſolitariis; in aliis longa, Seminibus plurimis.

Oxalis ſcapo unifloro, foliis ternatis, radice ſquamoſo-articulata. Oxys alba *Ger.* 1030. ſeu Trifolium acidum flore

flore albo & purpuraſcente *J. B. II.* 387. Trifolium acetoſum vulgare *Park.* 746. *C. B. Pin.* 330. Acetoſella & Lujula ſeu Alleluja *Offic. Wood-ſorrel.* Opacis & uliginoſis plurimum provenit, in ſylvis & ad arborum radices. Martio & Aprili floret. Not. vid. *Meth. Em. p.* 86.

Trifolium acetoſum vulgare, flore purpureo *Merr. Pin.* In a hollow Lane betwixt *North Owram* and *Hallifax* in plenty. It is a leſs Plant than the common, and flowers later ; Dr. *Richardſon.*

Cardiaca eſt & Hepatica ſingularis, Acetoſæ vires ſi non ſuperans, ſaltem æmulans, adeoque æſtum febrilem mitigat, ſitim ſedat &c. *Schrod.* Fit ex ea ſyrupus, conſerva & aqua deſtillata ad hos uſus.

AGROSTEMA.

CAL. Perianthium *monophyllum.* Tubus *ovato-oblongus, coriaceus.* Limbus *quinquefidus:* laciniis *tenuibus, perſiſtentibus.* COR. Petala *quinque.* Ungues *longitudine tubi calycis.* Limbus *patens, obtuſus.* STAM. Filamenta *decem, ſubulata: alterna ſeriora ſingulo ungui petalorum inſerta.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *ovatum.* Styli *quinque, filiformes, erecti, longitudine ſtaminum.* Stigmata *ſimplicia.* PER. Capſula *oblongo-ovata, tecta, unilocularis, quinquevalvis.* SEM. *plurima, reniformia, punctata.* Receptacula *libera, tot quot ſemina, interiora gradatim longiora.*

Agroſtema hirſuta, calycibus corollam æquanribus, petalis integris nudis. Lychnis ſegetum major *C. B. Pin.* 204. Lychnoides ſegetum ſive Nigellaſtrum *Park.* 632. Pſeudomelanthium *Ger. J. B. III.* 341. *Cockle.* Inter ſegetes.

Planta quam in ſuperiore editione pro Lychnide ſegetum parva viſcoſa habuimus, nihil aliud erat quam Lychnis noctiflora, ut nos monuit *D. Dale*, qui integram apud *D. Newton* vidit.

LYCHNIS.

CAL. Perianthium *monophyllum, ſubrotundum, inflatum, quinquedentatum, perſiſtens.* COR. Petala *quinque.* Ungues *longitudine calycis, plani, membranis aucti.* Limbus *planus: Laminis ſæpe fiſſis.* STAM. Filamenta *decem, calyce longiora;* alterna

alterna *ſeriora, ſingulo ungui petalorum affixa.* Antheræ *incumbentes.* PIST. Germen *ſubovatum.* Styli *quinque, ſubulati, ſtaminibus longiores.* Stigmata *reflexa contra ſolem, pubeſcentia.* PER. Capſula *ad ovatam figuram accedens, tecta, unilocularis, quinquevalvis.* SEM. *plurima, rotundiuſcula.*

Lychnis petalis quadrifidis, fructu ſubrotundo. Lychnis plumaria ſylveſtris ſimplex *Park. Par.* 253. Armerius pratenſis mas & fœmina *Ger.* 480. Caryophyllus pratenſis laciniato flore ſimplici, ſive Flos cuculi *C. B. Pin.* 210. Flos cuculi, Odontis quibuſdam *J. B. III.* 347. *Meadow-pink, Wild-williams, Cuckow-flower.* In pratis humidis & ad rivos. Flos in longas lacinias diſſectus hujus nota characteriſtica eſt. Variat interdum flore albo: (Item pleno, quas varietates ſub Armoraria, ſive Lychnide plumaria mare & fœmina flore albido elegantiori & Armoraria pratenſi flore pleno ex *Ph. Br.* notavit *Merret. in Pin.*)

Lychnis petalis integris. Lychnis ſylveſtris viſcoſa rubra anguſtifolia *C. B. Pin.* 205. *Park.* 636. Odontidi ſive Flori cuculi affinis Lychnis ſylv. 1. Cluſii in Pannon. 4. in Hiſt. poſt *J. B. III.* 348. Muſcipula anguſtifolia *Ger. Emac.* 601. *Red German Catchfly.* Found by *Tho. Williſel* upon the Rocks in *Edinburgh* Park: by Mr. *Lhwyd* on the Sides of *Craig Wreidhin-hill* in *Montgomeryſhire* in *Wales.* Still plentiful there; Mr. *Moore.*

Lychnis floribus dioicis. Lychnis ſylveſtris rubello flore *Ger. Em.* 469. ſylveſt. flore rubro *Park.* 631. ſilv. ſive aquatica purpurea ſimplex *C. B. Pin.* 204. Ocymoides purpureum multis *J. B. III.* 343. *Red-flowered wild Campion.* Ad ſepes & foſſas, inque ſylvis humidioribus paſſim. Quæ flore pleno in hortis frequens eſt *Red Batchelors-buttons* dicitur.

Loco natali in aquoſis, caulibus infirmioribus, foliis mollioribus & flaccidioribus, floribus rubellis a præcedente differt.

Lychnis ſylveſtris albo flore *Ger. Emac.* 468. *Park.* 630. inter 1. & 2. ſylveſtris alba ſimplex *C. B. Pin.* 204. Ocymoides album multis *J. B. III.* 342. *Wild white Campion.* In paſcuis & ad ſepes paſſim. Quæ flore pleno in hortis colitur *White Batchelors-buttons* dicitur. Folia lata flos candidus petalis bifidis, noctu odoratus.

CERASTIUM.

CAL. Perianthium *pentaphyllum:* foliolis *ovato-lanceolatis, acutis, patentibus, perſiſtentibus.* COR. Petala *quinque, bifida, obtuſa, erecto-patentia, longitudine calycis.* STAM. Filamenta *decem, filiformia, corolla breviora:* alterna *breviora.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *ovatum.* Styli *quinque, capillares, erecti, longitudine ſtaminum.* Stigmata *obtuſa.* PER. Capſula *ovato-cylindracea ſ. globoſa, obtuſa, unilocularis, dehiſcens apice quinquedentato.* SEM. *plurima, ſubrotunda.* OBS. Species quædam ſtaminibus quinque tantum inſtruuntur. Primaria diviſio ſpecierum ex *Capſula oblonga & globoſa* petenda.

Ceraſtium erectum villoſo viſcoſum. Alſine hirſuta Myoſotis latifolia præcocior *Cat. Angl.* hirſuta altera viſcoſa *C. B. Pin.* 251. viſcoſa *Park.* 764. A. Myoſitis humilior & rotundo folio *Merr. Pin.* *The broader leafed Mouſe-ear Chickweed.* Aprili floret in ſiccioribus areis & paſcuis ubique. (Præcox eſt citoque erit.)

Florem habet minorem, quam ſequens, evanidum; folia breviora, latiora, pallidiora; caules erectiores; quin tota planta in ſiccioribus nonnihil viſcoſa eſt. (Erecta eſt rotundiore folio; *Doody.*)

Alſine hirſuta Myoſotis *Adv.* 193. hirſuta magno flore *C. B. Pin.* 251. A. Myoſotis procerior & longiore folio *Merr. Pin.* Auricula muris quorundam flore parvo, vaſculo tenui longo *J. B. Ill.* 359. *Narrow-leafed Mouſe-ear Chickweed.* In arvis reſtibilibus. (Ad ripas Thameſis prope *Batterſea* cum foliis glabris inveni; *D. Doody.* Perennis potius quam annua videtur.)

Ceraſtium floribus pentandris, petalis emarginatis. Ceraſtium hirſutum minus, parvo flore *Cat. Giſs.* 80. Alſine hirſuta minor *C. B. Pin.* 251. Specie ſequente minor eſt, & minus ramoſa, florum pediculis brevioribus, foliis & caulibus non viſcoſis, ſeriuſve aliquantum floret. In vicis circa *Londinum* paſſim primo vere floret. Vid. Tab. XV. Fig. 1. quæ ad plantam juniorem facta eſt, nam procedente tempore aliquanto ramoſior obſervari ſolet.

Ceraſtium foliis lineari-lanceolatis obtuſis glabris, corollis calyce majoribus. Caryophyllus arvenſis hirſutus flore majore *C. B. Pin.* 210. holoſteus *Ger.* 477. holoſteus arvenſis hirſutus *Park.* 1339. Auricula muris pulchro flore albo

albo *J. B. III.* 360. *Long-leafed rough Chickweed, with a large Flower.* On dry Banks and Heaths, among the Buſhes in *Cambridgeſhire* : I have alſo obſerved it in the gravelly Highways. Floret æſtate.

Folia anguſta oblonga, Caryophylleorum æmula, hirſuta, uti ſunt & florum calyces *D. Plukenet*, ultimam ſpeciem aut hanc ipſam plantam eſſe, aut ejus varietatem exiſtimat. Ego planta ipſa a *D. Lhwyd*, ad me miſſa cum deſcriptione noſtra Auriculæ muris pulchro flore albo collata, plane diverſam judico.

Ceraſtium foliis ovato-lanceolatis, caule diviſo, capſulis oblongis. Alſines Myoſotis facie, Lychnis Alpina flore amplo niveo repens *D. Lhwyd Syn. II.* 208. 7. Caryophyllus holoſteus Alpinus latifolius *C. B. Pin.* 210. *Pr.* 104. Juxta aquas ad latera montis *Snowdon* copioſe. (Nullibi frequentius quam juxta ſcaturigines aquarum montis excelſi *Widnah*, Boream verſus; Dr. *Richardſon.*) Floret circa initium Auguſti, floreſque pro plantulæ modulo amplos ſane oſtendit. Hujus generis alias plantas virides obſervavit *D. Lhwyd*, alias incanas & quærit an ſpecie differant. Icon. vid. Tab. XV. Fig. 2. ubi ad Lit. *a.* ſemina anguloſa ſeorſim exhibentur.

Alſine Myoſotis lanuginoſa Alpina grandiflora, ſeu Auricula muris villoſa flore amplo membranaceo *Syn. II.* 209. 11. Caryophyllus holoſteus tomentoſus latifolius *C. B. Pin.* 210. *Pr.* 104. In rupe prope *Clogwyn y Garnedh* totius Cambriæ altiſſima juxta *Llanberrys* in Arvonia copioſe. (Ad ſummitatem rupis excelſiſſimæ *Clogwyn y Garnedh*, ut recte notat *D. Lhwyd*, & nullo alio in loco mihi nunquam occurrit; Dr. *Richardſon.)* Prior ſpecies ad hac diſtinguenda eſt, foliis glabris, crebrius in cauliculis diſpoſitis, *&c.*

SPERGULA.

CAL. Perianthium *pentaphyllum* : foliolis *ovatis, obtuſis, concavis, patentibus, perſiſtentibus.* COR. Petala *quinque, ovata, concava, patentia, calyce majora, indiviſa.* STAM. Filamenta *decem, ſubulata, corolla breviora.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *ovatum.* Styli *quinque, erecto-reflexi, filiformes.* Stigmata *craſſiuſcula.* PER. Capſula *ovata, tecta, unilocularis, quinquevalvis.* SEM. *plurima, depreſſo-globoſa,* margine *emarginato cincta.* OBS. Petalis integris a *Ceraſtio* diſtinguitur.

Spergula

Spergula foliis verticillatis, floribus decandris. Alſine Spergula dicta major *C. B. Pin.* 251. Spergula *J. B. III.* 722. Saginæ Spergula *Ger. Emac.* 1125. Saginæ Spergula major *Park.* 562. *Spurrey.* Inter ſegetes.

Foliis anguſtiſſimis, multis caulem ad genicula radiatim ambientibus, floſculis albis pentapetalis ſatis diſcriminatur.

Spergula foliis verticillatis, floribus pentandris. Spergula annua ſemine foliaceo nigro, circulo membranaceo albo cincto *Cat. Giſs.* 46. *Eph. Nat. Cur. Cent.* V. & VI. *Ic. & deſcr.* Alſine Spergula dicta ſemine membranaceo fuſco Mor *Raj. Syn. Ed. II.* 210. 11. Alſine Spergula annua, ſemine foliaceo nigro, circulo membranaceo albo cincto *H. Ox. II.* 351. 16. Tum a priori tum a ſequentibus Spergulis omnino diſtincta eſt hæc ſpecies, & a priori quidem foliis ad genicula paucioribus & craſſioribus, a ſequenti flore albo majore, a marina ejuſdem floris colore & loco, quodque annua ſit, ab omnibus vero tempore florendi & quod præcox ſit citoque pereat differt. In Hibernia locis arenoſis obſervavit Dr. *G. Sherard.*

Spergula foliis oppoſitis ſubulatis lævibus, caulibus ſimplicibus. Alſine paluſtris foliis tenuiſſimis, ſeu Saxifraga paluſtris Anglica *Ger. Em.* 567, 568. paluſtris Ericæ folia polygonoides, articulis crebrioribus, flore albo pulchello *Pluk. Alm.* 23. *Tab.* 7. *f.* 4. nodoſa Germanica *C. B. Pin.* 251. *Pr.* 119. Arenaria *J. B. III. P.* 2. 723. Saxifraga paluſtris Anglica *Park.* 427. It. Alſine nodoſa Germanica *Ejuſd.* 764. Polygonum foliis gramineis alterum *Loeſel. Fl. Pruſs. p.* 204. *Ic.* 64. opt. Spergula minor foliis Knawel, flore majuſculo albo *Cat. Giſs.* 156. *Engliſh Marſh-ſaxifrage.* In paluſtribus menſe Julio floret. In *Wichwood* Foreſt, *Oxfordſhire,* plentifully. On the Bogs near *Chorley* Foreſt, and on *Beacon* Hill; Mr. *Pultney.* Flores majores quam pro plantulæ modo: caules erectiores quam præcedenti. In foliorum alis glomeruli foliorum minutiſſimorum ſedent velut ramulorum germina.

CLASSIS UNDECIMA.

DODECANDRIA.

Stamina a 11 ad 19 incluſive.

I. MONOGYNIA.

ASARUM.

CAL. Perianthium *monophyllum, campanulatum, ſemitrifidum, coriaceum, coloratum, perſiſtens*: laciniis *erectis, apice inflexis*. COR. *nulla*. STAM. Filamenta *duodecim, ſubulata, calyce, dimidio breviora*. Antheræ *oblongæ, filamentorum parieti medio adnatæ*. PIST. Germen *intra ſubſtantiam calycis reconditum*. Stylus *cylindraceus, longitudine ſtaminum*. Stigma *ſtellatum, ſexpartitum*, laciniis *reflexis*. PER. Capſula *coriacea, intra ſubſtantiam calycis, ſex-locularis*. SEM. *plura, ovata*.

Aſarum foliis reniformibus obtuſis binis. Aſarum *C. B. Pin.* 197. *J. B. III.* 548. *Ger.* 688. vulgare *Park.* 266. *Ger. Em.* 836. *Aſarabacca*. In a Hedge on the left Hand as ſoon as you are in the Gate, the firſt Field from *Chernell's-green*, going to Sir *Th. Seabright*'s Beach-wood; *Th. Knowlton*. In ſeveral Woods of *Lancaſhire*; *D. Leigh Nat. Hiſt. Book I. Ch.* 5. *p.* 96, 97. Vires vid. in *Hiſt. I.* 208.

LYTHRUM.

CAL. Perianthium *monophyllum, cylindraceum, ſtriatum, denticulis duodecim: alternis minoribus*. COR. Petala *ſex, oblonga*,

longa, obtuſiuſcula, patentia, unguibus ad inciſuras calyci inſerta. STAM. Filamenta *duodecim, filiformia, longitudine calycis:* ſuperiora *inferioribus breviora.* Antheræ *ſimplices, aſſurgentes.* PIST. Germen *oblongum.* Stylus *ſubulatus, longitudine ſtaminum, declinatus.* Stigma *orbiculatum, aſſurgens.* PER. Capſula *oblonga, acuminata, tecta, bilocularis.* SEM. *numeroſa, parva.* OBS. In quibuſdam ſpeciebus unica ſexta pars numeri e flore eximitur. *L. Hyſſopifolia* ſtaminibus tantum ſex gaudet.

Lithrum foliis oppoſitis cordato-lanceolatis, floribus ſpicatis dodecandris. Salicaria vulgaris purpurea foliis oblongis *Inſt. R. H.* 253. Lyſimachia purpurea *Ger.* 386. *Park.* 546. purpurea, quibuſdam ſpicata *J. B. II.* 902. ſpicata purpurea, forte Plinii *C. B. Pin.* 246. *Purple-ſpiked Willow-herb, or Looſe-ſtrife.* In paluſtribus & ad fluviorum ripas.

Lyſimachia purpurea trifolia, caule hexagono *Spigel. Iſag.* varietas potius præcedentis eſt, quam ſpecies diſtincta.

Lythrum foliis alternis linearibus, floribus hexandris. Salicaria Hiſſopifolio latiore & anguſtiore *Inſt. R. H.* 253. Hyſſopifolia *C. B. Pin.* 218. aquatica *J. B. III.* 792. Gratiola anguſtifolia *Ger. Em.* 581. anguſtifolia ſeu minor *Park.* 220. *Graſs-poley: ſmall Hedge-hyſſop.* In aquoſis & ubi per hyemem aquæ ſtagnarunt, ſed rarius.

DIGYNIA.

AGRIMONIA.

CAL. Perianthium *monophyllum, quinquefidum, acutum, parvum, germini inſidens, perſiſtens, altero calyce obvallatum.* COR. Petala *quinque, plana, emarginata:* unguibus *anguſtis, calyci inſertis.* STAM. Filamenta *capillaria, corolla breviora, calyci inſerta.* Antheræ *parvæ, didymæ, compreſſæ.* PIST. Germen *infra receptaculum.* Styli *duo, ſimplices, longitudine ſtaminum.* Stigmata *obtuſa.* PER. *nullum.* Calyx *collo coarctatus, induratus.* SEM. *duo, ſubrotunda.*

Agrimonia foliis caulinis pinnatis, fructibus hiſpidis. Agrimonia *Ger.* 575. vulgaris *Park.* 594. Agrim. ſeu Eupatorium *J. B. II.* 398. Eupatorium Veterum ſeu A-

grimonia *C. B. Pin.* 321. *Agrimony.* In agrorum marginibus & in paſcuis ad ſepes paſſim.

Hepatica nobiliſſima imprimis audit; unde in Hydrope, Cachexia, & Ictero uſus eſt creberrimi, in uſu etiam eſt in catarrhis, tuſſi menſibuſque retentis. Vulneraria inſuper cenſetur. Extrinſecus adhibetur ſæpiſſime in balneis & lotionibus. Siccatæ pulvis in vehiculo idoneo exhibitus a *Riverio* plurimum commendatur in mictu involuntario, nec præter rationem, ſiquidem aſtringat ſatis valide.

R E S E D A.

CAL. Perianthium *monophyllum, partitum:* laciniis *anguſtis, acutis, erectis, perſiſtentibus, quarum duæ magis dehiſcunt, in uſum petali melliferi.* COR. Petala *nonnulla, inæqualia, ſemper* aliqua *ſemitrifida,* ſupremo *ad baſin gibbo, mellifero, longitudine calycis.* Nectarium: *Glandula plana, erecta, e receptaculo producta, a latere ſuperiore inter ſtamina & ſupremum petalum locata, connivens cum baſi petalorum ab eodem latere dilatata.* STAM. Filamenta *quindecim ſ. ſedecim, brevia.* Antheræ *erectæ, obtuſæ, longitudine corollæ.* PIST. Germen *gibbum, in* Stylos *nonnullos breviſſimos deſinens.* Stigmata *ſimplicia.* PER. Capſula *gibba, angulata, ſtylis acuminata, inter ſtylos aperta, unilocularis.* SEM. *plurima, reniformia, angulis capſulæ adnata.*

Reſeda foliis lanceolatis integris, calycibus quadrifidis. Luteola *Ger.* 398. vulgaris *Park.* 602. herba Salicis folio *C. B. Pin.* 100. Lutea Plinii quibuſdam *J. B. III.* 465. *Weld, Yellow-weed, Dyers-weed.* In muris & locis ruderatis, non raro etiam in arvis requietis. (Variat foliis criſpis & eleganter undulatis, circa *Northfleet.*)

Folia longa anguſta integra: thyrſi florum prælongi teretes vaſcula ſeminalia tripartita hiulca.

Luteola minima Polygalæ folio D. *Du-Bois.* Diverſa eſt a Reſeda Linariæ folio *C. B.* utpote quæ ſecundum *Tournefortium* Seſamoidis ſpecies eſt. Caulis ipſi dodrantalis, ſimplex ſeu non ramoſus, foliis amictus alternis, Polygalæ, longioribus tamen, ſimilibus, cujus ſummitas in ſpicam deſinit bi & triuncialem, floribus vaſculiſve Luteolæ ſimilibus veſtitam. Flores autem minores ſunt, quam in Luteola vulgari & vaſcula minus craſſa, ſed anguſtiora obſervantur, tribus plerunque cuſpidibus hiantia. Found in the Corn fields behind the Houſes on Mount *Ephraim,* at *Tunbridge-wells,* by Mr. *Du-Bois.*

La-

Lanarum infectoribus herbæ uſus eſt: rudes enim & albas cum alumine decocta luteo colore tingit, cæruleas autem viridi, idque magis minuſque intenſo, quo ſaturatior dilutiorve fuerit color cæruleus, qua de cauſa multis Angliæ locis in agris ſeritur.

Reſeda foliis omnibus trifidis, inferioribus pinnatis. Reſeda vulgaris *C. B. Pin.* 100. minor ſeu vulgaris *Park.* 823. Plinii *Ger.* 216. lutea *J. B. III.* 467. *Baſe-rocket.* In arvis cretaceis, nonnunquam & in muris. About *Waltham*, in the Wolds in *Leiceſterſhire*, and near *Ancaſter* in *Lincolnſhire*; Mr. *Pultney.* On the Sides of the old Chalk-pits, toward *Graveſend.*

Folia huic obſcure viridia, Erucæ marinæ fere diviſura; flores ochroleuci. Reſeda criſpa Gallica *Bocc. Pl. Rar.* 76. In the barren Cloſes about *Roehill* and *Northfleet*; Mr. *J. Sherard.* Caules in hac ſpecie reſtibiles obſervantur, unde perennem & a priore ſpecie diſtinctam eſſe minus dubium videtur.

EUPHORBIA.

CAL. Perianthium *monophyllum, ventricoſum, rugoſum, coloratum,* ore *quadridentatum (quinquedentatum paucioribus,) perſiſtens.* COR. Petala *quatuor (quinque paucis,) turbinata, gibba, craſſa, truncata, ſitu inæqualia, cum dentibus calycis alterna, unguibus margini calycis impoſita, perſiſtentia.* STAM. Filamenta *plura (duodecim vel ſupra,) filiformia, receptaculo inſerta, corolla longiora, diverſo tempore erumpentia.* Antheræ *globoſæ, didymæ.* PIST. Germen *ſubrotundum, triquetrum, pedicellatum.* Styli *tres, bifidi.* Stigmata *obtuſa.* PER. Capſula *ſubrotunda, tricocca, trilocularis, ſtylo elongato pendens; elaſtice diſſiliens.* SEM. *ſolitaria, ſubrotunda.*

Caulis dichotomus nec umbelliferus.

Euphorbia dichotoma, foliis integerrimis ſemicordatis, floribus ſolitariis axillaribus, caulibus procumbentibus. Tithymalus maritimus ſupinus annuus, Peplis dictus. Peplis *J. B. III.* 668. *Ger.* 406. *Park.* 194. maritima folio obtuſo *C. B. Pin.* 293. *Small Purple Sea-ſpurge.* In littore maris arenoſo inter Penſantiam & Marketjeu oppida Cornubiæ copioſe.

Caules & folia plerunque rubent. Flores & fructus in hoc, non ut in aliis pleriſque in ſummis caulibus & ramulis velut umbellatim naſcuntur, ſed ſecundum caules & ramos.

Umbella trifida.

Euphorbia umbella trifida: dichotoma, involucellis ovatis, foliis integerrimis obovatis petiolatis. Tithymalus parvus annuus, foliis ſubrotundis non crenatis, Peplus dictus. Peplus ſive Eſula rotunda *C. B. Pin.* 292. *Ger.* 406. *J. B. III.* 669. vulgari minor, & foliis non crenatis. *Petty-ſpurge.* In agris.

Euphorbia umbella trifida: dichotoma, involucellis lanceolatis, foliis linearibus. Tithymalus leptophyllos *Park.* 193. minimus anguſtifolius annuus *J. B. III.* 664. Eſula exigua Tragi *Ger. Emac.* 503. Tithymalus ſeu Eſula exigua *C. B. Pin.* 291. *Dwarf-ſpurge, or ſmall annual Spurge.*

Inter ſegetes. Parvitate ſua & foliis oblongis anguſtis acutis ab aliis ſpeciebus differt.

Umbella quinquifida.

Euphorbia umbella quinquefida: dichotoma involucellis cordatis, foliis lineari-lanceolatis obtuſiuſculis acuminatis reflexis. Tithymalus maritimus minor, Portlandicus. Foliis eſt parvis, e viridi albicantibus, ſummitate ſubrotunda, vel obtuſe mucronata. Ramuli floriferi in latum ſparguntur. Found by the Reverend Mr. *Stoneſtreet*, in the narrow Neck of Land which joins *Portland* to *Devonſhire*, 1711.

Euphorbia umbella ſubquinquefida: bifida, involucellis cordato-reniformibus, foliis ſurſum imbricatis. Tithymalus paralius *J. B. III.* 674. *Ger.* 498. paralius ſive maritimus *Park.* 184. maritimus *C. B. Pin.* 291. *Sea-ſpurge.* In arenoſis maris littoribus frequens.

Radice eſt perenni, glaber, foliis crebris cæſiis anguſtis, ad Lini accedentibus, altitudine cubitali, & minori.

Ti-

Tithymalus Hibernicus *Merr. P. Syn. II.* 183. *Makinboy, Knotty-rooted Spurge, Cat. Oxon.* In Hibernia. (Amongſt the Corn near *Twittenham* Park, againſt *Richmond*, and near *Otterſpool*; Mr. *Doody Not.*)

Folia latiuſcula, obtuſa, non crenata, in caule crebra, qui pedalis eſt, faſtigio in multos pediculos, ſeu radios floriferos umbellam quandam componentes, diviſo. Vid. *Hiſt. noſtr. II.* 1888. & *III.* 666.

Euphorbia umbella quinquefida: dichotoma, involucellis cordatis acutis, foliis lineari-lanceolatis, ramis floriferis. Tithymalus ſegetum longifolius *Cat. Cant. App. Long-leafed Corn-ſpurge.* In the Corn about *Kingſton* and *Comberton* in *Cambridgeſhire*, by the Way that leads from *Cambridge* to *Gamlingay*. An Eſula minor ſive Pityuſa *Ger. Emac.*

Altitudinem dodrantalem vix aſſequitur. Folia oblonga in acumen deſinunt. Tota planta colore eſt luteo-viridi, præter caulis partem terræ proximam, quæ rubeſcit. Eſulæ exiguæ Tragi perſimilis eſt, ſed major.

Euphorbia umbella quinquefida: trifida: dichotoma, involucellis obovatis, foliis cuneiformibus ſerratis. Tithymalus helioſcopius *Ger.* 401. *Park.* 189. *C. B. Pin.* 291. helioſcopius ſive ſoliſequus *J. B. III.* 669. *Sun-ſpurge, or Wart-wort.* In hortis oleraceis & arvis pinguioribus, inque vineis & agris neglectis.

Foliis portulacæ, extremis ſubrotundis, marginibus crenatis, ab aliis ſpeciebus diſtinguitur.

Euphorbia umbella quinquefida: ſubquadrifida: dichotoma, involucellis primariis tetraphyllis, foliis ſerratis lanceolatis ſeſſilibus. Tithymalus platyphyllos Fuchſii *J. B. III.* 670. arvenſis latifolius Germanicus *C. B. Pin.* 291. Tithymalus peregrinus & platyphyllos *Cluſ. Hiſt.* clxxxix. *Broad-leafed Spurge.* Inter ſegetes, ſed rarius. It comes up ſpontaneouſly here in my own Orchard at *Black Notley*.

Radice eſt non vivaci, foliis oblongis latiuſculis, dilutius virentibus; reliquis annuis Tithymalis noſtratibus major.

Umbella multifida.

Euphorbia umbella multifida: dichotoma, involucellis per-

foliatis orbiculatis, foliis obtuſis. Tithymalus characias Amygdaloides *Ger.* 403. *Emac.* 500. *C. B. Pin.* 290. Characias vulgaris *Park.* 186. Tithymal. ſylvaticus toto anno folia retinens *J. B. III.* 671. *Wood-ſpurge.* In ſylvis & dumetis copioſe.

Radice & ſuperficie etiam perenni, foliis lanuginoſis & loco natali a ſequentibus diſcretu facilis eſt.

Euphorbia umbella multifida: bifida, involucellis perfoliatis emarginatis, foliis integerrimis, caule fruteſcente. Tithymalus characias Monſpelienſium *Ger.* 403. *Park.* 186. Characias rubens peregrinus *C. B. Pin.* 290. Amigdaloides ſeu characias *J. B. III.* 672. On the Paper-mill Pool-dam in *Heywood* Park, *Staffordſhire*; Dr. *Plot.* Suſpicor hanc plantam ibi vel forte, vel induſtria aliquando ſatam.

POLYGYNIA.

SEMPERVIVUM.

CAL. Perianthium *duodecim-partitum, concavum, acutum, perſiſtens.* COR. Petala *duodecim, oblonga, lanceolata, acuta, concava, calyce paulo majora.* STAM. Filamenta *duodecim, ſubulato-tenuia.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germina *duodecim, in orbem poſita, erecta, deſinentia in* Stylos *totidem, patentes.* Stigmata *acuta.* PER. Capſulæ *duodecim, oblongæ, compreſſæ, breves, in orbem poſitæ, extrorſum acuminatæ, introrſum dehiſcentes.* SEM. *plura, ſubrotunda, parva.* OBS. *Numerus* ſæpius luxurians major evadit, præſertim in partibus femininis.

Sempervivum foliis ciliatis, propaginibus patentibus. Sempervivum majus *Ger.* 411. Sedum majus vulgare *C. B. Pin.* 283. *J. B. III.* 687. *Park.* 730. *Houſeleek.* Hanc plantam in Anglia ſponte oriri non auſim fidenter affirmare: ubique tamen in domorum tectis, muris & maceriis vetuſtis & imbricamentis ſeritur.

Refrigerat valide & aſtringit. Succus propinatur in febribus Zythogalo mixtus cum ſucceſſu. Extrinſecus ambuſtis, inflammationibus oculorum, anginæ, ulceribus cancroſis & podagræ conducit.

CLASSIS

CLASSIS DUODECIMA.

ICOSANDRIA.

Character Claſſicus & notæ, quibus a Polyandria differt, ſunt: 1. *Calyx* monophyllus, concavus. 2. *Corolla* unguibus parieti calycis affixa. 3. *Stamina* plura, quam novendecim, calycis parieti vel corollæ inſerta. Dicitur Icoſandria, quod Staminum numerus in hac familia circa vigeſimum numerum circiter conſiſtat, in maxima generum parte; pro Charactere tamen non aſſumendus eſt numerus.

I. MONOGYNIA.

PRUNUS.

CAL. Perianthium *monophyllum, campanulatum, quinquefidum, deciduum:* laciniis *obtuſis, concavis.* COR. Petala *quinque, ſubrotunda, concava, magna, patentia, unguibus calyci inſerta.* STAM. Filamenta *viginti ad triginta, ſubulata, longitudine fere corollæ, calyci inſerta.* Antheræ *didymæ, breves.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigma *orbiculatum.* PER. Drupa *ſubrotunda.* SEM. Nux *ſubrotunda, compreſſa.*

Prunus floribus racemoſis, foliis deciduis baſi ſubtus biglanduloſis. Ceraſus avium nigra & racemoſa *Ger.* 1322. racemoſa ſylveſtris fructu non eduli *C. B. Pin.* 451. Ceraſus racemoſa quibuſdam, aliis Padus *J. B. I.* 228. Ceraſ. avium racemoſa *Park.* 1517. *The wild Cluſter-cherry,*

ry, or Birds-cherry. In *Weſtmoreland*, and the mountainous Part of the Weſt-riding of *Yorkſhire*, and in the Woods of *Derbyſhire*. In a Lane juſt beyond *Temple-mills, Hackney.*

Folia infra candidiora ſunt, ſuperne nigriora, ut ad Salicis latifoliæ folia proprius quam ad Ceraſi accedere videantur. A Ceraſo genere differt quod racemoſa ſit, commodior ergo Padi ob diſtinctionem appellatio.

Prunus pedunculis ſimplicibus, foliis ovato-lanceolatis conduplicatis. Ceraſus ſylveſtris fructu rubro *J. B. I.* 220. *Common wild Cherry-tree.* In ſylvis & ſepibus non infrequens, forte ex oſſiculis Ceraſorum hortenſium ab avibus eo delatis orta: Aiunt enim *Plinius* & *Athenæus* Ceraſa a *Lucullo* primum in Italiam advecta ex Ceraſunte oppido Ponti.

Ceraſus ſylveſtris fructu nigro *J. B. I.* 220. major ac ſylveſtris fructu ſubdulci, nigro colore inficiente *C. B. Pin.* 450. *The black Cherry-tree.* In Suffolcia habetur in ſepibus.

Ceraſus ſylveſtris fructu minimo cordiformi *Ph. Brit. The leaſt wild Heart-cherry-tree.* Circa *Buriam* & *Mancunium* in Lancaſtria, *Stockport* in Ceſtria, *Roſgil* in Weſtmorlandia.

Se nullam inter hanc & Ceraſum vulgarem differentiam, præterquam in fructus figura cordiformi ſeu ovata, & parvitate differentiam obſervare potuiſſe ad nos ſcripſit *D. Lawſon.*

Ceraſus ſylveſtris Septentrionalis fructu parvo ſerotino *Syn. II.* 302. *The wild Northern Cherry-tree, with ſmall late-ripe Fruit.* Ad ripas fluvi Teſæ prope *Bernard-caſtle* oppidum in Epiſcopatu Dunelmenſi copioſe.

Fructus parvus, rotundus, ruber, ante initium Septembris plenam maturitatem non aſſequitur; *D. Johnſon.*

Ceraſa acida refrigerant & aſtringunt, ſitim extinguunt, cibi appetentiam conciliant; unde ipſa in intinctibus ſumpta, eorumve aqua ſtillatitia ardorem febrilem compeſcunt. Dulcia alvum ſubducunt: nigra in morbis capitis, Epilepſia, Apoplexia, Paralyſi, in motibus convulſivis, inque balbutie & aliis loquelæ vitiis peculiariter proficua cenſentur; in uſu ſunt ſpiritus & aqua ſtillatitia. Oſſicula Ceraſorum, oleumque e nucleis expreſſum, ut & gummi Ceraſi celebrantur vi lithontriptica.

Prunus pedunculis ſimplicibus, foliis lanceolato-ovatis, convolutis. Prunus ſylveſtris major *J. B. I.* 196. Pruna

ſylveſtria

ſylveſtria præcocia *C. B. Pin.* 444. Prunus ſylveſtris fructu majore nigro *Syn. II.* 301. *The black Bullace-tree.* In ſepibus. In arborem mediocrem adoleſcit.

Prunus ſylveſtris fructu majore albo *Syn. II.* 302. *The white Bullace-tree.* Hæc etiam in ſepibus non raro occurrit, an ſponte, an ſata neſcio.

Hæ duæ Pruni, quamvis a Botanicis eodem Pruni ſylveſtris majoris nomine comprehendantur, utraque etiam noſtratibus *Bullace-tree,* dicatur, ſi quæ aliæ Pruni, revera ſpecie differunt: fructus colore, figura aliiſque accidentibus, ſtirpium etiam magnitudine diſtantes: Hæc enim præcedente minor eſt.

Prunus ſpinoſa, foliis lanceolatis. Prunus ſylveſtris *Ger.* 1313. *Park.* 1033. *J. B. I.* 193. *C. B. Pin.* 444. Acacia Germanica vulgo. Σποδιὰς *Theophraſto.* Spinus *Virgilio. The Black-thorn, or Sloe-tree.* In ſepibus paſſim.

Incommoda eſt ad ſepes vivas ob nimium reptatum; ad quas ſpina alba multo commodior. Ad mortuas Spinæ albæ præfertur, quod durabilior ſit. Frutex potius eſt quam arbor, foliis parvis, fructu etiam minimo & acerbo. Floret Martio aut Aprili pro Veris conſtitutione.

DIGYNIA.

CRATÆGUS.

CAL. Perianthium *monophyllum, concavo-patens, quinquedentatum, perſiſtens.* COR. Petala *quinque, ſubrotunda, concava, ſeſſilia, calyci inſerta.* STAM. Filamenta *viginti, ſubulata, calyci inſerta.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *infra receptaculum.* Styli *duo, filiformes, erecti.* Stigmata *capitata.* PER. Bacca *carnoſa, ſubrotunda, umbilicata.* SEM. *bina, oblongiuſcula, diſtincta, cartilaginea.*

Cratægus foliis ovatis inæqualiter ſerratis ſubtus tomentoſis. Meſpilus alni folio ſubtus incano, Aria Theophraſti dicta *Syn. II.* 296. Sorbus Alpina *J. B. I.* 65. *Syn. II.* 295. Aria Theophraſti *Ger.* 1146. Sorbus ſylveſtris Aria Theophraſti dicta *Park.* 1421. Alni effigie lanato folio major *C. B. Pin.* 452. *The white Beam-tree.* In montibus ſylvoſis & petroſis, præſertim in Occidentali Angliæ parte. Variat folio acuto & obtuſo.

Arbor illa quam in Hiſtoria noſtra, *Parkinſonum* ſequuti,

quuti, pro diſtincta Sorbi ſpecie poſuimus, ſub titulo Sorbi ſylveſtris Anglicæ, *Red Cheſſey-apples*, and *Sea-owlers*, in parco Witherſlacenſi creſcere dictæ, non alia eſt quam Aria Theophraſti *Ger.* ut me certiorem fecit *D. Lawſon.* Vide *Faſcic. noſt. p.* 26. *Conſic-ſcar*, *Silverdale*, *Arnſide*, Places in *Lancaſhire* and *Weſtmoreland*, where ſo called.

Cratægus foliis cordatis ſeptangulis : lobis infimis divaricatis. Meſpilus Apii folio ſylveſtris non ſpinoſa, ſeu Sorbus torminalis *C. B. Pin.* 454. Sorbus torminalis *Ger.* 1288. torminalis ſeu vulgaris *Park.* 1420. torminalis & Cratægus Theophraſti *J. B. I.* 63. *The common wild Service-tree, or Sorb.* Locis ſylveſtribus & in ſepibus.

Folia Sambuci aquaticæ æmula, pedis anſerini forma. Fructus Sorbo Sativo minor, edulis tamen pariter, & palato magis gratus.

Cratægus foliis obtuſis bitrifidis ſerratis. Meſpilus Apii folio ſylveſtris ſpinoſa, ſive Oxyacantha *C. B. Pin.* 454. Oxyacanthus *Ger.* 1146. Oxyacantha vulgaris ſeu Spinus albus *J. B. I.* 249. Spina appendix vulgaris *Park.* 1025. *The White-thorn, or Haw-thorn.* In ſepibus ubique. Folia Apii, ſpinæ per ramos & ſurculos rigidæ & acutæ ; fructus rubri, parvi. Interdum variat baccis albis, luteis. That with a white Fruit obſerved by Mr. *Bobart* in the Bowling-green Hedge at *Bampton* in *Oxfordſhire.* (Variat & foliis tenuius inciſis, qualis ſubinde circa Londinum reperitur.

Meſpilus Apii folio, ſylveſtris, ſpinoſa, folio & fructu majore. Meſpilus ſylveſtris ſpinoſa, ſive Oxyacantha vulgaris pomo majore *Ponted. Comp. Tab. Bot.* 157. In ſepibus occurrit. Found by Mr. *James Sherard*, in the Orchard-hedge at Mr. *Maidwell*'s at *Gadington*, *Northamptonſhire.* Oxyacanthus folio & fructu majore. In *Ricot* Park, and elſewhere in *Oxfordſhire* ; *Merr. P.*

Arbuſcula hæc ad vivas ſepes commodiſſima eſt: primo ob denſitatem ramorum & acutiſſimas ſpinas ; tum quod frigoris patientiſſima ſit : tum denique quod radice non reptet, nec agricolæ moleſtiam creet Pruni ſylveſtris modo.

Fructus tum aqua deſtillata, tum ſiccati pulvis calculoſis prodeſſe traditur magno Botanicorum conſenſu.

Torminalis fructus refrigerat & adſtringit, guſtui gratus & ventriculo amicus. Uſus eximii in quibuſcunque alvi fluxionibus.

TRI-

TRIGYNIA.

SORBUS.

CAL. Perianthium *monophyllum, concavo-patens, quinquedentatum, perſiſtens.* COR. Petala *quinque, ſubrotunda, concava, calyci inſerta.* STAM. Filamenta *viginti, ſubulata, calyci inſerta.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *infra receptaculum.* Styli *tres, filiformes, erecti.* Stigmata *capitata.* PER. Bacca *mollis, globoſa, umbilicata.* SEM. *tria, oblongiuſculæ, diſtincta, cartilaginea.*

Sorbus foliis pinnatis utrinque glabris. Sorbus ſylveſtris foliis domeſticæ ſimilis *C. B. Pin.* 415. ſylveſtris ſive Fraxinus bubula *Ger.* 1290. aucuparia *J. B. I.* 62. Ornus, ſive Fraxinus ſylveſtris *Park.* 1419. *Quicken-tree.* In montoſis & uliginoſis, in Cambria, & Septentrionali Angliæ parte.

Parvitate omnium partium, præcipue fructu minime eduli, locoque natali a Sorbo vulgari differt.

Sorbi aucupariæ baccæ ſuccum exhibent acidum hydragogon egregium, itemque Scorbuto aptum; Wallis in frequenti uſu, quibus vice dictæ purgantis quotannis exhibetur.

Sativæ fructus, immaturi præſertim, adſtringunt & fluxus quoſcunque ſiſtunt; *Vid. Hiſt. noſt. II.* 1456.

Meſpilus a Sorbo differt foliis ſimplicibus non pinnatis; fructu magis ſparſo non umbellatim naſcente.

Sorbus foliis pinnatis ſubtus tomentoſis. Sorbus *J. B. I.* 59. *Ger.* 1287. ſativa *C. B. Pin.* 415. legitima *Park.* 1420. *The true Service, or Sorb.* It hath been obſerved to grow wild in many Places in the mountainous Part of *Cornwal*, by that ingenious young Gentleman, *Walter Moyle*, Eſq; in Company with Mr. *Stevens* of that County. I ſuſpect this to be the Tree called *Sorbus pyriformis*, found by Mr. *Pitts*, Alderman of *Worceſter*, in a Foreſt of that County, and ſaid to grow wild in many Places of the Morelands in *Staffordſhire*, by *Dr. Plot. Hiſt. Nat. Stafford. p.* 208. Vid. *Faſciculum noſt. p.* 27.

PEN-

PENTAGYNIA.

MESPILUS.

CAL. Perianthium *monophyllum, concavo-patens, quinquedentatum, perſiſtens.* COR. Petala *quinque, ſubrotunda, concava, calyci inſerta.* STAM. Filamenta *viginti, ſubulata, calyci inſerta.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *infra receptaculum.* Styli *quinque, ſimplices, erecti.* Stigmata *capitata.* PER. Bacca *globoſa, umbilicata, calyce connivente clauſa, ſed umbilico fere perforata.* SEM. *quinque, oſſea, gibba.* OBS. Ex dictis patet valde affinia eſſe genera: *Cratægum, Sorbum & Meſpilum,* ut aut ſolo numero feminarum, aut vix ulla ſufficienti nota, diſtingui poſſint.

Meſpilus inermis, foliis lanceolatis integerrimis ſubtus tomentoſis, calycibus acuminatis. Meſpilus *Ger.* 1265. vulgaris *J. B. I.* 64. *Park.* 1422. Germanica folio laurino non ſerrato, ſive Meſpilus ſylveſtris *C. B. Pin.* 453. In all the Hedges about *Minehiville*; *Mr. Du-Bois.*

PYRUS.

CAL. Perianthium *monophyllum, concavum, ſemiquinquefidum, perſiſtens:* laciniis *patentibus.* COR. Petala *quinque, ſubrotunda, concava, magna, calyci inſerta.* STAM. Filamenta *viginti, ſubulata, corolla breviora, calyci inſerta.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *infra receptaculum.* Styli *quinque, filiformes, longitudine ſtaminum.* Stigmata *ſimplicia.* PER. Pomum *ſubrotundum, umbilicatum, carnoſum, loculis membranaceis, quinqueloculare.* SEM. *nonnulla, oblonga, obtuſa, baſi acuminata, hinc convexa, inde plana.* OBS. Mirum omnes a ſeculis hocce unicum genus in tria diſpeſcuiſſe, licet omnium notiſſimum, quod genera e ſpeciebus, ſpecies e varietatibus conſtituerint.

Pyrus foliis ſerratis, foliis baſi productis. Pyraſter ſeu Pyrus ſylveſtris *J. B. I.* 57. Pyrus ſylveſtris *C. B.* 439. *Park.* 1500. *Ger.* 1271. *The wild Pear-tree.* In ſylvis & ſepibus paſſim occurrit, & a ſativa non aliter differt quam Malus ſylveſtris a ſativa.

Cum Pyra ſylv. acida ſint & acerba, refrigerant & ſiccant, proinde in fluxu alvi utilia ſunt.

Pyrus ſativa. *The Pear-tree.* Hæc etiam non minus frequens eſt in Pomariis & ſepibus quam Malus; nec minus nota quam illa. Fructus pariter infinitum variat.

Pyrus foliis ſerratis, pomis baſi concavis. Malus ſylveſtris *Ger.* 1276. *Park.* 1502. ſilv. ſive agreſtis *J. B. I.* 26. Mala ſylveſtria, quæ & alba & rubra, & majora & minora *C. B. Pin.* 433. *The Crab-tree, or Wilding.* In ſylvis & ſepibus. A ſativa Malo non aliter differre exiſtimo, quam ut ſpontanea a culta.

Succus Pomorum agreſtium oculis inſtillatus eorum inflammationes & lippitudines ſpecifica proprietate ſanare aſſeritur. Idem cum flore cereviſiæ mixtus & impoſitus utilis eſt adverſus ignem ſacrum, ſcabiem, inflammationes quaſcunque.

Malus ſativa. *The Apple-tree.* In pomariis & ſepibus. Arbor eſt notiſſima, nec ulla indiget vel deſcriptione, vel nota characteriſtica. Innumeræ ſunt hujus arboris, fructus reſpectu, varietates.

SPIRÆA.

CAL. Perianthium *monophyllum, ſemiquinquefidum, baſi planum:* laciniis *acutis, perſiſtens.* COR. Petala *quinque, calyci inſerta, oblongo-rotundata.* STAM. Filamenta *viginti plura, filiformia, corolla breviora, calyci inſerta.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germina *quinque ſ. plura.* Styli *totidem, filiformes, longitudine ſtaminum.* Stigmata *capitata.* PER. Capſulæ *oblongæ, acuminatæ, compreſſæ, bivalves.* SEM. *pauca, acuminata, parva.* OBS. *Filipendula* Capſulis plurimis in orbem digeſtis. *Ulmaria* Capſulis contortis inſtar Helicteris.

Spiræa foliis pinnatis: foliolis uniformibus ſerratis, caule herbaceo, floribus cymoſis. Filipendula *J. B. III.* 2. 189. *Ger.* 900. *Park.* 434. vulgaris, an Molon Plinii *C. B. Pin.* 163. *Common Dropwort.* In pratis & paſcuis montoſis.

Hujus notæ ſunt Flores polypetali, radices tuberoſæ, glandulis oblongis ab extremis fibrarum filamentis pendulis; ſemina in circulo diſpoſita.

Radicis decoctum urinam & calculos pellit, dyſuriæ & urinæ ſtillicidio ſubvenit. Pulverem ejus ſuccumve ad Epilepſiam commendant; medetur & anheloſis & ſuſpirioſis. In albo mulierum profluvio, inque nimio lochiorum fluxu uſus eſt eximii: utendi modum vide *Hiſt. noſt. p.* 623.

Spi-

Spiræa foliis pinnatis: impari majore lobato, floribus cymoſis. Ulmaria *J. B. III.* 488. vulgaris *Park.* 592. Regina prati *Ger.* 886. Barba capri floribus compactis *C. B. Pin.* 164. *Meadow-ſweet.* In pratis humidis & ad rivulorum ripas paſſim.

Sudorifera eſt & alexipharmaca, proin convenit in fluxibus omnis generis, diarrhœa, dyſenteria, fluxu menſtruo, expuitione ſanguinis, reſiſtit peſti. Folia vino aut cereviſiæ injecta gratum ei ſaporem & odorem conciliant non ſecus ac Pimpinellæ. Ob odorem florum gratum nec tamen caput gravantem conclavibus & tricliniis ſternendis convenit.

POLYGYNIA.

ROSA.

CAL. Perianthium *monophyllum, quinquefidum, baſi campanulato-globoſum: laciniis longis, lanceolato anguſtis, quarum* duæ alternæ *utrinque appendiculatæ*; duæ aliæ alternæ *utrinque nudæ; quinta hinc tantum appendiculata.* COR. Petala *quinque, obcordata, longitudine calycis, calyci inſerta.* STAM. Filamenta *plurima, capillaria, breviſſima, calycis collo inſerta.* Antheræ *trigonæ.* PIST. Germina *numeroſa, in fundo calycis.* Styli *totidem, villoſi, breviſſimi, collo calycis arcte compreſſi, lateri germinis inſerti.* Stigmata *obtuſa.* PER. *Calycis baſis carnoſa, turbinata, colorata, mollis, unilocularis, laciniis rudibus coronata, collo coarctata.* SEM. *numeroſa, oblonga, hirta, undique calyci adnata.* OBS. *Pericarpii calyx* baccam mentitur. Appendices calycinæ in ſpontaneis, quam in cultis, conſtantiores obſervantur.

Roſa aculeata, foliis odoratis ſubtus rubiginoſis. Roſa ſylveſtris odora *Ger.* 1087. ſylv. foliis odoratis *C. B. Pin.* 483. foliis odoratis, Eglantina dicta *J. B. II.* 41. ſylv. odora ſeu Eglanteria flore ſimplici *Park. Par.* 418. *The ſweet Briar, or Eglantine.*

Cum vulgari ſpecie convenire videtur: nec enim aliter quam foliorum odore differt; cum inter alias Roſas caninas una vel altera hujus generis in ſepibus occurrat, nec unquam plures ſimul. Adde quod Roſa Eglanteria tranſplantando interdum degeneret & odorem amittat, ut obſervavit *Lobelius.*

In hortis culta flore pleno invenitur. (A ſeminibus propagatam odorem nunquam amittere obſervavi; *D. Dood.)*

Roſa foliis utrinque villoſis, fructu ſpinoſo. Roſa ſylveſtris pomifera major noſtras *Syn. II.* 297. pomifera major *Park. Parad.* 418. *The greater Engliſh Apple-roſe.* In montoſis ſeptentrionalibus Eboracenſis & Weſtmorlandici agri copioſe. Fructus Pyri parvi forma & magnitudine, ſpinulis obſiti, & per maturitatem pulchre rubentes.

(Roſa in Cantio, non procul a *Southfleet*, invenitur fructu glabro, cujus calyx non decidit; *D. Doody)*

Roſa caule aculeato, petiolis inermibus, calycibus ſemipinnatis. Roſa ſylveſtris inodora ſeu canina *Park.* 1017. canina inodora *Ger.* 1087. ſylv. vulgaris flore odorato incarnato *C. B. Pin.* 483. ſylv. alba cum rubore, folio glabro *J. B. II.* 43. Cynoſbatos & Cynorrhodon Officinarum. *The common wild Briar, or Dogs-roſe; the Hep-tree.* In ſepibus paſſim.

Flores Cynoſbati qualitatibus conveniunt cum floribus Roſæ ſativæ, ſed majorem vim aſtringendi obtinent, proinde in profluvio uteri albo & rubro ſummæ ſunt æſtimationis. Fructus vi lithontriptica maxime celebrantur, in qua tamen excellunt exempti arilli; *Schrod.* Antherarum pulvis egregiam vim habet anodynam, ſoporiferam, cardiacam. Vid. *Hiſt. noſt. p.* 1471.

Roſa ſylveſtris fructu majore hiſpido *Syn. II.* 296. *Wild Briar, or Dogs-roſe, with large prickly Heps.* In ſepibus non infrequens a *D. Dale* obſervata. Calyx in hac ſpecie non decidit poſtquam fructus maturuit quemadmodum in præcedente, ſed ei pertinaciter adhæret.

Roſa ſylveſtris altera minor, flore albo noſtras *Syn. II.* 297. ſylveſtris folio glabro, flore plane albo *J. B. II.* 44. Roſæ ſylveſtris quarta ſpecies *Trag.* 988. Roſa arvenſis candida *C. B. Pin.* 484. An Roſa canina humilior fructu rotundiore *D. Plot? White-flowered Dogs-roſe.* In ſepibus frequens.

A vulgari Roſa canina differt virgis gracilioribus, ſpinis rarioribus & multo minoribus obſitis; floribus albis, longioribus pediculis inſidentibus, pluribuſque ſimul in umbellæ formam compoſitis; fructu minore & rotundiore; foliis minoribus & ad Roſæ Pimpinellæ formam accedentibus, pallidioribus: tota etiam planta minor eſt.

Roſa pumila ſpinoſiſſima, foliis Pimpinellæ glabris, flore albo *J. B. II.* 40. Item, Roſa ſylveſtris pomifera Lobelio, ſine ſpinis pumila *Ejuſd.* Item, Roſa arvina Tabernamontani ſpinoſa *Ejuſd.* Roſa ſylv. pomifera minor *C. B. Pin.* 484. campeſtris ſpinoſiſſima flore albo odoro *Ejuſd.* 483. Roſa Pimpinella ſive pomifera minor *Park.* 1018. Roſa Pimpinellæ folio *Ger.* 1270. *The Pimpernel Roſe,* rectius *The Burnet Roſe.* In ſabuloſis.

Altitudo cubitalis aut ſeſqui: Fructus rotundi, per maturitatem nigri; reliquas notas ſynonyma ſuppeditant. Hujus minor ſpecies ſeu potius varietas invenitur in Scotia, flore eleganter variegato. Videſis *D. Sybbald.* & *Sutherland.*

(Roſa Pimpinella minor Scotica, floribus ex albo & carneo eleganter variegatis *Pluk. Alm.* 322. Roſa Ciphiana ſeu Roſa Pimpinellæ foliis minor noſtras, flore eleganter variegato *Scot. Ill. P. II.* 46.)

RUBUS.

CAL. Perianthium *monophyllum, quinquepartitum:* laciniis *lanceolato-oblongis, patentibus, perſiſtentibus.* COR. Petala *quinque, ſubrotunda, longitudine calycis, erecto-patentia, calyci inſerta.* STAM. Filamenta *numeroſa, corolla breviora, calyci inſerta.* Antheræ *ſubrotundæ, compreſſæ.* PIST. Germina *numeroſa.* Styli *parvi, capillares, e latere germinis orti.* Stigmata *ſimplicia, perſiſtentia.* PER. Bacca *compoſita:* acinis *ſubrotundis, in capitulum convexum, infra concavum collectis: ſinguli uniloculares.* SEM. *ſolitaria, oblonga.* Receptaculum *pericarpiorum conicum.* OBS. *Acini* Baccarum coaliti ſunt, nec ſine laceratione diſtinguibiles, excepta Specie ſaxatili, in qua diſtincti decidunt.

Fruteſcentes.

Rubus foliis quinato-pinnatis ternatiſque, caule aculeato, petiolis canaliculatis. Rubus Idæus ſpinoſus fructu rubro *J. B. II.* 59. Idæus ſpinoſus *C. B. Pin.* 479. Idæus *Ger.* 1089. *Park.* 557. *The Raſpberry-buſh, Framboiſe, or Hind-berry.* In montibus ſaxoſis & udis Walliæ & Septentrionalium Angl. (In *Stokenchurch* Woods plentifully.)

tifully.) In *Buddon* Wood, near *Mount-ſorrel*, in *Leiceſterſhire*; Mr. *Pultney*.

Folia mollia tripartito diviſa, ſubtus incana; baccæ rubræ. Cauliculi teretes non anguloſi ut in vulgari Rubo.

Mora Rubi Idæi, tum odore ſuaviſſimo violaceo, tum ſapore gratiſſimo inter dulcem & acidum, & naribus & palato ſe commendant, corroborant & exhilarant. Ex eiſdem parantur conſervæ, gelatinæ, ſyrupi ad febres ardentes utiles. Ex iiſdem & vinum exprimi poteſt ad multa utile.

Rubus foliis ternatis nudis, caule aculeato. Rubus minor fructu cæruleo *J. B. II.* 59. repens fructu cæſio *C. B. Pin.* 479. *Ger. Em.* 1271. minor, Chamærubus ſive Humirubus *Park.* 1013. *Dewberry-buſh, or ſmall Bramble.* Inter ſegetes, & in arvis requietis.

Rubus foliis quinato-digitatis ternatiſque, caule petioliſque aculeatis. Rubus major fructu nigro *J. B. II.* 57. Rubus vulgaris ſeu Rubus fructu nigro *C. B. Pin.* 479. Rubus vulgaris major *Park.* 1013. *The common Bramble, or Blackberry-buſh.* In ſepibus & dumetis ubique.

Rubus vulgaris major fructu albo *Syn. II.* 309. *The common greater Bramble-buſh, with white Berries.* Hujus non fructus tantum colore albo a vulgaris fructu differt, ſed & cortex & folia hilare viridia ſunt, cum illius plerunque fuſca ſeu obſcure rubentia obſerventur. Found accidentally in a Hedge not far from *Oxford*; *D. Bobart.*

Rubus quinquefidus ſubtus glaber. An Rubus trifidus & quinquefidus flore albo acinis plurimis nigris, foliis ſcabris. A Rubo repente, &c. differt; *Dood. Ann.*

Videntur ſane duæ Rubi vulgaris ſpecies in ſepibus & dumetis Angliæ ſponte paſſim naſci, dum alteri flores albi majores & præcociores, alteri ſerius naſcentes, minores, purpuraſcentes. In foliis hujus notabile diſcrimen non obſervatur. An in fructu etiam differentia ſit inquiri meretur? Sane *J. Bauhinus* & acidos, & dulces, & amaricantes, & fatuos fructus obſervavit. Ceterum cujuſnam illud nomen alterum a *Doodio* recenſitum ſit, non conſtat.

Fructus rubi immaturus vulgaris aſtringit potenter, maturus temperatior eſt & ſubaſtringit. Uſus in quibuſcunque profluviis, alvi, uteri, narium, vomitu, &c. Extrinſecus in aphthis, aliiſque ulceribus oris, in vulneribus aſtringendis, &c. *Schrod.* Succus baccarum in forma exhibitus maximæ efficaciæ eſt in dyſuria; *D. Needham.*

Euonymi nucleos adeo pauca pulpa oblinit, ut rectius ad Arbores fructu ſicco referenda videatur.

Herbacei.

Rubus foliis ternatis nudis, flagellis reptantibus herbaceis. Chamærubus ſaxatilis *C. B. Pin.* 479. Rubus ſaxatilis *Ger.* 1090. Alpinus ſaxatilis *Park.* 1014. Alpinus humilis *J. B. II.* 61. An Rubus tricoccos *Park?* *The Stone bramble, or Raſpis.* In the North-weſt Part of *Yorkſhire*, and in divers other Places on the Sides of the Mountains.

Rubo Idæo ſimilis eſt, ſed minor, nec ſpinoſa. Baccæ e paucioribus acinis, nimirum binis, ternis, quaternis, aut ad ſummum quinis, componuntur.

In Scorbuto perſanando nihil hujus moris efficacius, ſive cruda ad ſatietatem comedantur, ſive electuarium ex iis præparatum ſumatur.

Rubus foliis ſimplicibus lobatis, caule unifloro. Chamæmorus *Cluſ. H.* 118. *Ger.* 1090. *Em.* 1273. Cui & Vaccinium nubis dicitur, & pro diverſa ſpecie habetur *p.* 1630. *Em.* 1420. Anglica *Park.* 1014. ejuſdemque Chamæmorus Cambro Britannica *Ibid.* Rubo Idæo minori affinis Chamæmorus *J. B. II.* 62. Chamærubus foliis Ribes Anglica *C. B. Pin.* 480. *Cloud-berries, Knot-berries, or Knout-berries.*

Qui cum *Parkinſono* opinantur Chamæmorum Anglicam, & Chamæmorum Cambro-Britannicam ſeu Lancaſtrenſe Vaccinium nubis, diverſas eſſe plantas, oſtendant nobis differentiam. In ſummitatibus montium altiſſimorum *Pendle* & *Ingleborough*, ſolo putrido & paluſtri oritur, inter Ericas. Anno 1668. Circa finem Julii in ſummitate montis *Hincklehaugh* prope *Settle* oppidum agri Eborac. copioſam cum fructu maturo inveni. Deſcriptionem & vires vid. *Hiſt. p.* 654.

Folia hujus & fructus ad Rubrum accedunt potius, quam ad Morum.

FRAGARIA.

CAL. Perianthium *monophyllum, planum, ſemidecemfidum:* laciniis alternis *exterioribus, anguſtioribus.* COR. Petala

quinque,

quinque, ſubrotunda, patentia, calyci inſerta. STAM. Filamenta *viginti, ſubulata, corolla breviora, calyci inſerta.* Antheræ *lunulares.* PIST. Germina *numeroſa, minima, in capitulum collecta.* Styli *ſimplices, lateri germinis inſerti.* Stigmata *ſimplicia.* PER. *nullum.* Receptaculum commune ſeminum *rotundo-ovatum, baſi planum, pulpoſum, molle, magnum, coloratum, deciduum.* SEM. *numeroſa, minima, acuminata, per ſuperficiem receptaculi ſparſa, non decidua.* OBS. Receptaculum commune bacca vulgo dicitur.

Fragaria flagellis reptans. Fragaria *Ger.* 844. vulgaris *Park.* 758. *C. B. Pin.* 326. Fragaria ferens fraga alba ac rubra *J. B. II.* 394. *Common Strawberry.* In ſylvis & dumetis. Maio menſe floret & brevi ſemen maturat.

Fragaria caule decumbente repente. Fragaria ſterilis *C. B. Pin.* 327. minime veſca *Park.* 758. minime veſca ſeu ſterilis *Ger. Em.* 998. non fragifera, vel non veſca *J. B. II.* 395. *Barren Strawberry.* In paſcuis ſterilioribus ubique. Foliis cum Fragaria, fructu cum Pentaphyllo convenit; non reptat flagellis ut Fragaria.

Fraga refrigerant & humectant, venenis reſiſtunt, picrocholis & ſiticuloſis conveniunt; verum, obſervante Cæſalpino copioſiore cibo caput tentant & inebriant: quod tamen nos nunquam ſenſimus: iis tamen moderate utendum, quoniam in ventriculo putreſcere apta ſunt; nec ſola comedenda, ſed cum ſaccharo & vino, ut ſolent noſtrates. Aqua Fragorum deſtillata cor confortat, vitia thoracis expurgat, morbum arquatum diſcutit, ulceribus oris & anginæ auxiliatur gargariſata, faciei ruborem & maculas tollit collutu, calculum denique renum comminuit. Herba diuretica eſt, uſuſque crebri in ictero, ut & in gargariſmis & balneis, cataplaſmatis, &c. ad ſiſtendos ſanguinis fluxus, ad dyſenteriam, ulcera ſordida purganda, catarrhos & deſtillationes cohibendas: quomodo in ictero præſcribatur vide in *Hiſt. noſt. p.* 610.

POTENTILLA.

CAL. Perianthium *monophyllum, planiuſculum, ſemidecemfidum:* laciniis alternis *minoribus, reflexis.* COR. Petala *quinque, ſubrotunda, patentia, unguibus calyci inſerta.* STAM. Filamenta *viginti, ſubulata, corolla breviora, calyci inſerta.* Antheræ *elongato-lunulatæ.* PIST. Germina *numeroſa, minima,*

in capitulum collecta. Styli *filiformes, longitudine ſtaminum, lateri germinis inſerti.* Stigmata *obtuſa.* PER. *nullum.* Receptaculum commune ſeminum *ſubrotundum, minimum, perſiſtens, ſeminibus tectum, calyce incluſum.* SEM. *numeroſa, acuminata.* OBS. Deme unicam quintam partem numeri in omnibus partibus fructificationis, & habebis Tormentillam.

Foliis pinnatis.

Potentilla foliis pinnatis, caule fruticoſo. Pentaphylloides fruticoſa. *Shrub Cinquefoil.* Ad ripam Meridionalem Teſæ fluvii infra vicum *Thorp* dictum variis in locis, necnon infra cœnobium Athelſtani vulgo *Eggleſton Abbey*, in agro Eboracenſi. Hanc plantam primus obſervavit nobiſque oſtendit *D. Johnſon* de Brignal prope pontem Gretæ in Com. Eboracenſi. Deſcriptionem vide *Hiſt. noſt. p.* 616. Iconem *Cat. Pl. Angl. Ed. II.* 228. Mr. *Lawſon* obſerved Thouſands of theſe Plants by *Mickleforce* in *Teeſdale.*

Potentilla foliis pinnatis ſerratis, caule repente. Pentaphylloides Argentina dicta. Argentina *Ger.* 841. Potentilla *Park.* 593. *C. B. Pin.* 321. Potentilla ſeu Argentina *J. B. II.* 398. *Wild Tanſey, Silver-weed.* Amat loca aquoſa, & ubi per hyemem aquæ ſtagnarant. Folia ad Agrimoniæ accedunt, niſi quod argentea ſunt.

(Variat foliis, quæ nunc infra ſupraque argentea ſunt, nunc ex altera parte tantum, inferne nempe argentea, ſuperne virentia obſervantur.)

Potentilla foliis pinnatis alternis: foliolis quinis ovatis crenatis, caule erecto. Pentaphylloides erectum *J. B. II.* 398. Pentaphyllum fragiferum *Ger. Em.* 991. *Park.* 397. *Cluſ. Hiſt. CVII.* Quinquefolium fragiferum *C. B. Pin.* 326. *Upright Baſtard Cinquefoil.* Ad latera montis cujuſdam *Craig Wreidhin* dicti in comitatu Montis Gomerici Walliæ; *D. Lhwyd.* It grows there at this time. Sent thence by Mr. *More* to Dr. *Watſon.*

A Pentaphyllo, cum quo in aliis pleriſque convenit, foliis lobatis Agrimoniæ fere æmulis differt.

Foliis

Foliis quinatis.

Potentilla foliis quinatis cuneiformibus inciſis ſubtus tomentoſis, caule erecto. Pentaphyllum erectum, foliis profunde ſectis, ſubtus argenteis, flore luteo *J. B. II.* 398. rectum minus *Park.* 400. Quinquefolium folio argenteo *C. B. Pin.* 325. Quinquefolium Tormentillæ facie *Ger.* 838. *Tormentil-cinquefoil.* In arenoſis aut glareoſis paſcuis, ſed rarius.

Potentilla foliis radicalibus quinatis acute ſerratis, caulinis ternatis, caule declinato. Pentaphyllum parvum hirſutum *J. B. II.* 598. minus repens lanuginoſum *Park.* 399. Quinquefolium minus repens aureum *C. B. Pin.* 325. Quinquefolii quarti ſecunda ſpecies *Cluſ. Hiſt. CVI.* Pentaphyllum incanum minus repens *Ger. Em.* 989. *Small rough Cinquefoil.* Obſervavit & ad nos attulit *Tho. Williſellus* Pentaphylli parvam ſpeciem circa *Kippax* agri Eboracenſis vicum 3 millia paſſuum a Pontefracto remotum in paſcuis collectam, huic non diſſimilem, præterquam quod non reperet.

Pentaphyllum aureum minus, ſylvaticum, noſtras, foliis tripartito diviſis ex cauliculorum geniculis radiceſcens *Pluk. Alm.* 285. Sub exitum Autumni floret.

Potentilla foliis digitatis, caule repente, pedunculis unifloris. Pentaphyllum vulgatiſſimum *Park.* 398. Pentaphyllum ſive Quinquefolium vulgare repens *J. B. II.* 397. Quinquefolium majus *Ger.* 836. majus repens *C. B. Pin.* 325. *Common Cinquefoil, or five-leafed Graſs.* Ad ſemitas paſſim.

Cauliculis radices ad intervalla agentibus Fragariæ in modum ſe propagat.

Vulnerarium eſt & aſtringens. Siſtit fluxus alvi, & hæmorrhoidum nariumque hæmorrhagiam. Utile eſt in hæmoptyſi & tuſſi: commendatur etiam ad paralyſin, phthiſin, arthritidem, icterum. Prodeſſe dicitur & in calculo & eroſione renum, inque hernia & febribus intermittentibus. Extrinſecus in oculis inflammatis [ſuccus inſtillatus] in oris putredine, laxitate dentium. Abſtergit etiam ulcera maligna; *Schrod.* Præcipue notanda eſt vis ejus adſtrictoria, qua mediante agit quicquid agit.

TORMENTILLA.

CAL. Perianthium *monophyllum*, *planum*, *ſemioctofidum*: laciniis alternis *minoribus*, *acutioribus*. COR. Petala *quatuor*, *obcordata*, *plana*, *patentia*, *unguibus calyci inſerta*. STAM. Filamenta *ſedecim*, *ſubulata*, *corolla dimidio breviora*, *calyci inſerta*. Antheræ *ſimplices*. PIST. Germina *octo*, *parva*, *in capitulum conniventia*. Styli *filiformes*, *longitudine ſtaminum*, *lateri germinis inſerti*. Stigmata *obtuſa*. PER. *nullum*. Receptaculum ſeminum *minimum*, *ſeminibus onuſtum*, *calyce incluſum*. SEM. *octo*, *oblonga*, *obtuſe acuminata*. OBS. Genus hoc artificiale magis quam naturale eſſe agnoſco, & qui illud conjungit cum præcedenti, non errat.

Tormentilla caule erecto. Tormentilla *Ger.* 840. *J. B. II.* 598. vulgaris *Park.* 394. ſylveſtris *C. B. Pin.* 326. *Tormentil*, *Septfoil*. In paſcuis ubique fere, præſertim montoſis.

Tormentilla caule repente. Tormentilla reptans *Pet. H. B.* 41. 10. Pentaphyllum reptans alatum foliis profundius ſerratis *D. Plot H. N. Ox. C.* 6. §. 7. *T.* 9. *f.* 5. Pentaphyllum minus viride flore aureo tetrapetalo, radiculas in terram e geniculis demittens *Hiſt. Ox. II.* 190. 12. *Creeping Tormentil, with deeply indented Leaves.* In the Borders of the Corn-fields, between *Hockley* and *Shotover* Woods, and elſewhere in *Oxfordſhire*. Found alſo in *Braintree* Pariſh in *Eſſex*. (In a Ditch between the Boarded-River and *Iſlington* Road; *Cambd. Br. Ed. Gibſ.* 338.) In *Radmore* Cloſes, between *Loughborough* and *Burleyhall*; Mr. *Pultney*.

Siccat & potenter aſtringit. Hinc in fluxionibus quibuſcunque alvi, uteri, &c. non aliud remedium uſitatius quam Tormentillæ radix quomodocunque exhibita; præterea diaphoretica eſt & alexipharmica, unde medicamentis adverſus venena & morbos contagioſos admiſcetur: tandem vulnerariis potionibus & emplaſtris adjungi ſolet.

GEUM.

CAL. Perianthium *monophyllum*, *ſemidecemfidum*, *erectiuſculum*: laciniis alternis *minimis*, *acutis*. COR. Petala *quinque*, *rotundata*: unguibus *longitudine calycis*, *anguſtis*, *calyci inſertis*. STAM. Filamenta *numeroſa*, *ſubulata*, *longitudine calycis*, *cui inſerta*. Antheræ *breves*, *latiuſculæ*, *obtuſæ*. PIST.

Germina

Germina *numeroſa, in capitulum collecta.* Styli *lateri germinis inſerti, piloſi, longi.* Stigmata *ſimplicia.* PER. *nullum.* Receptaculum commune ſeminum *oblongum, hirſutum, calyci reflexo impoſitum.* SEM. *numeroſa, compreſſa, hiſpida,* Stylo *longo, geniculato inſtructa.*

Geum floribus erectis, fructu globoſo: ariſtis uncinatis nudis, foliis lyratis. Caryophyllata *Ger.* 842. vulgaris *Park.* 136. *C. B. Pin.* 321. vulgaris flore parvo luteo *J. B. II.* 398. *deſcr. Avens, Herb-bennet.* Ad ſepes & in dumetis, Maio & Junio floret.

Radix Caryophyllum aromaticum olet, unde ei nomen; vinum cui infunditur jucundiſſimo odore & ſapore commendat, eoque cor exhilarat, & dolorem a frigiditate aut flatibus ortum ſedat, cumque manifeſtæ adſtrictionis particeps ſit, veriſimile eſt diarrhœam, hæmorrhagiam, aliaſque omnes alvi & uteri fluxiones compeſcere. Cephalica etiam & cardiaca cenſetur atque alexipharmica; *D. Hulſe.*

Caryophyllata vulgaris majore flore *C. B. Pin.* 321. vulgaris major *Park.* 135. *Avens with a larger Flower.* In *Tedford-wood,* in the Welds, *Lincolnſhire.* Found by Dr. *Liſter.* We found it alſo in *Cambridgeſhire,* but remember not the Place.

(Varietas forte potius quam diverſa a præcedente ſpecies.)

Geum floribus nutantibus, fructu oblongo: ariſtis plumoſis. Caryophyllata montana purpurea *Ger. Em.* 995. montana ſeu paluſtris purpurea *Park.* 136. aquatica nutante flore *C. B. Pin.* 321. aquatica flore rubro ſtriato *J. B. II.* 398. *Purple Mountain-avens, or Water-avens.* In montoſis Septentrionalibus Angliæ circa *Settle, Ingleton,* &c. Alſo in *Wales* about *Snowdon-hill,* &c. and in divers other Places, (Found in a Bog about a Mile from *Sudbury* in *Eſſex,* by Mr. *Allen,* Apothecary there.)

Caryophyllatam flore amplo purpureo, quadruplici aut quintuplici ſerie petalorum obſervavit *D. Lawſon* prope *Strickland* magnum in Com. Weſtmorland. (Caryophyllata montana flore pleno *Merr. P.* At *Brearcliff,* in a Wood of Mr. *Brearcliff,* below his Houſe.)

D R Y A S.

CAL. Perianthium *monophyllum, quinque ſ. octopartitum: laciniis patentibus, linearibus, obtuſis, æqualibus, corolla paulo brevioribus.* COR. Petala *octo ſ. quinque, oblonga, emarginata,*

ginata, patentia, calyci inſerta. STAM. Filamenta *numeroſa, capillaria, brevia, calyci inſerta.* Antheræ *parvæ.* PIST. Germina *multa, conferta, parva.* Styli *capillares, lateri germinis inſerti.* Stigmata *ſimplicia.* PER. *nullum.* SEM. *numeroſa, ſubrotunda, compreſſa,* Stylis *longiſſimis lanigeris inſtructa.*

Dryas octopetala, foliis ſimplicibus. Caryophyllata Alpina Chamædryos folio *Hiſt. Ox. II.* 432. Chamædrys ſpuria montana Ciſti flore *Park.* 106. Alpina Ciſti flore *C. B. Pin.* 248. Alpina flore Fragariæ albo *J. B. III.* 290. Teucrium Alpinum Ciſti flore *Ger.* 533. *Mountain-avens with Germander Leaves.* Found by Mr. *Heaton* in *Ireland*, on the Mountains between *Gort* and *Galloway.* (Hujus plantæ ſpeciminibus me ditavit *D. Lhwyd*, in montibus Hibernicis juxta *Sligo* collectis, quæ & in omnibus altiſſimis Scotiæ occidentalis montibus abundat, ut mihi retulit idem.)

Caryophyllata Pentaphyllæa *J. B. II.* 398. *Park.* 137. Alpina Pentaphyllæa *Ger.* 843. Alpina quinquefolia *C. B. Pin.* 322. *Cinquefoil-avens.* In the Den of *Bethaick* in *Scotland*; *D. Sibbald.*

COMARUM.

CAL. Perianthium *monophyllum, ſemidecemfidum, maximum, patens, coloratum:* laciniis alternis *minoribus, inferioribus; perſiſtens.* COR. Petala *quinque, oblonga, acuminata, calyce, cui inſerta, triplo minora.* STAM. Filamenta *viginti, ſubulata, calyci inſerta, longitudine corollæ, perſiſtentia.* Antheræ *lunulares, deciduæ.* PIST. Germina *numeroſa, ſubrotunda, minima, in capitulum collecta.* Styli *ſimplices, breves, e latere germinis.* Stigmata *ſimplicia.* PER. *nullum.* Receptaculum commune ſeminum *ſcrotiforme, carnoſum, maximum, perſiſtens.* SEM. *numeroſa, acuminata, receptaculum tegentia.*

Comarum. Pentaphylloides paluſtre rubrum *Inſt. R. H.* 298. Pentaphyllum rubrum paluſtre *Ger.* 836. Pentaphyllum vel potius Heptaphyllum flore rubro *J. B. II.* 398. Quinquefolium paluſtre rubrum *C. B. Pin.* 326. *Purple Marſh-cinquefoil.* In paluſtribus putridis & cœnoſis non infrequens eſt.

Folia quina & non raro ſeptena in eodem pediculo, non ut in Pentaphyllo vulg. ab eodem omnia puncto orta, ſed bina adverſa velut in alam diſpoſita cum impari in extremo.

Pen-

Pentaphyllum paluſtre rubrum craſſis & villoſis foliis Suecicum & Hibernicum *Pluk. Alm.* 284. *Tab.* 212. *f.* 2. It is common in all the Bogs in *Ireland.* Dr. *Sherard.* Relatu Dr. *Robinſon* in Borealibus Angliæ invenitur, & inde etiam a Reverendo viro *D. Nicholſon*, Archidiacono Carleolenſi accepit *D. Doody*, qui id circa *Carleolum* obſervaverat: *Syn. Ed. II. App.* 342.

CLASSIS TREDECIMA.

POLYANDRIA.

Stylus fere nullus.

I. MONOGYNIA.

ACTEA.

CAL. Perianthium *tetraphyllum: foliolis ſubrotundis, obtuſis, concavis, caducis.* COR. Petala *quatuor, utrinque acuminata, calyce majora, caduca.* STAM. Filamenta *plurima (triginta ſæpius), capillaria, ſuperne latiora.* Antheræ *ſubrotundæ, didymæ, erectæ.* PIST. Germen *ovatum.* Stylus *nullus.* Stigma *craſſiuſculum, oblique depreſſum.* PER. Bacca *ovali-globoſa, glabra, uniſulca, unilocularis.* SEM. *plurima, ſemicircularia, introrſum truncata, gemino ordine incumbentia.*

Actæa racemo ovato, fructibuſque baccatis. Chriſtophoriana *Ger.* 829. vulgaris *Park.* 379. Aconitum racemoſum, Actæa quibuſdam *J. B. III.* 660. Acon. racemoſum,

moſum, an Actæa Plinii lib. 27. c. 7. *C. B. Pin.* 183. *Herb Chriſtopher, or Bane-berries.* Mr. *Whitham* ſhewed it me growing in *Haſelwood* Woods, near Sir *Walter Vavaſor*'s Park-pale, *Yorkſhire*, but not plentifully. Mr. *Newton* and Mr. *Lawſon* found it among the Shrubs by *Malhamcove*, in *Yorkſhire*. (In dumetis infra *Malhamcove*, juxta murum aquilonem verſus, prope rupes ubi Fraxini creſcunt, reperiuntur hujus plantæ nonnullæ; *D. Richardſon.*) No News of it in *Weſtmoreland*.

Folia compoſita velut Umbelliferæ cujuſdam, v. g. Imperatoriæ, Fructus racemoſus malignus hanc a cæteris diſtinguunt.

CHELIDONIUM.

CAL. Perianthium *diphyllum, ſubrotundum: foliolis ſubovatis, concavis, obtuſis, caducis.* COR. Petala *quatuor, ſubrotunda, plana, patentia, magna, baſi anguſtiora.* STAM. Filamenta *plurima (triginta), plana, ſuperne latiora, corolla breviora.* Antheræ *oblongæ, compreſſæ, obtuſæ, erectæ, didymæ.* PIST. Germen *cylindraceum, longitudine ſtaminum.* Stylus *nullus.* Stigma *capitatum, bifidum.* PER. Siliqua *cylindracea, unilocularis, bivalvis.* SEM. *plurima, ovata, aucta, nitida.* Receptaculum *lineare, inter valvulas, ſuturæ inſtar, circumambiens, non dehiſcens.*

Chelidonium pedunculis umbellatis. Papaver corniculatum luteum, Chelidonia dictum. Chelidonium majus *Ger.* 911. majus vulgare *Park.* 616. *C. B. Pin.* 144. Chelidonia *J. B. III.* 482. *The greater Celandine.* In locis ruderatis & aſperis umbroſis.

Chelidonium majus foliis quernis *C. B. Pin* 144. folio laciniato *J. B. III.* 483. majus laciniato flore *Cluſ. H. CCIII.* majus laciniatum *Park.* 616 majus foliis magis diſſectis *Ger. Em.* 1069. Obſerved plentifully among the Ruins of the Duke of *Leeds*'s Seat at *Wimbleton*, by Mr. *Martyn.* Prioris varietas eſt.

Flores crocei tetrapetali, decidui, calyce bivalvi deciduo tecti; ſiliquæ non diſſeptæ; ſemina nigra ſplendentia; folia laciniata; ſuccus croceus acer hanc a reliquis diſtinguunt.

Chel. bilem per alvum & urinam educit; hinc conducit in ictero [ſyrupus e ſucco cum toto] viſum acuit, oculorum maculis, ulceribus aliiſque affectibus medetur, vel aqua

aqua deſtillata eis indita, vel herbæ ſuccus; verum hic, cum acerrimus ſit, adhibendus non eſt niſi additis eis quæ acrimoniam ejus retundant, ut lacte muliebri & ſimilia Succus hic illitus herpetem miliarem compeſcit & ſanat; D. *Hulſe*. Chelidonium majus in curanda tabe magnopere celebrari nos monuit D. *Tanc. Robinſon.*

Chelidonium pedunculis unifloris, foliis amplexicaulibus ſinuatis, caule glabro. Papaver corniculatum luteum *Park.* 261. *J. B. III.* 398. cornutum flore luteo *Ger.* 294. corniculatum luteum κερατίτης, Dioſc. Theophr. ſylv. ceratitis Plinio *C. B. Pin.* 171. *Yellow horned Poppy.* In littoribus maris arenoſis. (Inter ſaxa juxta ſummitatem *Gribgogn* montis excelſi prope Llanberris una cum Lychnide marina Anglica *Lob.* D. *Richardſon.*) Perenne eſt: Folia per ambitum profunde inciſa, ſinuata & veluti criſpa ſunt. De viribus hujus dementatoriis vid. *Tranſ. Phil. N.* 242. *p.* 263.

Chelidonium pedunculis unifloris, foliis pinnatifidis linearibus, caule lævi. Papaver corniculatum violaceum *J. B. III.* 393. *C. B. Pin.* 172. cornutum flore violaceo *Ger.* 294. corniculatum flore violaceo *Park.* 262. *Violet-coloured horned Poppy.* In agro Cantabrigienſi inter ſegetes, inter *Swaffham* & *Burwel* vicos.

PAPAVER.

CAL. Perianthium *diphyllum, ovatum, emarginatum:* foliolis *ſubovatis, concavis, obtuſis, caducis.* COR. Petala *quatuor, ſubrotunda, plana, patentia, magna, baſi anguſtiora:* alterna *minora.* STAM. Filamenta *numeroſa, capillaria, corolla longe breviora.* Antheræ *oblongæ, compreſſæ, erectæ, obtuſæ.* PIST. Germen *ſubrotundum, magnum.* Stylus *nullus.* Stigma *peltatum, planum, radiatum.* PER. Capſula *coronata, ſtigmate plano, magno, unilocularis, apice ſub corona foraminibus plurimis dehiſcens.* SEM. *numeroſa minima.* Receptacula: *Plicæ longitudinales, numero radiorum ſtigmatis, parieti pericarpii adnatæ.* OBS. *Pericarpium* diverſum eſt varia figura ex globoſa & oblonga, nec non radiis ſtigmatis. Primaria *diviſio ſpecierum a* Pericarpio lævi & hiſpido deſumenda eſt.

Cap-

Capſulis hiſpidis.

Papaver capſulis ſubgloboſis toroſis hiſpidis, caule folioſo multifloro. Papaver laciniato folio, capitulo hiſpido rotundiore. Argemone capit. rotundiore *Park.* 369. capit. breviore *C. B. Pin.* 172. capit. breviore hiſpido *J. B. III.* 396. capit. torulo *Ger.* 300. *Round rough-headed Baſtard-poppy.* Inter ſegetes. (Variat colore purpureo ſaturo *Merr. P.*)

Papaver laciniato folio, capitulo longiore glabro, ſeu Argemone capit. longiore glabro. *Mor. H. R. Bl. H. Ox. II.* 279. *S. III. T.* 14. *f.* 11. *Smooth-headed Baſtard-poppy.* This was ſent me by Mr. *Dent*, out of *Cambridgeſhire.* Found alſo by Mr. *Dale* at *Bocking.* Floribus minoribus cum Argemone convenit, capitulis cum Rhœade.

Papaver capſulis clavatis hiſpidis, caule folioſo multifloro. Papaver laciniato folio, capitulo hiſpido longiore. Argemone capit. longiore *C. B. Pin.* 172. *Ger.* 300. *Park.* 370. capit. longiore ſpinoſo *J. B. III.* 396. *Long rough-headed Baſtard-poppy.* Inter ſegetes & ad agrorum margines.

Capſulis glabris.

Papaver capſulis glabris globoſis, caule piloſo multifloro, foliis pinnatifidis inciſis. Papaver laciniato folio, capitulo breviore glabro annuum, Rhœas dictum. Papaver rhœas *Ger.* 299. erraticum rhœas ſive ſylveſtre *Park.* 367. erraticum rubrum campeſtre *J. B. III.* 395. erraticum majus Ῥοιὰς Dioſcor. Theophr. & Plinio *C. B. Pin.* 171. Flos antipleuriticus *Cat. Ald.* *Red Poppy, or Corn Roſe.* Inter ſegetes. (Variat aliquando flore albo & purpureo ſaturo, *it.* variegato.)

Papaver calycibus capſuliſque glabris, foliis amplexicaulibus inciſis. Papaver ſylveſtre *Ger. Emac.* 370. vulgare, cujus capitula foraminibus hiant, ſemine incano, ἀγριώτερον Dioſcordi *C. B. Pin.* 170. *Wild Poppy.* Flores ex albo purpuraſcunt. In hortis incultis & neglectis.

Succus Papaveris, qui e vulnere in capite facto ſponte emanat, inſpiſſatus *Opium* dicitur. Eſt autem tum aqua Papaveris deſtillata, tum Syrupus, tum maxime Opium narcoticum & anodynum, ſoporem utique conciliat, & ſenſum

ſenſum doloris aufert. Uſus eſt eximii in ſedando humorum orgaſmo, in diarrhœa, dyſenteria, catarrhis, tuſſi. Opium Turcis, Perſis, aliiſque gentibus Orientalibus in uſu frequentiſſimo eſt ad ſpiritus recreandos, addendos animos, audaciamque in bellicis conflictibus augendam præcipue vero, quamvis id diſſimulant, ad appetitus Venereos excitandos; eadem quippe efficit quæ Vinum & alii generoſi liquores.

Papaveris Rhœadis flores uſus ſunt eximii in Pleuritide, cui ſpecifice proſunt, in angina, aliiſque morbis (præcipue pectoris) refrigeratione opus habentibus. In uſu ſunt pulvis, aqua ſtillatitia, ſyrupus & conſerva eorundem.

Papaver capſulis glabris oblongis, caule multifloro lævi, foliis pinnatis inciſis. Papaver luteum perenne, laciniato folio, Cambro-britannicum. Argemone lutea Cambro-britannico *Park.* 369. *Yellow wild Baſtard-poppy.* On the Back of *Snowdon* going from *Canarvan* to *Llanberris*, not far from the ſaid Village of *Llanberris*. Obſerved alſo by Mr. *Lhwyd*, on *Clogwyn y Garnedh yſcolion duon Trigvylche*, as you aſcend the *Glyder* from *Llanberris*, and ſeveral other Places, moſt commonly by Rivulets, or on moiſt Rocks: Alſo beyond *Pont vawr*, very near the Bridge, amongſt the Stones.

NYMPHÆA.

CAL. Perianthium *pentaphyllum ſ. tetraphyllum, magnum, coloratum, perſiſtens.* COR. Petala *numeroſa (quindecim ſæpe), calyce minora, germinis lateri inſidentia, ſerie pluſquam ſimplici.* STAM. Filamenta *numeroſa (ſeptuaginta ſæpe), plana, incurva, brevia.* Antheræ *oblongæ, filamentorum margini adnatæ.* PIST. Germen *ovatum, magnum.* Stylus *nullus.* Stigma *orbiculatum, planum, peltato-ſeſſile, radiis notatum, margine crenatum, perſiſtens.* PER. Bacca *dura, ovata, carnoſa, rudis, collo anguſtata, apice coronata, multilocularis (decem ad quindecim-loculis), pulpa plena.* SEM. *plurima, ſubrotunda.*

Nymphæa calice magno pentaphyllo. Nymphæa lutea *Ger.* 672. *J. B. III.* 771. major lutea *C. B. Pin.* 131. *Park.* 1252. Nenuphar luteum *Brunf.* 38. *Water-lilly with a yellow Flower.* In fluviis & ſtagnis majoribus. Vas ſeminale urceum affabre exprimit; odore aquam vitæ referre nobis viſum eſt.

Nymphæa foliis cordatis integerrimis, calyce quadrifido. Nym-

Nymphæa alba *J. B. III.* 770. *Ger.* 672. alba major *C. B. Pin.* 193. alba major vulgaris *Park.* 1251. In fluviis, ſed rarius. Aqua gelida delectari videtur. Hujus flos multiplici petalorum ſerie conſtat.

Radix, folia, flores, & ſemen in uſu ſunt adverſus fluxus, præcipue vero gonorrhœam & pollutiones nocturnas, ſeminiſque acrimoniam; compertum aiunt uſum ſeminis atque radicis homines reddere ad Venerem valde frigidos & tardos. Eadem in vino nigro decocta & pota menſium abundantiam efficaciter ſiſtunt. Extrinſecus adhibentur folia & flores ad febriles æſtus & vigilias ſopiendas.

Stylus elongatus.

TILIA.

CAL. Perianthium *quinquepartitum, concavum, coloratum, magnitudine fere corollæ, deciduum.* COR. Petala *quinque, oblonga, obtuſa, apice crenata.* STAM. Filamenta *plurima (triginta & ſupra), ſubulata, longitudine corollæ.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigma *pentagono-obtuſum.* PER. Capſula *coriacea, globoſa, quinquelocularis, quinquevalvis, baſi dehiſcens.* SEM. *ſolitaria, ſubrotunda.* OBS. *Semen* unicum communiter adoleſcit, reliqua ad latus pellit, ut unilocularis videatur capſula incautis.

Tilia floribus nectario deſtitutis. Tilia vulgaris platyphyllos *J. B. I.* 133. fœmina *Ger.* 1298. fœmina major *Park.* 1407. fœmina folio majore *C. B. Pin.* 426. *The common Lime, Line, or Linden-tree.* In areis & compitis: an ſponte ullibi inveniatur neſcio.

Tilia folio minore *J. B. I.* 137. fœmina folio minore *C. B. Pin.* 426. fœmina minor *Park.* 1407. Arbor piperifera *Cat. Altorff. The ſmall-leafed Lime, or Linden-tree; in ſome Countries called Baſt.* In ſylvis & ſepibus: In Eſſexia & Suſſexia frequens, inque agro Lincolnienſi & alibi. Folia Tiliæ ſeminalia ex obſervatione *Doodiana* trifida ſunt.

Tilia foliis molliter hirſutis, viminibus rubris, fructu tetragono *Syn. II.* 316. 3. ſylvatica noſtras, foliis amplis hirſutie pubeſcentibus, fructu tetragono, pentagono aut hexagono *Pluk. Alm.* 368. Tilia hirſuta Coryli foliorum æmula, fructu anguloſo *Ejuſd. Mantiſſ.* 181. It is known by the Name of the

the *Red Lime*, and grows naturally in *Stokenchurch* Wood; *D. Bobart*. In *Caſhioberry* Park; Dr. *Watſon*.

Tilia Ulmifolia, ſemine hexagono *Merr. Pin.* Til. Betulæ noſtratis folio *Pluk. Mantiſſ.* 181. At *Whitſtable* in *Surrey*, and near *Darking*; *Merr. Pin.*

(Tiliæ tres ſpecies inveniuntur in Vivario *Sti. Jacobi*. 1. Folio minore glabro. 2. Folio majore glabro. 3. Ad tactum molliter hirſuta; forte a tertia in Synopſi non diverſa. 4. Obſervatur etiam foliis rugoſis non hirſutis. Of this there are ſeveral Trees on *Enfield* Green, going to the Chaſe; Mr. *Doody*)

Cortex & folia ſiccant, repellunt, urinam & menſes cient. Extrinſecus ambuſtis ſubvenit mucilago extracta & inuncta. Baccæ in pulverem redactæ in profluviis alvi & hæmorrhagia narium laudantur. Florum aqua deſtillata utilis eſt in morbis Capitis, Epilepſia, Apoplexia, &c. item ad uteri dolores, & calculum renum. E corticibus funes texunt; in interiore cortice philyra dicto olim ſcriptitatum.

CISTUS.

CAL. Perianthium *pentaphyllum, perſiſtens*: foliolis *ſubrotundis, concavis, quorum* duo alterna *inferiora, minora*. COR. Petala *quinque, ſubrotunda, plana, patentia, maxima*. STAM. Filamenta *numeroſa, capillaria, corolla breviora*. Antheræ *ſubrotundæ, parvæ*. PIST. Germen *ſubrotundum*. Stylus *ſimplex, longitudine ſtaminum*. Stigma *planum, orbiculatum*. PER. Capſula *ſubrotunda, tecta*. SEM. *numeroſa, ſubrotunda, parva*. OBS. Character eſſentialis conſiſtit in calycis foliolis duobus alternis minoribus. *Helianthemum* T. capſula uniloculari, trivalvi diſtincta fuit. *Ciſtus* Tournef. capſula quinque-vel decemloculari gaudet.

Exſtipulatæ herbaceæ.

Ciſtus herbaceus exſtipulatus, foliis oppoſitis trinerviis, racemis ebracteatis. Ciſtus flore pallido, punicante macula inſignito *C. B. Pin.* 465. annuus 2. Cluſio, flore pallido, punicante macula inſignito *J. B. II.* 13. annuus flore maculato *Ger. Em.* 1281. annuus flore guttato *Park.* 661. Tuberaria minor Myconi *Lugd.* 1099. In the Iſle of *Jerſey*, on the Weſt-ſide, near *Groſnez* Caſtle; Dr. *Sherard*.

Stipulatæ ſuffruticoſæ.

Ciſtus ſuffruticoſus procumbens ſtipulatus, foliis ovato-oblongis ſubpiloſis, petalis lanceolatis. Helianthemum vulgare, petalis florum perangustis. Vulgare denominatur, non quod illius inſtar vulgare ſit, ſed quod vulgari plane ſimile exiſtat, nec ab eo niſi florum petalis anguſtis ſtellatim diſpoſitis differat. In horto ſatum differentiam ſervat, ut diſtinctam ſpeciem eſſe dubitare non liceat. Prope *Croydon* invenit Dn. *Du-Bois.*

Helianthemum Alpinum folio Piloſellæ minoris Fuchſii *J. B. II.* 18. [Piloſella minor Fuchſii eſt Gnaphalium montanum ſeu Pes cati] *Hoary dwarf Mountain-ciſtus, with Catsfoot Leaves.* Found by Mr. *Newton* on ſome Rocks near *Kendal,* in *Weſtmoreland,* and by him not unaptly named *Chamæciſtus montanus folio latiore incano.* At *Buck-barrow* Bank Scar, betwixt *Brigſteer* and *Conſwick*; alſo on the Rocks about *Cartmel* Wells in *Lancaſhire,* plentifully. Obſerved by Mr. *Fitz-Roberts.* (Uno circiter milliari a Kendalia, loco ſaxoſo Betram-Beuke dicto, occidentem verſus copioſa; *D. Richardſon.)*

Chamæciſtus montanus Polii folio D. Plukenet *Syn. II.* 203. Ciſtus humilis Alpinus durior, Polii noſtratis folio candicante *Pluk. Alm.* 107. *T.* 23. *f.* 6. *Dwarf Ciſtus with Poley-mountain Leaves.* Found by the Doctor upon *Brent* Downs, in *Somerſetſhire,* near the *Severn* Sea.

Ciſtus ſuffruticoſus procumbens, ſtipulis lanceolatis, foliis oblongis revolutis ſubpiloſis. Helianthemum vulgare *Park.* 656. vulgare flore luteo *J. B. II.* 15. Anglicum luteum *Ger.* 1100. item luteum Germanicum *Ejuſdem. Ibid.* Chamæciſtus vulgaris flore luteo *C. B. Pin.* 465. *Dwarf Ciſtus, or little Sun-flower.* In montoſis ſiccioribus, præſertim cretaceis. Mr. *Lawſon* gathered it on *Gogmagog* Hills with a white Flower; which Variety is very rare in this Plant, and never obſerved by me.

Flos amplus caducus luteus e calyce trifolio, cauliculi provoluti; folia adverſa, ſuperne intenſius viridia, capſulæ trigonæ.

Vulneraria eſt & adſtringens, unde in ſputo ſanguinis, alvi profluvio, uvula, & (ut numero dicam) omnibus affectibus quibus fluxus nimius conjunctus eſt Symphyti aliarumque Conſolidarum more uſurpari poteſt; *J. B.* Hinc Panax Chironium nonnullis credita eſt hæc herba, & Herbariorum Germanicorum vulgo Conſolida aurea dicitur.

TRI-



1

s suffruticosus procumbens
latus folius ovatooblongis
ilosis petalis lanceolátis.

2

Chamæcistus
montanus Polii folio.

TRIGYNIA.

DELPHINIUM.

CAL. *nullus.* COR. Petala *quinque, inæqualia in orbem poſita: quorum α. ſupremum, antice reliquis obtuſius, emarginatum; poſtice extenſum, in cornu tubulatum, rectum, longum, obtuſum. β. γ. δ. ε.* reliqua *ovato lanceolata, patentia, fere æqualia.* Nectarium *bifidum, antice intra orbem petalorum poſitum a parte ſuperiori, poſtice protenſum, tubo petali α. involutum.* STAM. Filamenta *plurima (quindecim* vel *triginta), ſubulata, baſi latiora, minima, verſus petalum α. inclinata.* Antheræ *erectæ, parvæ.* PIST. Germina *tria vel unum, ovata, in* Stylos *longitudine ſtaminum deſinentia.* Stigmata *ſimplicia, reflexa.* PER. Capſulæ *totidem, ovato-ſubulatæ, rectæ, univalves, introrſum dehiſcentes.* SEM. *plurima, angulata.* OBS. Nonnullis *Speciebus* Piſtilla tria. Primaria diviſio ſpecierum a numero capſularum deſumenda. *Nectarium* duplex compoſitum in formam eandem, qua reliquæ ſimplici nectario gaudentes ſuperbiunt.

Delphinium nectariis monophyllis, caule ſubdiviſo. Delphinium ſegetum, flore cœruleo *Inſt. R. Herb.* 426. Conſolida regalis arvenſis, flore cœruleo *C. B. Pin.* 142. regalis flore minore *J. B. III.* 210. regalis ſylveſtris *Ger.* 923. Found in great Plenty by Mr. *J. Sherard*, amongſt the Corn in *Swaffham* Field in *Cambridgeſhire.*

PENTAGYNIA.

AQUILEGIA.

CAL. *nullus.* COR. Petala *quinque, lanceolato-ovata, plana, patentia, æqualia.* Nectaria *quinque, æqualia, cum petalis alterna:* ſingulum *corniculatum, ſuperne ſenſim latius, ore oblique extrorſum aſcendente, introrſum receptaculo annexo; inferne productum in tubum longum, attenuatum, pendulum, apice obtuſo, incurvo.* STAM. Filamenta *plurima (triginta ad quadraginta), ſubulata, exteriora breviora.* Antheræ *oblongæ, erectæ, altitudine nectariorum.* PIST. Germina *quinque, ovato-oblonga, deſinentia in* Stylos *ſubulatos, ſtaminibus longiores.* Stigmata *erecta, ſimplicia.* Paleæ *decem, rugoſæ, breves, germina diſtinguunt, involvunt.* PER. Capſulæ *quinque, cylindraceæ, parallelæ, rectæ, acuminatæ, univalves, ab apicibus introrſum dehiſcentes.* SEM. *plurima, ovata, carinata, ſuturæ dehiſcenti annexa.*

Aquilegia nectariis incurvis. Aquilegia flore ſimplici *J. B. III.* 484. vulgaris ſimplex *Park.* 1367. ſylveſtris *C. B. Pin.* 144. flore cœruleo *Ger.* 935. *Columbines:* ita dicta quia partes florum incurvatam Columbæ cervicem & roſtellum referunt. In ſylvis & dumetis. In the *Outwoods*, near *Loughborough*, in *Leiceſterſhire*; Mr. *Pultney.*

Aquilegiæ notæ ſunt folia Umbelliferarum modo diviſa, flores penduli cum pluribus corniculis recurvis. Semina nigra lucida.

Seminum pulvis icterum ſanat; partum promovet, urinam & menſes ciet; variolas & morbillos expellit. Folia in uſu ſunt in colluſionibus & gargariſmis contra affectus faucium & aſperæ arteriæ calidos.

HEXAGYNIA.

STRATIOTES.

CAL. Spatha *diphylla, uniflora, compreſſa, obtuſa, connivens, utrinque carinata, perſiſtens.* Perianthium *monophyllum, trifidum, erectum, deciduum.* COR. Petala *tria, obcordata, erecto-patentia, calyce duplo majora.* STAM. Filamenta *viginti, longitudine perianthii, receptaculo inſerta.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *infra receptaculum perianthii.* Styli *ſex, bipartiti, longitudine ſtaminum.* Stigmata *ſimplicia.* PER. Bacca *capſula tecta, ovalis, utrinque attenuata, hexaedra, ſexlocularis.* SEM. *plurima, oblonga, incurva, fere alata.*

Stratiotes foliis enſiformi-triangulis ciliato-aculeatis. Stratiotes foliis Aloes femine, longo *Gundelſh ap. Johren.* ſive Militaris aizoides *Park.* 1249. Militaris aizoides, *Ger.* 677. Aloe paluſtris, *C. B. Pin.* 286. ſive Aizoon paluſtre *J. B. III.* 787. *Water-aloe, or Freſh-water-ſoldier.* In fluentis pigrioribus & paluſtribus foſſis in inſula Elienſi copioſe.

POLYGYNIA.

ANEMONE.

CAL. *nullus.* COR. *duorum, triumve ordinum.* Petala *in ſingula ſerie tria, oblongiuſcula.* STAM. Filamenta *numeroſa, capillaria, corolla dimidio breviora.* Antheræ *didymæ, erectæ.*

ereƈtæ. PIST. Germina *numeroſa, in capitulum colleƈta*. Styli *acuminati*. Stigmata *obtuſa*. PER. *nullum*. Receptaculum *globoſum ſive oblongum, excavato-punƈtatum*. SEM. *plurima, acuminata, ſtylum retinentia*.

Anemone pedunculo involucrato, petalis reƈtis, foliis bipinnatis. Pulſatilla folio craſſiore & majore flore *C. B. Pin*. 177. purpurea cœruleave *J. B. III*. 409. vulgaris *Park*. 341. *Ger*. 314. *Paſque-flower*. On *Gogmagog* Hills, on the left Hand of the High-way leading from *Cambridge* to *Haveril*, juſt on the Top of the Hill; alſo about *Hilderſham*, ſix Miles from *Cambridge*; and on *Bernak-heath*, not far from *Stamford*, in great Plenty; and on *Southrop* Common adjoining thereto. But of that ſort with a red Flower, mentioned by *Gerard*, and *Phyt. Brit.* we found none there. (Paſcuis montoſis & ſiccis juxta *Ledſtonehall*, ſupra lacum loco *The Cloſe* diƈto abunde prope Pontemfraƈtum; *D. Richardſon*. Martio & Aprili floret.)

Eſt autem Pulſatilla nihil aliud quam Anemones genus ſeminibus cincinnatis ſeu plumulis adhærentibus caudatis. Acris eſt & calida.

Anemone ſeminibus acutis, foliolis inciſis, caule unifloro. Anemone nemorum alba *Ger*. 306. nemoroſa flore majore *C. B. Pin*. 176. Ranunculus nemoroſus albus ſimplex *Park*. 325. Ranunc. phragmites albus & purpureus vernus *J. B. III*. 412. *Wood-anemony*. In ſylvis & dumetis, præſertim locis udis. Floret circa finem Martii & Aprilis initio. Flos nudus, calyce carens. (Variat flore toto rubro, in Devonia; *Merr. Pin.*)

Anemone ſeminibus acutis, foliolis inciſis, petalis lanceolatis, numeroſis. Ranunculus nemoroſus, flore purpureo-cœruleo *Park. Theat*. 325. Ranunculus flore cœruleo, nemoroſus, foliis majoribus, Apennini montis *Mentz. Pug. Tab*. VIII. *Inſt. R. Herb*. 285. In *Wimbleton* Woods; Mr. *Rand*. Near *Harrow on the Hill*; Mr. *Dubois*. In a Wood near *Lutton Hoe* in *Bedfordſhire*; Mr. *T. Knowlton*.

CLEMATIS.

CAL. *nullus*. COR. Petala *quatuor, oblonga, laxa*. STAM. Filamenta *plurima, ſubulata, corolla breviora*. Antheræ *lateri filamentorum adnatæ*. PIST. Germina *plurima, ſubrotunda*,

tunda, compreſſa, deſinentia in Stylos *ſubulatos, ſtaminibus longiores.* Stigmata *ſimplicia.* PER. *nullum.* Receptaculum *capitatum, parvum.* SEM. *plurima, ſubrotunda, compreſſa, ſtylo (figura varia) inſtructa.*

Clematis foliis pinnatis: foliolis cordatis ſcandentibus. Clematis latifolia ſeu Atragene quibuſdam *J. B. II.* 125. Clematis ſylveſtris latifolia *C. B. Pin.* 300. Clematis ſylveſtris latifol. ſeu Viorna *Park.* 380. Viorna *Ger.* 739. *Great wild Climber, or Travellers Joy.* In ſepibus. Flore, cortice, ſemine & radice vim urendi habet.

Viorna folio integro *Pet. H. B.* 40. 12. varietas, non diverſa ſpecies eſt, cum in eadem planta folia integra & diviſa reperiantur.

THALICTRUM.

CAL. *nullus; (niſi corollam velis).* COR. petala *quatuor, ſubrotunda, obtuſa, concava, caduca.* STAM. Filamenta *plurima, ſuperne latiora, compreſſa, corolla longiora.* Antheræ *oblongæ, didymæ.* PIST. Styli *plurimi, breviſſimi.* Germina *ſingulis ſtylis ſolitaria, ſubrotunda.* Stigmata *craſſiuſcula.* PER. Cortex *ſulcatus, carinatus, unilocularis, non diſcedens.* SEM. *ſolitaria, ſublonga.*

Thalictrum caule ſimpliciſſimo ſubnudo, racemo ſimplici terminali. Thalictrum minimum montanum atro-rubens foliis ſplendentibus. *Syn. II.* 100. *Boerh. Ind. Alt. I.* 44. *Ic.* montanum minimum præcox, foliis ſplendentibus *H. Ox. III.* 325. *S: IX. T.* 20. *f.* 14. *The leaſt mountainous Meadow-rue, with ſhining Leaves, and dark red Flowers.* In udis ſcopulis & ad rivulos in Alpibus in Arvoniæ planta eſt vulgatiſſima; *D. Lhwyd.*

Duas hujus ſeu ſpecies ſeu varietates obſervavit inventor, alteram foliis latioribus, alteram anguſtioribus.

Folia oleribus admixta alvum nonnihil commovent. Radicis decoctum idem ſed potentius præſtat. Thalictris quibuſdam Italiæ in locis utuntur contra peſtem, in Saxonia contra icteritiam *Camer.*

Thalictrum foliis ſexpartitis, floribus cernuis. Thalictrum caule folioſo, foliolis caulinis acutis, panicula divaricata, floribus nutantibus. Thalictrum minus *Ger.* 1067. *Park.* 264. *C. B. Pin.* 337. minus ſeu Ruta pratenſis genus minus ſemine ſtriato *J. B. III.* 487. *The leſſer Meadow-rue.* On the chalky Grounds about *Newmar-*

ket,

ket, *Linton*, and elſewhere on the Borders of *Gogmagog* Hills; alſo abundantly on the Mountains near *Malham* and *Settle*, in *Yorkſhire*.

Thalictrum montanum minus foliis latioribus *D. Lhwyd. The leſſer Meadow-rue, with broader Leaves.* In declivibus montis Caderidris ex ipſis rupium fiſſuris emergit. (Idem cum priore, ut patet ex radicibus ex Cambria delatis, & in horto noſtro jam aliquot annis cultis; *D. Richardſon.)*

Thalictrum caule folioſo ſulcato, panicula multiplici erecta. Thalictrum ſeu Thalietrum majus *Ger.* 1067. majus vulgare *Park.* 263. majus ſiliqua anguloſa aut ſtriata *C. B. Pin.* 336. nigrius caule & ſemine ſtriato *J. B. III.* 486. *Meadow-rue.* In pratis, locis humidis & ad rivos.

A D O N I S.

CAL. Perianthium *pentaphyllum: foliolis obtuſis, concavis, coloratiuſculis, deciduis.* COR. Petala *quinque ad duodecim, oblonga, obtuſa, nitida.* STAM. Filamenta *plurima, breviſſima, ſubulata.* Antheræ *oblongæ, inflexæ.* PIST. Germina *numeroſa, in capitulum collecta.* Styli *nulli.* Stigmata *acuta, reflexa.* PER. *nullum.* Receptaculum *oblongum, ſpicatum, quinque ordinibus ſemina annectens.* SEM. *numeroſa, irregularia, angulata, baſi gibba, apice reflexa, prominula.*

Adonis floribus octopetalis, fructibus ſubcylindricis. Flos Adonis *Park. Par.* 293. Flos Adonis flore rubro *Ger.* 310. Flos Adonis vulgo, aliis Eranthemum *J. B. III.* 125. Adonis hortenſis flore minore atro-rubente *C. B. Pin.* 178. *Adonis Flower, red Maithes.* In Anglia ſponte provenire dicitur ſed rarius, inter ſegetes. (In the Cloſes betwixt *Stonechurch* and *Queenhithe* in great Plenty; Mr. *J. Sherard.)* Plentifully among the Corn about *Acton*; Mr. *Sutton.*

Capitulum Ranunculi, ut & floris calyx; flos ipſe polypetalos; folia in tenues & acutas lacinias ſecta Chamæmelinorum ritu, hujus notæ ſunt.

RANUNCULUS.

CAL. Perianthium *pentaphyllum:* foliolis *ovatis, concavis, coloratiuſculis, deciduis.* COR. Petala *quinque, obtuſa, nitida,* unguibus *parvis.* Nectarium *eſt fovea in ſingulo petalo ſupra unguem.* STAM. Filamenta *plurima, corolla dimidio breviora.* Antheræ *erectæ, oblongæ, obtuſæ, didymæ.* PIST. Germina *numeroſa, in capitulum collecta.* Styli *nulli.* Stigmata *reflexa, minima.* PER. *nullum.* Receptaculum *pedunculis minutiſſimis ſemina adnectit.* SEM. *plurima, irregularia, figura incerta, apice reflexo.* OBS. *Eſſentia* conſiſtit in Nectario. Syſtem. Natur. 74. Reliquæ inconſtantes ſemper ſunt partes fructificationis, hinc nectario incognito, tanta confuſio generis. *Nectarium* hoc in aliis *porus* nudus, in aliis margine cylindraceo cinctus, in aliis ſquamula emarginata clauſus. *Ficaria* calyx triphyllus, petala plura. *Aliis* ſemina ſubrotunda, aliis depreſſa, echinata, pauciora. *Hederaceus* ſtamina modo quinque. *Falcatus* ſemina cauda enſiformi & Calyx baſi appendiculatus. *Sceleratus* Receptaculum ſubulatum & fructus ſpicatus.

Foliis ſimplicibus.

Ranunculus foliis ovato-lanceolatis petiolatis, caule declinato. Ranunculus flammeus minor *Ger.* 814. item flammeus ſerratus *Ejuſdem* & *Park.* 1214. paluſtris flammeus minor ſive anguſtifolius *Park.* 1214. longifolius paluſtris minor, item paluſtris ſerratus *C. B. Pin.* 180. longifolius, aliis Flammula *J. B. III.* 864. *The leſſer Spearwort.* In pratis uliginoſis & ad rivulos.

Foliis integris oblongis, vi acri & cauſtica ab aliis congeneribus differt.

Ranunculus foliis lanceolatis, caule erecto. Ranunculus flammeus major *Ger.* 814. paluſtris flammeus major *Park.* 1215. longifolius paluſtris major *C. B. Pin.* 180. folio longo maximus, Lingua Plinii *J. B. III.* 865. *Great Spearwort.* In foſſis paluſtribus Elienſibus aliiſque aquis vadoſis plurimus.

Ranunculus flammeus, latiori Plantaginis folio, marginibus piloſis *Pluk. Almag.* 312. qui ex Hibernia ab ornatiſſimo viro *D. Gideon Bonavert,* accepit.

Ranunculorum fere omnium, paucis exceptis, folia, caules & radices vim habent cauſticam, impoſita cutim exulcerant,

&

& cruſtam cum dolore inducunt, ſtigmata delent, verrucas & perniones tollunt.

Ranunculis foliis cordatis angulatis petiolatis. Chelidonium minus *Ger.* 669. *Park.* 617. Chelidonia rotundifolia minor *C. B. Pin.* 309. Scrophularia minor ſeu Chelidonium minus vulgo dictum *J. B. III.* 468. *Pile-wort, or the leſſer Celandine.* In pratis & ad ſepes. Primo vere exit, & Aprili, nonnunquam etiam Martio, florere incipit. Maio flores & folia evaneſcunt, radicibus in terra ad ver uſque proximum latitantibus.

Refrigerat & humectat autore Schrodero: [Aſt D. Hermannus calidam & acrem eſſe aſſerit, cum aqua deſtillata acris ſit, & ſale acri polleat.] Uſus præcip. in ictero, ſcorbuto & hæmorrhoidum fluxu. Extrinſecus ſpecifice mariſcas ſeu ficos ani curat, quorum ſignaturam radices gerunt, dentiumque putredini maximopere ſubvenit.

Foliis diſſectis, et diviſis.

Ranunculus foliis radicalibus reniformibus crenatis inciſis; caulinis digitatis linearibus caule multifloro. Ranunculus nemoroſus dulcis, ſecundus Tragi *Park.* 326. nemoroſus vel ſylvaticus folio rotundo *C. B. Pin.* 178. auricomus *Ger.* 807. rotundifolius vernus ſylvaticus *J. B. III.* 857. *Sweet Wood-crowfoot, or Goldilocks.* In ſylvis & dumetis Aprili floret, & ubi ſemen dederit ſuperficies marceſcit, radice reſtibili.

Folia prima quæ e radice exeunt integra ſunt & rotunda, ſequentia & quæ in caule, manente rotunditate in quinque aut plures lacinias diviſa.

Ranunculus foliis inferioribus palmatis; ſummis digitatis, fructibus oblongis. Ranunculus paluſtris *Ger.* 814. paluſtris rotundifolius *Ger. Em.* 962. paluſtris Sardonius lævis *Park.* 1215. paluſtris Apii folio lævis *C. B. Pin.* 180. paluſtris flore minimo *J. B. III.* 858. *Round-leafed Water-crowfoot.* In aquoſis, inque ipſis aquis.

Capitula huic in longam ſpicam producuntur, ſeminibus parvis & lævibus compoſita, flores minimi pro plantæ magnitudine.

Ranunculus calycibus retroflexis, pedunculis ſulcatis, caule erecto, foliis compoſitis. Ranunculus bulboſus *Ger.* 806.

Park.

Park. 329. tuberoſus major *J. B. III.* 417. pratenſis radice Verticilli modo rotunda *C. B. Pin.* 179. *Round-rooted or bulbous Crowfoot.* In paſcuis ubique. Vires vid. *Hiſt. noſt. p.* 581. (Multum variat foliorum inciſuris; ſemper trilobatus eſt ſine pediculis; *D. Dood. Ann.* Huc ergo pertinet, nec niſi varietas eſt: Ranunculus trifidus *Doody's trifid Crowfoot Pet. H. B.* 38. 6. licet annuum faciat *Petiverus* & radicis bulbum omittat. Flore pleno: Betwixt the two *Chemes* in a hollow Place on the lower Side of *Banſtead* Downs; *Merr. P.*)

Ranunculus rectus foliis pallidioribus hirſutus *J. B. III.* 417. *Upright pale-leafed Crowfoot.* In locis humidis & lutoſis ubi per hyemem aquæ ſtagnarant. (In the Salt marſhes near *Graveſend*; Mr. *Doody.* 1. 2. & 3. trilobatos nominavi; *Idem.*

Pallido foliorum colore, quodque nec flagellis nec radicibus reptat, locoque natali, a Ranunculo pratenſi repente, cui foliorum figura non multum diſſimilis eſt, differt.

Ranunculus calycibus patulis, pedunculis ſulcatis, ſtolonibus repentibus, foliis compoſitis. Ranunculus pratenſis repens *Park.* 329. prat. repens hirſutus *C. B. Pin.* 179. pratenſis etiamque hortenſis *Ger.* 804. repens, flore luteo ſimplici *J. B. III.* 419. *Common creeping Crowfoot, or Butter-cups.* In pratis & paſcuis, locis humidioribus.

Ranunculus repens major *Pet. H. B.* 38. 8. Priori idem eſt.

Ranunculus calycibus patulis, pedunculis teretibus, foliis tripartito-multifidis: ſummis linearibus. Ranunculus pratenſis erectus acris *C. B. Pin.* 178. pratenſis erectus acris vulgaris *Park.* 329. rectus non repens, flore ſimplici luteo *J. B. III.* 416. ſurrectis cauliculis *Ger.* 804. *Upright Meadow Crowfoot.* In pratis & paſcuis vulgaris.

Hujus folia Napelli aut potius Aconiti lutei foliis ſimilia, purpureis interdum maculis notata: Caulis ad ſeſquicubitalem altitudinem aſſurgit. Interdum dulcis reperitur. (Hujus duæ habentur diverſitates, una hirſutior eſt, & ſegmentis latioribus, altera minus hirſuta & plurimum diviſa, & claſſem conſtituunt, quam Aconiti foliis denominavimus; *D. Doody Ann.*)

Ranunculus ſeminibus aculeatis, foliis ſuperioribus decompoſitis linearibus. Ranunculus arvorum *Park.* 328. *Ger.* 805. arvenſis echinatus *J. B. III.* 859. *C. B. Pin.* 179. *Corn Crowfoot.* Inter ſegetes Maio menſe floret.

Foliis

TAB. XII.



Fig. 1.

Fig. 2. p. 236

Fig. 3. p. 378

Foliis laciniatis, & capitulis ſeu ſeminibus echinatis ab aliis Ranunculis differt.

Ranunculus ſeminibus aculeatis, foliis ſimplicibus palmatis inciſis. Ranunculus hirſutus annuus flore minimo *Syn. Ed. II.* 135. *Pluk. Alm.* 311. *T.* 55. *f.* 1. (vitioſ.) *Pet. H. B.* 38. 9. fig. med. arvenſis annuus hirſutus, flore omnium minimo *H. Ox. II.* 440. *S. IV. T.* 28. *f.* 21. hirſutus annuus, folio Geranii columbini *Merr. P. Field Crowfoot, with a very ſmall Flower.* (Prope *Camberwell* aliiſque paſſim locis.)

Radice eſt annua, foliis parvis ad Geranii columbini figuram accedentibus, flore luteo minimo & non raro mutilo. (Flore parvo, foliis minus profunde diviſis, & quod annuus ſit, a Ranunculo minimo Apulo *Col. Ec. I.* 314. aliiſve differt. Semen per maturitatem rugoſum eſt. Cum nec *Moriſoni*, multo minus *Plukenetii* figura, plantam hanc bene referat, nec *Petiveriana* valde bona ſit, meliorem & perfectiorem Tab. XII. fig. 1. exhibere viſum fuit.)

Ranunculis foliis ſubrotundis trilobis integerrimis, caule repente. Ranunculus aquatilis hederaceus albus: quocum præterquam floris colore convenire videtur Ranunc. aquaticus hederaceus luteus *C. B. Pin.* 180. hederaceus rivulorum ſe extendens, atra macula notatus *J. B. III.* 782. Ranunculi aquatilis varietas altera *Ger. Em.* 830. hederaceus aquaticus *Park.* 1216. quoad deſcr. nam figura & ſynonyma ſunt Lenticulæ aquaticæ triſulcæ. *Ivy-leafed Water-crowfoot.* In rivulis & aquis vadoſis frequens.

Ranunculus foliis ſubmerſis capillaceis, emerſis peltatis. Ranunculus aquatilis *Ger. Em.* 829. aquaticus Hepaticæ facie *Park.* 1216. aquaticus folio rotundo & capillaceo *C. B. Pin.* 180. aquatilis albus tenuifolius *J. B. III.* 781. *Water-crowfoot with various Leaves.* In foſſis aquas habentibus, & lente decurrentibus rivulis.

Folia quæ aquas ſuperant integra ſunt quæ iis immerguntur in innumeras capillaceæ tenuitatis lacinias diviſa; flores albi ſpecioſi. (Petala habet alba, majora, unguibus luteis, cujus coloris apices ſunt & ſtamina; ad ſingula genicula unum ſolummodo folium & flos appoſitus. Hujus varietas, ſi non ſpecies diſtincta, flore minore, foliis pluribus ſubrotundis; *D. Doody.*)

Ra-

Ranunculus aquatilis omnino tenuifolius *J. B. III.* 781. Millefolium aquaticum Ranunculi flore & capitulo *Park.* 1256. Millefolium ſeu Maratriphyllum flore & ſemine Ranunculi aquatici Hepaticæ facie *Ger. Em.* 827. Millefolium aquaticum foliis Abrotani, Ranunculi flore & capitulo, *C. B. Pin.* 141. item Ranunculus aquaticus capillaceus *Ejuſd. Pin.* 180. *Fine-leafed Water-crowfoot, or Water-milfoil.* Cum priore a quo non aliter differt quam quod folia integra non habeat, ſed omnia tenuiſſime laciniata.

Ranunculus aquaticus albus, circinatis tenuiſſime diviſis foliis, floribus ex alis longis pediculis innixis *D. Plukenet Alm.* 311. *T.* 55. *f.* 2. Millefolium aquaticum cornutum *C. B. Pin.* 141. *Prod.* 73. quamvis nec figura nec deſcriptio ei in omnibus conveniant. Eandem figuram adhibet *J. Bauhinus T.* 3. *L.* 38. 784. verum deſcriptio iconi non reſpondet, ſaltem in florum ſitu; nec deſcriptioni *C. Bauhino* in eorundem colore. Provenit in aquis cœnoſis frequentiſſime, & longiſſime differt a Millefolio aquatico equiſetifolio in *Catal. Cantab.* deſcriptio; *D. Plukenet.* Hanc plantam nos a præcedente non diſtinguimus: certe eandem eſſe cum Millefolio aquatico cornuto *C. Bauhino* in Prodromo deſcripto *D. Plukenet* minime conſentimus: Ei nempe flores parvos quadrifolios attribuit, cum huic noſtræ ſatis ampli ſint & quinquefolii, ut alias notas omittam.

(Planta *Plukenatiana* eadem eſt cum Millefolio aquatico cornuto *C. B.* cui alienam accommodat deſcriptionem *J. B.* differt autem a præcedenti ſpecie; differentiam videſis in *Cat. Giſſ. App. p.* 9, 10.).

(Hujus duæ occurrunt ſpecies; una floribus majoribus & pediculis longioribus a *D. Plukenet* depicta; altera floribus minoribus, pediculis brevioribus, & folia majora non adeo manifeſte circinata; *D. Doody Ann.*)

Ranunculo ſive Polyanthemo aquatili albo affine Millefolium Maratriphyllum fluitans *J. B. III.* 782. Millefol. Maratriphyllum Ranunculi flore *Park.* 1257. Millefol. aquatic. foliis Fœniculi, Ranunculi flore & capitulo *C. B. Pin.* 141. *Fennel-leafed Water-crowfoot.* In fluvio *Thame* & rivulis eum influentibus circa *Tamworth*, *Middleton*, &c. In agro Warwicenſi: obſervavimus etiam in fluvio Iſide Oxonium præterfluente.

Foliis eſt Fœniculi, ſed multo longioribus, flagellis longiſſimis, prociduis, aquæ impetum ſequentibus.

TROL-

TROLLIUS.

CAL. *nullus.* COR. Petala *quatuordecim circiter, ſubovata, conniventia, decidua; in ſeriebus exterioribus tribus terna; in intima ſerie quina.* Nectaria *novem, linearia, plana, incurva, umbilicata, baſi introrſum perforata.* STAM. Filamenta *numeroſa, ſetacea, corolla breviora.* Antheræ *erectæ.* PIST. Germina *numeroſa, ſeſſilia, columnaria.* Styli *nulli.* Stigmata *mucronata, ſtaminibus breviora.* PER. Capſulæ *numeroſæ, in capitum collectæ, ovatæ, acumine recurvo.* SEM. *ſolitaria.*

Trollius corollis conniventibus, nectariis longitudine ſtaminum. Ranunculus globoſus *Ger.* 809. *Park. Parad.* 218. flore globoſo, quibuſdam Trollius flos *J. B. III.* 419. montanus Aconiti folio, flore globoſo *C. B. Pin.* 182. *The Globe-flower, or Locker-gowlons.* Ad latera montium, inque pratis montoſis in Septentrionalibus Angliæ & Cambriæ copioſiſſime.

Flores non expanduntur, ſed petalis concavis & introrſum modice reflexis globum imitantur; folia Aconiti.

HELLEBORUS.

CAL. *nullus (niſi corollam in quibuſdam perſiſtentem habeas.)* COR. Petala *quinque, perſiſtentia, ſubrotunda, obtuſa, magna.* Nectaria *plura, breviſſima, in orbem poſita,* ſingula *monophylla, tubulata, inferne anguſtiora: ore bilabiato, erecto, emarginato: interiore breviore.* STAM. Filamenta *numeroſa, ſubulata.* Antheræ *compreſſæ, inferne anguſtiores, erectæ.* PIST. Germina *quinque vel plura, compreſſa.* Styli *ſubulati.* Stigmata *craſſiuſcula.* PER. Capſulæ *compreſſæ, bicarinatæ,* carina inferiore *breviore,* ſuperiore *convexa, dehiſcente.* SEM. *plura, rotunda, ſuturæ affixa.*

Helleborus caule multifloro folioſo, foliis digitatis. Helleborus niger hortenſis flore viridi *C. B. Pin.* 185. Helleboraſtrum *Ger.* 825. Helleboraſter minor, flore viridante *Park.* 212. Elleborus niger vulgaris flore viridi vel herbaceo, radice diuturna *J. B. III.* 636. *Bears-foot, or wild black Hellebore.* In *Bigwin* Cloſes near *Cambridge.* It is ſaid alſo to grow plentifully about *Arundel-caſtle* in *Suſſex.* An ſponte oriatur locis prædictis, an olim ibi ſatum fuerit vel caſu, vel de induſtria, dubito. {In Sir *Thomas D'Aeth's* Woods at *Knowlton,* in Eaſt *Kent,*

Kent, on the right Hand of the Walk by the Parſonage-Houſe; Mr. *J. Sherard*: And in the Woods near *Stoken-church*, *Oxfordſhire*; Mr. *J. Bobart*.) Planta humilior eſt quam ſequens, at folia latiora. Superficies quotannis emoritur.

Helleborus caule multifloro folioſo, foliis pedatis. Helleboraſter maximus *Ger.* 826. maximus ſeu Conſiligo *Park.* 212. Helleborus niger fœtidus, Enneaphyllon Plinii l. 27. c. 9. *C. B. Pin.* 185. Elleborus niger ſylveſtris adulterinus, etiam hyeme virens *J. B. III.* 880. *Great baſtard black Hellebore, or Bearsfoot, Setter-wort.* In the Hedges of ſome Cloſes about *Cherry-Hinton*, near *Cambridge*. Caſu quodam ibi aliquando ſatum fuiſſe ſuſpicor. (In ſeveral Places of the Pariſh of *Brundiſh* in *Suffolk*; Mr. *J. Sherard*. Upon the Downs in *Suſſex*, towards *Chicheſter*, along the Road; *D. Dillenius*.)

Hellebor. nigri minoris flo. viridi folia cereviſiæ per duas aut tres horas infuſa & pota jejuno ventriculo tribus matutinis inſigne prophylacticum cenſentur adverſus Variolas alioſque morbos contagioſos; *D. Johnſon*. At *Parkinſonus* experientia propria purgandi validam vim eis attribuit, vehementiorem quam Hellebori nigri veri apud nos non naſcentis. Pulverem foliorum exſiccatorum pauca quantitate verminantibus pueris exhibent noſtræ vel in potu aut juſculo, vel ficu aut melle exceptum.

Conſiliginis ſeu Enneaphylli radicis particulam in pecoribus medendis, auriculæ perforatæ inſerere ſoliti ſunt veterinarii antiqui; moderni eoſdem imitati boum non auriculis tantum ſed & palearibus & equorum cruribus, in quovis fere morbo nec plerunque ſine ſucceſſu.

CALTHA.

CAL. *nullus.* COR. Petala *quinque, ovata, plana, patentia, decidua, magna.* STAM. Filamenta *numeroſa, filiformia, corolla breviora.* Antheræ *compreſſæ, obtuſæ, erectæ.* PIST. Germina *quinque ad decem, oblonga, compreſſa, erecta.* Styli *nulli.* Stigmata *ſimplicia.* PER. Capſulæ *totidem, breves, acuminatæ, patentes, bicarinatæ, ſutura ſuperiore dehiſcentes.* SEM. *plurima, ſubrotunda, aucta, ſuturæ ſuperiori affixa.*

Caltha. Populago *Tab. Ic.* 750. Caltha paluſtris *J. B. III.* 470. paluſtris vulgaris ſimplex *Park.* 1213. paluſtris flore ſimplici *C. B. Pin.* 276. paluſtris major *Ger.*

Ger. 670. *Marſh Marigold.* In aquoſis & ad fluviorum ripas.

Hujus notæ ſunt flores lutei, Ranunculorum æmuli, abſque perianthio, folia integra, locus paluſtris. Hanc flore pleno ſpontaneam invenit *D. Lawſon.*

CLASSIS XIV.

DIDYNAMIA.

CALYX. *Perianthium* monophyllum, erectum, tubulatum, quinquefidum, ſegmentis ſæpius inæqualibus, perſiſtens. COROLLA monopetala, erecta, cujus *baſis* tubulata mel continet, & nectarii vices ſubit. *Limbus* autem communiter ringens: *Labio ſuperiori* recto, L. *inferiori* patenti, trifido: *medio* latiore. STAMINA. *Filamenta* quatuor, ſubulata, corollæ tubo inſerta, verſus dorſum ejus inclinata, quorum *duo* intermedia & proxima breviora, omnia parallela, longitudinem corollæ raro ſuperantia. *Antheræ* ſub labio ſuperiore corollæ ſæpius reconditæ, & per paria conniventes. PISTILLUM. *Germen* ſæpius ſupra receptaculum. *Stylus* unicus, filiformis, eodem modo quo filamenta inflexus, intra ea ſæpius poſitus, longitudine parum ſuperans, ſummitate leviter incurvatus. *Stigma* communiter emarginatum. PERICARPIUM *vel* nullum, *vel* ſi præſens, ſæpius biloculare. SEMINA *vel* (ſi Pericarpium nullum) quatuor, in ſinu calycis tanquam capſula recondita, *vel* (ſi pericarpium aliquod) plura, affixa receptaculo in medio pericarpii poſito. OBS. *Flores hujus familiæ maximam partem erecti fere, ſed parum a caule ad angulum acutum inclinati, quo corolla facilius tegat antheras, utque farina cadat ſuper ſtigma, nec a pluvia combibatur.*

bibatur. Eſſentialis Character conſiſtit in ſtaminibus quatuor, quorum duo *propiora breviora, conniventia, cum Piſtilli ſtylo unico, intra corollam inæqualem recepta.*

I. GYMNOSPERMIA.

Calyces quinquefidi ſubæquales.

AJUGA.

CAL. Perianthium *monophyllum, breve, ſemiquinquefidum, ſubæquale, perſiſtens.* COR. *monopetala, ringens.* Tubus *cylindraceus, incurvus.* Labium ſuperius *minimum, erectum, bifidum, obtuſum.* L. inferius *magnum, patens, trifidum, obtuſum:* lacinia media *maxima, verticaliter cordata*; lateralibus *parvis.* STAM. Filamenta *quatuor, ſubulata, erecta, labio ſuperiore longiora, quorum* duo *breviora.* Antheræ *didymæ.* PIST. Germen *quadripartitum.* Stylus *filiformis, ſitu & longitudine ſtaminum.* Stigmata *duo, tenuia, quorum* inferius *brevius eſt.* PER. *nullum.* Calyx *connivens, in ſinu ſemina fovens.* SEM. *quatuor, oblongiuſcula.*

Ajuga ſtolonibus reptatricibus. Bugula *Dod. P.* 135. *Ger.* 506. vulgaris *Park.* 525. Conſolida media pratenſis cœrulea *C. B. Pin.* 260. Conſolida media, quibuſdam Bugula *J. B. III.* 430. *Bugle.* In ſylvis & pratis humidis frequentiſſima.

Bugula flore rubro. Plentifully amongſt the *flore cæruleo,* in the ſecond Field on the left Hand going from *Weſton-green* to *Eltham,* & Bugula flore albo in *Charlton* Wood; Mr. *J. Sherard.*

Bugula cœrulea Alpina *Park.* 525. *Pluk. Alm.* 73. *T.* 18. *f.* 3. Conſolida media cœrulea Alpina *C. B. Pin.* 260. *Pr.* 120. Conſolida media Genevenſis *J. B. III.* 432. *Mountain Bugle, or Sicklewort.* Found on *Carnedh Lhewellyn* in *Carnarvonſhire,* by Dr. *Johnſon.* A præcedente differt caulibus ab una radice pluribus erectis, foliis minoribus, longioribus & profundius in caule crenatis, quodque clematis careat.

Viribus cum Prunella convenit. Vulneraria eſt tam intrinſecus quam extrinſecus adhibita. Confert etiam ictero, hepatis obſtructioni, urinæ retentioni, &c. *Schrod.*

TEU-

TEUCRIUM.

CAL. Perianthium *monophyllum, ſemiquinquefidum, acutum, ſub-æquale, baſi hinc gibbum, perſiſtens.* Cor. *monopetala, ringens.* Tubus *cylindraceus, brevis, in faucem incurvatam deſinens.* Labium ſuperius *erectum, acutum, ultra baſin profunde bipartitum, diſtantibus dorſo laciniis.* Lab. inferius *patens, trifidum* : laciniis lateralibus *figura labii ſuperioris, erectiuſculis* : media *maxima, ſubrotundata.* Stam. Filamenta *quatuor, ſubulata, labio ſuperiori corollæ longiora, interque ejus diviſuram, incurva, prominentia.* Antheræ *parvæ.* Pist. Germen *quadripartitum.* Stylus *filiformis, ſitu & magnitudine ſtaminum.* Stigmata *duo, tenuia.* Per. *nullum.* Calyx *immutatus, in fundo ſemina fovens.* Sem. *quatuor, ſubrotunda.*

Teucrium foliis trifidis linearibus integerrimis, floribus ſeſſilibus axillaribus. Chamæpitys vulgaris *Park.* 283. vulgaris odorata flore luteo *J. B. III.* 295. lutea vulgaris ſeu folio trifido *C. B. Pin.* 249. Chamæp. mas *Ger.* 421. *Common Ground-pine.* In agris reſtibilibus, ſed rarius ; v. g. On the Lays about the Borders of *Triplow* Heath in *Cambridgeſhire*, and in ſeveral Places of *Kent*, about *Rocheſter*, *Dartford*, &c. (In the barren Fields on the South Side of *Roehill*; Mr. *J. Sherard.*)

Foliis Pineorum æmulis, odore reſinoſo, floribus galea ſeu labio ſuperiore carentibus a reliquis Verticillatis differt.

Nervoſum genus roborat, unde pilulæ ex ea parantur contra Paralyſin ; diuretica etiam eſt & emmenagoga ; fœtum mortuum & ſecundinas pellit ; adeoque potenter operatur, ut uſus ejus utero geſtantibus omnino interdicatur, quoniam abortum facit. Verum in iſchiadicis & arthriticis affectibus præcipuæ æſtimationis eſt, unde & Iva arthritica dicitur. Ex herba in pulverem redacta cum Hermodactylis & Terebinthina Veneta pilulæ fiunt ; quæ etiam adverſus Hydropem utiles eſſe perhibentur. Ab Hermodactylis cavendum *J. B.*

Teucrium foliis cordatis ſerratis petiolatis, racemis lateralibus ſecundis, caule erecto. Scorodonia ſeu Salvia agreſtis *Ger.* 536. Scordium alterum ſeu Salvia agreſtis *C. B. Pin.* 247. Scorodonia ſeu Scordium alterum quibuſdam & Salvia agreſtis *Park.* 111. Scordotis ſeu Scordium folio Salviæ *J. B. III.* 293. *Wood-ſage.* In ſylvis & dumetis.

Vulneraria eſt e præcipuis, intus & extra. Decoctum menſes & urinam ciet, & Lui Venereæ prodeſſe creditur: ut odore, ſic viribus cum Scordio convenit.

Teucrium foliis oblongis ſeſſilibus dentato-ſerratis, floribus geminis axillaribus, caule diffuſo. Scordium *J. B. III.* 292. *C. B. Pin.* 247. majus & minus *Ger.* 534. legitimum *Park.* 111. *Water-germander.* In paluſtribus Elienſis inſulæ copioſe provenit.

Alexipharmacum ac ſudoriferum eſt. Uſus præcipuus in peſte & peſtilentialibus morbis, febribuſque malignis tam præſervando quam curando; in obſtructionibus hepatis ac lienis, in pulmonibus purulentis ac mucilagine refertis. Extrinſecus mundificat vulnera ac ulcera, lenit dolores podagricos: Succus ejus ſeu pulvis valet ad lumbricos ventris.

Teucrium foliis ovatis inciſo-crenatis petiolatis, floribus ſubverticillatis Germander. Chamædryn vulgarem ſeu ſativam, quamvis aliquoties invenimus in marginibus agrorum ſatis remotam ab aliquo ædificio, ſponte tamen provenire non audemus aſſerere. (Plentifully on the Ruins of *Winchelſea* Caſtle; Mr. *J. Sherard.*)

Partium eſt tenuium, potenter urinam ac ſudores movet. Hinc confert in febribus, ſcorbuto, ictero, & imprimis in Arthritide. Decoctum in vino arcanum eſt antipodagricum à Medicis Genuenſibus Carolo V. Imperatori olim commendatum. *Veſal.* Mulierculæ noſtrates in menſium ſuppreſſione ejus decocto utuntur. C. Hofmannus idem poſſe opinatur quod Betonica, & recte indi decoctis deobſtruentibus.

N E P E T A.

CAL. Perianthium *monophyllum, tubulatum, cylindraceum: ore quinquedentato, acuto, erecto:* denticulis ſuperioribus *longioribus*; inferioribus *magis patulis.* COR. *monopetala, ringens.* Tubus *cylindraceus, incurvus.* Limbus *dehiſcens.* Faux *patens, cordata, in lacinias duas, obtuſas, breviſſimas terminata.* Labium ſuperius *erectum, ſubrotundum, emarginatum*; Lab. inferius *ſubrotundum, concavum, majus, integrum, ſerratum.* STAM. Filamenta *quatuor, ſubulata, ſub labio ſuperiori poſita, approximata, quorum* duo *breviora.* Antheræ *incumbentes.* PIST. Germen *quadrifidum.* Stylus *filiformis, longitudine & ſitu ſtaminum.* Stigma *bifidum, acutum.* PER. *nullum.* Calyx *rectus,*

ſemina

ſemina in ſinu continens. SEM. *quatuor, ſubovata.* OBS. Si lacinias faucis labio inferiori annumeres, erit labium inferius tripartitum.

Nepeta floribus ſpicatis, verticillis ſubpedicellatis, foliis petiolatis cordatis dentato-ſerratis. Nepeta major vulgaris *Park.* 38. Mentha cattaria *J. B. III.* 2. 225. felina ſeu cattaria *Ger.* 554. cattaria vulgaris & major *C. B. Pin.* 228. *Nep or Cat-mint.* Floret Junio & Julio, eſtque in agro Cantabrigienſi in aggeribus ſepium frequens. Vires vid. *Hiſt. p.* 549.

Foliis Urticæ incanis, odore Menthæ graviore, floribus in ſpicas habitiores digeſtis a congeneribus differt.

BETONICA.

CAL. Perianthium *monophyllum, tubulatum, ariſtatum, quinquedentatum, perſiſtens.* COR. *monopetala, ringens.* Tubus *incurvus, cylindricus.* Labium ſuperius *ſubrotundum, integrum, planum, erectum.* Lab. inferius *trifidum:* lacinula media *latiore, ſubrotunda, emarginata.* STAM. Filamenta *quatuor, ſubulata, quorum* duo *breviora, ad labium ſuperius inclinata.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *quadripartitum.* Stylus *figura, ſitu, & magnitudine ſtaminum.* Stigma *bifidum.* PER. *nullum.* Calyx *in ſinu ſemina fovens.* SEM. *quatuor, ovata.*

Betonica ſpica interrupta, corollarum lacinia labii intermedia emarginata. Betonica *Ger.* 577. purpurea *C. B. Pin.* 235. vulgaris purpurea *J. B. III.* 301. vulgaris flore purpureo *Park.* 614. *Wood-betony.* In ſylvis & dumetis.

Betonicæ notæ ſunt flores in ſpicas habitiores digeſti, caules non ramoſi, folia crenata cum longis pediculis. Variat floris colore albo & carneo.

Quamplurimæ huic herbæ virtutes attribuuntur quoquo modo ſumptæ. Hinc Itali aliquem laudaturi inquiunt, *Tu hai piu de virtu che non ha Betonica.* Plures habes virtutes quam Betonica; & proverbialiter jubent, *Vende la tonica, & compra la Betonica,* Vende tunicam, & eme Betonicam. Cephalica imprimis eſt & hepatica, ſplenetica, thoracica, uterina, & demum traumatica. Hinc uſu interno & externo creberrima venit, maxime in morbis capitis: in quem uſum fumus foliorum exſiccatorum in tubis hauritur ad modum Nicotianæ.

Pſeudo-Thea e foliis Betonicæ, Scorodoniæ & Chamæpityos confecta, edulcorata & calida pota in Podagra, Cephalalgiæ & nervorum affectibus mirice prodeſt & dolores lenit; *D. Bowle.* Radices hujus herbæ, contra quam folia & flores, ori ſtomachoque ingratæ nauſeam, rugitus & tandem vomitum cient.

M E N T H A.

CAL. Perianthium *monophyllum, tubulatum, erectum, quinquedentatum, æquale, perſiſtens.* COR. *monopetala.* Petalum *erectum, tubulatum, calyce paulo longius.* Limbus *quadripartitus, ſubæqualis:* lacinia ſuperiori *fere latiore, emarginata.* STAM. Filamenta *quatuor, ſubulata, erecta, diſtantia, quorum* duo *proxima longiora.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *quadrifidum.* Stylus *filiformis, erectus, corolla longior.* Stigma *bifidum, patens.* PER. *nullum.* Calyx *erectus, in ſinu ſemina fovens.* SEM. *quatuor, parva.*

Mentha floribus ſpicatis, foliis oblongis ſerratis. Menthaſtrum ſpicatum folio longiore candicante *J. B. III.* 2. 221. Mentha ſylveſtris folio longiore *C. B. Pin.* 227. *Long-leafed Horſe-mint.* Found by Dr. *Liſter*, growing by *Burwelbeck*, in *Lincolnſhire*, plentifully; lately alſo by Mr. *Dale*, in a Meadow behind the Alms-houſes, at *Great Yeldham*, in *Eſſex*, with the following, plentifully. In *Hornſey* Church-yard; Dr. *Watſon.* And near *Hackney.*

Hujus loci videtur Mentha illa candicans in Cantio reperta, foliis, ſpicis & odore vulgari ſativæ ſimilis *Dood. Syn. II. App.* 341. quæ prioris potius varietas, quam diſtincta ſpecies eſt.

Menthaſtrum folio rugoſo rotundiore ſpontaneum, flore ſpicato, odore gravi *J. B. III.* 2. 219. Mentha ſylveſtris rotundiore folio *C. B. Pin.* 227. Menthaſtrum *Ger. Em.* 683. deſcr. *Horſe-mint, or round-leafed wild Mint.* I obſerved it growing by the River's Side at *Lydbrook*, near *Roſs*, in *Herefordſhire*; alſo in a moiſt Place of a little Cloſe, or Meadow, adjoining to *Faulkburn-hall*, in *Eſſex*, the Seat of my honoured Friend *Edward Bullock*, Eſq; (Mr. *Doody* obſerved it plentifully at Sir *Franc. Leigh*'s Houſe, near *Hally*, in *Kent*; *Syn. II. App.* 342.)

Mentha floribus capitatis, foliis ovatis ſerratis petiolatis, ſtami-

TAB. X.

Pag. 293



ſtaminibus corolla longioribus. Mentha aquatica ſeu Siſymbrium *J. B. III.* 2. 223. *Ger. Em.* 684. aquatica rubra *Park.* 1243. rotundifolia paluſtris ſeu aquatica major *C. B. Pin.* 227. *Water-mint.* Paſſim ſecundum rivos & in humidioribus.

Flores in ſummis caulibus in capitula craſſiora ſubrotunda congeſti: odor ad Pulegium accedit, (ſapor acris, piperatæ Menthæ æmulus.)

Siſymbrium hirſutum *Dood. Syn. Ed. II. App.* 341. Siſymbria Mentha *Ger.* 555. Mentha aquatica ſive Siſymbrium hirſutius *J. B. III.* 2. 224. aquatica hirſuta, ſive Siſymbrium hirſutum *Chabr. Ic. fol.* 115. Non minus, inquit *Doody* loco citato, frequens, & eodem modo flores in glomerulos coactos in ſummis duntaxat caulibus & ramulis profert, quod Siſymbrii characteriſmus eſt. Folia minora ſunt & acutiora; *Dood.*

Mentha Siſymbrium dicta hirſuta, glomerulis ac foliis minoribus ac rotundioribus. A priori, cui proxime accedit, differt glomerulis ac foliis minoribus, rotundioribus & obtuſioribus, flore minore, & quod multo minus ac illa ramoſa ſit. Quibus notis addi poteſt, odor valde gratus & aromaticus, mala aurantia plane æmulans. Obſerved by Mr. *Manningham,* in the Pariſh of *Eaſt-borne,* by the Road-ſide to *Pevenſoy.* Vid. T. X. f. 1.

Mentha anguſtifolia ſpicata, glabra, folio rugoſiore, odore graviore. Mentha ſpicata noſtras, Cardiacæ ſativæ forma & odore æmula, folio rugoſiore *Pluk. Mantiſſ.* 129. Mentha ſpicata, folio longiore acuto, glabro, nigriore *J. B. III.* 220. *Spear-mint, with a rugged Leaf, and ſtronger Scent.* Found by Mr *Dale* in *Eſſex,* by *Bocking* River Side, below the Fulling-mill, in two or three Places. (On the River *Medway,* in *Kent,* near *Maidſtone*; *D. Plukenet.*)

Foliis nigrioribus, pro latitudine brevioribus, nec in mucronem tam longum productis, ut obtuſiora videantur, rugoſioribus, venulis tranſverſis pluribus magiſque conſpicuis; dentibus minus concinnis inciſis. Caulibus rubris, majoribus & firmioribus, in ſummo ramoſioribus, inque plures florum ſpicas diviſis: Floſculis minoribus & pallidioribus; odore denique graviore & ingratiore a Mentha cardiaca ſativa differt.

Mentha ſpicata anguſtifolia, glabra, ſpica latiore *D. Dale.* At *Bocking* in *Eſſex,* in a Meadow on the right Hand of the Way going from the Fulling-Mill to *Harries*-Mill. Differt a priori ſpica latiore & hirſuta.

Mentha ſpicata glabra, latiore folio *D. Dal.* An Mentha ſpicata longifolia, glabra ſive rubra *Hiſt. Ox. III.* 367? This

I obſerved in a Meadow on the right Hand of *Marwood* Bridge, leading from *Merſey* Iſland towards *Colcheſter.*

Menthaſtri aquatici genus hirſutum ſpica latiore *J. B. III.* 2. 222. Mentha paluſtris folio oblongo *C. B. Pin.* 228. Menthaſtrum minus *Ger. Em.* 685. Menthaſtrum hirſutum *Park.* 34. *Spiked Horſe-mint, or Water-mint with a groſſer Spike.* Found by the ſame Perſon by *Bocking* River-ſide, a little above the Fulling-mill, and in a Ditch near the Water-mill.

Mentha floribus capitatis, foliis lanceolatis ſerratis ſubpetiolatis. Mentha ſpicis brevioribus & habitioribus, foliis Menthæ fuſcæ, ſapore fervido Piperis *Syn. II.* 124. 5 M. ſaxifraga anguſtiore folio ſpicata, ſapore acri fervido *Pluk. Alm.* 129. piperata acuta *Pet. H. B.* 31. 10. *Pepper-mint.* Found by Dr. *Eales* in *Hertfordſhire,* and communicated to us; ſince by Mr. *Dale* in *Eſſex.*

Folia Menthæ fuſcæ ſive vulgaris *Park.* folia valde referunt, majora tamen ſunt & brevi lanugine hirſuta, ſpicæ in ſummis caulibus & ramulis breves, laxiores, rubentes. Tota planta ſapore eſt acri & fervido Piperis.

(Variat folio latiore & anguſtiore, quæque anguſtiore folio eſt, ei præcipue nomen *Plukenetii* convenit. Ceterum hæc ſpecies Siſymbriis potius quam ſpicatis annumeranda Menthis. Figuram hujus vide Tab. X. fig. 2.)

(Mentharum valde ferax eſt Anglia noſtra, nam præter ſpecies de novo hic additas, quatuor aliæ peculiaribus nominibus recenſentur a *Merreto* in *Pin.* & plures præter has tum a *D. Buddle,* tum a *D. Rand* obſervatæ ſunt. Sed cum de iis nobis nondum ſatis conſtet, ulteriori eas obſervationi relinquere neceſſe habuimus.)

Menthæ uſus præcipuus eſt in ventriculi imbecillitate, cruditate, ſingultu, vomitu, flatibus, ardore, hepatis obſtructione, inteſtinorum dolore, capitis vertigine. Menſes & album mulierum profluvium compeſcit. Extrinſecus duritiem mammarum, lactiſque coagulationem tollit, achores ſanat; *Schrod.* Aqua deſtillata ad vomitum reprimendum, & tormina inteſtinorum in infantibus uſus eſt creberrimi.

(Quæ vires tum omni Menthæ, tum ſpicatæ præ aliis ſpeciei competunt. Singulares namque & præcipuas vires obtinet Mentha piperata in ventriculi languore & diarrhœa ſimplici inde dependente, tum herba ipſius ſimplex,

plex, tum aqua deſtillata uſurpata. Sed oportet eam ob partium volatilitatem igne leni deſtillare. Id unum Mentharum encomio detrahere videtur, quod genituram extinguere auctores non vani tradiderint.)

Mentha floribus verticillatis, foliis ovatis acutis ſerratis, ſtaminibus corolla brevioribus. Mentha fuſca ſive vulgaris *Park.* 31. cardiaca *Ger.* 553. *Em.* 680. forte hortenſis verticillata Ocymi odore *C. B. Pin.* 227. verticillata minor, acuta, non criſpa odore Ocymi *J. B. III.* 2. 216. *Red-mint.*

Minus hirſuta eſt quam 3. ſpecies, folia longiora, acutiora, & obſcurius viridia. (This is a common Mint, but has no Scent ob Baſil; Mr. *S. Dale.)*

Mentha floribus verticillatis, foliis ovatis acutis ſerratis, ſtaminibus corollam æquantibus. Mentha ſeu Calamintha aquatica *Ger. Em.* 684. Cal. arvenſis verticillata *C. B. Pin.* 229. Mentha arvenſis verticillata hirſuta *J. B. III.* 2. 217. *Water-mint with whorled Coronets.* In locis humidis & ubi per hyemem aquæ ſtagnarant.

Mentha aquatica exigua *Trag. Lib. I. C.* 6. *ic.* hortenſis 4. *Fuchſ.* 291. *ic.* Calamintha aquatica Belgarum & Matthioli *Lob. Ic.* 505. arvenſis verticillata, ſive aquatica Belgarum Lobelii *Park.* 36. 37. In the Hop-ground at *Bocking* plentifully; Mr. *S. Dale.* Obſerved alſo by Mr. *Buddle,* in Company with Mr. *Franc. Dale,* by the Side of the New-river, near the upper End of *Stoke-newington.* Foliis glabris & anguſtioribus a priori differt.

Mentha arvenſis verticillata folio rotundiore, odore aromatico *D. Vernon.* Fonnd by Mr. *Wigmore*'s at *Shelford* in *Cambridgeſhire.*

Mentha verticillata *Riv. Irr. Mon. Ic.* criſpa verticillata *C. B. Pin.* 227. criſpa verticillata, folio rotundiore *J. B. III. P.* 2. 215. criſpa *Park.* 31. ſativa rubra *Ger.* 552. Aliquot cubitos alta eſt, folia glabra leviter rugoſa ſunt. In *Peckham-fields,* and on *Hackney-river,* near the Ferry-houſe. Huic ſimilem, hirſutie tamen foliorum diſcrepantem invenit *D. Tillem. Bobart* juxta rivulos quoſdam ad latera montis *Shot-over* prope Oxonium.

Mentha floribus verticillatis foliis ovatis obtuſis ſubcrenatis, caulibus ſubteretibus repentibus. Pulegium *J. B. III.* 2. 256. vulgare *Park.* 29. regium *Ger.* 545. latifolium *C. B. Pin.* 222. *Penny-royal, or Pudding-graſs.* Locis

paluſtribus & aquoſis ubi per hyemem aquæ ſtagnarant.

Uſus ejus præcipuus eſt in menſibus ciendis, fluore albo, fœtu ejiciendo. Confert hepaticis ac pulmoniacis, nauſeam & tormina ventris diſcutit, calculum & urinam pellit, ictero ac hydropi medetur. Extrinſecus prodeſt capiti, ſomnum arcet, doloribus arthriticis convenit, dentes abſterget, pruritum cutis curat, &c. *Schrod.* Viribus cum Mentha convenit, ſed vehementior eſt, & ad multa efficacior. Succus expreſſus ad Cochl. 1. menſuram cum tantillo Sacchari candi exhibitus tuſſim puerorum convulſivam ſeu catarrhum ferinum lenire & curare ſolet; *D. Boyle.*

GLECOMA.

CAL. Perianthium *monophyllum, tubulatum, cylindraceum, ſtriatum, minimum, perſiſtens:* ore *quinquedentato, acuminato, inæquali.* COR. *monopetala, ringens.* Tubus *tenuis, compreſſus.* Labium ſuperius *erectum, obtuſum, ſemibifidum.* Lab. inferius *patens, majus, obtuſum, trifidum:* lacinia intermedia *majori, emarginata.* STAM. Filamenta *quatuor, ſub labio ſuperiore, quorum* duo *breviora.* Antherarum *ſingulum par connivens in formam crucis.* PIST. Germen *quadrifidum.* Stylus *filiformis, ſub labio ſuperiori, inclinatus.* Stigma *bifidum, acutum.* PER. *nullum.* Calyx *in ſinu ſemina fovens.* SEM. *quatuor, ovata.*

Glecoma foliis reniformibus crenatis. Calamintha humilior, folio rotundiore *Inſt. R. H.* 194. Hedera terreſtris *Ger.* 705. terreſtris vulgaris *Park.* 676. *C. B. Pin.* 306. Chamæciſſus ſeu Hedera terreſtris *J. B. III.* 855. *Ground-ivy, Gill-go-by-ground, Alehoof, or Tunhoof.* Ad ſepes & macerias: Aprili menſe floret. (Variat ſubinde foliis eleganter diſſectis, ut & cauliculis erectioribus, brevioribus, & foliis minoribus, quam elegantioris titulo notavit *C. Bauhinus in Pin.* quæ in collibus circa *G. eenhithe* in Cantio alibique naſcitur paſſim.)

Hedera terreſtris montana *C. B. Pin.* 306. *Park.* 677. Hederæ terreſtris ſpecies montana *Cam. Epit.* 401. In ericetis inter *Charlton* and *Woolwich* pone ſylvam obſervata a *D. Dillenio.* At *Wigleſworth*, near *Settle*, in *Yorkſhire*, inter ſegetes; *Merr. P.*

Foliis ſubrotundis, flagellis reptatricibus, odore fœtido, florum

florum labio ſuperiore bifido & reflexo, ab aliis Verticillatis diſtinguitur.

Vulneraria eſt, tum intro aſſumpta, tum extus adhibita, diuretica, emmenagoga; uſus creberrimi in Tartaro pulmonum & renum reſolvendo: ictero etiam conferre dicitur, & ad dolores colicos conducere in clyſteribus. Pulvis ſummitatum contuſarum & in ſole exſiccatarum in tuſſi gravi & pertinace, inque phthiſi ſummopere prodeſt, &c. V. *Willis Pharmaceut. Rational. Part. II. Sect.* 1. *Cap.* 6. Succus herbæ naribus attractus cephalalgiam etiam vehementiſſimam & inveteratam non lenit tantum, ſed & penitus aufert, autore *Joan. Oldacros* ludimagiſtro olim Tamworthenſi. Angli olim (& nunc etiam) doliis immiſſa uti ſoliti ſunt ad depurandam ſeu clarificandam cereviſiam.

Glecoma foliis cordatis oblongis crenatis, caule hiſpido erecto. Sideritis humilis lato obtuſo folio *Ger. Em.* 699. Sid. Hederulæ folio *Park.* 587. Sid. Alſines Triſſaginis folio *Ejuſd.* & *C. B. Pin.* 233. *Pr.* 111. Marrubiaſtrum vulgare *J. R. H.* 190. Stachys arvenſis minima *Riv. Irr. Mon.* Icon. Inter ſegetes, præſertim in Septentrionalibus.

Parva eſt & annua, foliis brevibus obtuſis, hirſutis, floribus parvis, pallide purpureis, ad cauliculorum nodos foliis intermixtis, ſeminibus nigris.

Sideritis arvenſis latifolia hirſuta lutea *Syn. II.* 130. 3. lutea *Pet. Herb. B.* 33. 10. *Yellow-flowered Field-ironwort.* In the Weſt-riding of *Yorkſhire*, about *Wakefield*, *Darfield*, *Sheffield*, &c. among the Corn plentifully. Floris colore luteo, foliiſque latioribus a ſequenti differt. Hanc a Sideritide arvenſi latifolia *Ger. C. B. Park.* jam diverſam agnoſco. Miror interim nullam ejus (cum in exteris regionibus ſatis frequens ſit) a Botanicis mentionem factam.

L A M I U M.

CAL. Perianthium *monophyllum, tubulatum, ſuperne patentius, deſinens in ariſtas quinque, acutas, ſubæquales; perſiſtens.* Cor. *monopetala ringens.* Tubus *cylindraceus, breviſſimus.* Limbus *dehiſcens.* Faux *inflata, compreſſa, gibba, utrinque denticulo reflexo terminata.* Labium ſuperius, *fornicatum, ſubrotundum, obtuſum, integrum.* Lab. inferius *brevius, ob-cordatum, emarginatum, reflexum.* Stam. Filamenta *quatuor, ſubulata,*

bulata, ſub labio ſuperiori tecta, quorum duo *longiora,* Antheræ *oblongæ, hirſutæ.* PIST. Germen *quadrifidum.* Stylus *filiformis, longitudine & ſitu ſtaminum.* Stigma *bifidum, acutum.* PER. *nullum.* Calyx *apertus, ſemina ſuperne plana in ſinu gerens.* SEM. *quatuor, brevia, triquetra, hinc convexa, utrinque truncata.*

Lamium foliis cordatis acuminatis ſerratis petiolatis. Lamium album *Ger.* 567. vulgare album ſeu Archangelicum flore albo *Park.* 604. album non fœtens, folio oblongo *C. B. Pin.* 231. Galeopſis ſeu Urtica iners floribus albis *J. B. III.* 322. *White Archangel, or dead Nettle.* Ad ſepes, & in dumetis.

Flores Lamii albi ad fluorem mulierum album, rubri ad rubrum ſpecifice celebrantur. Decoctum hujus ad dyſenteriam valere creditur.

Lamium foliis cordatis obtuſis petiolatis. Lamium rubrum *Ger.* 568. vulgare folio ſubrotundo flore rubro *Park.* 604. purpureum fœtidum folio ſubrotundo, ſive Galeopſis Dioſcoridis *C. B. Pin.* 230. Galeopſis ſeu Urtica iners folio & flore minore *J. B. III.* 323. *Small dead Nettle, or red Archangel.* Ad ſepes & macerias, inque locis ruderatis & hortorum areis.

Lamium foliis floralibus ſeſſilibus amplexicaulibus obtuſis. Lamium folio caulem ambiente majus & minus *C. B. Pin.* 231. Galeopſis ſeu Urtica iners minor folio caulem ambiente *J. B. III.* 853. Alſine hederula altera *Ger.* 493. hederulæ folio major *Park.* 762. *Great Henbit.* In arvis & hortis.

GALEOPSIS.

CAL. Perianthium *monophyllum, tubulatum, deſinens in ariſtas quinque, acutas, longitudine ipſius tubi perſiſtens.* COR. *monopetala ringens.* Tubus *brevis.* Limbus *dehiſcens.* Faux *tubo paulo latior, calycis longitudine, ad baſin labii inferioris utrinque denticulum acuminatum, concavum exſerens.* Labium ſuperius *ſubrotundum, concavum apice ſerratum.* Lab. inferius *trifidum:* laciniis lateralibus *ſubrotundis:* media *majore, emarginata, crenata.* STAM. Filamenta *quatuor, ſubulata, ſub labio ſuperiori recondita, quorum* duo *breviora.* Antheræ *ſubrotundæ, bifidæ.* PIST. Germen *quadrifidum.* Stylus *filiformis, longitudine & ſitu ſtaminum.* Stigma *bifidum, acutum.* PER. *nullum.* Calyx *rigidus, rectus, in fundo ſemina continens.* SEM. *quatuor, triquetra, truncata.*

Ga-

Galeopſis internodiis caulinis æqualibus: verticillis omnibus remotis. Sideritis arvenſis rubra *Park.* 587. arvenſis, anguſtifolia rnbra *C. B. Pin.* 233. Sid. 7. *Ger. Em.* 699. Ladanum ſegetum quorundam, flore rubro & albo *J. B. III.* 855. *Narrow-leafed Allheal, or Ironwort.* Inter ſegetes ubique fere; floret a media æſtate in Autumnum. Flos pro plantæ modo amplus eſt & pulcher. Folia rugoſa ſeu nervoſa.

Vulneraria eſt, ut nomen arguit, intus & extra, præcipue in herniis.

Galeopſis internodiis ſuperne incraſſatis, verticillis ſummis ſubcontiguis. Lamium cannabino folio, flore amplo luteo, labio purpureo *Syn. II.* 129. 8. cannabinum aculeatum, flore ſpecioſo luteo, labiis purpureis *Pluk. Alm.* 204. *T.* 41. *f.* 4. Cannabis ſpuria flore pallido, labro purpureo elegante *Merr. Pin.* An Cannabis ſpuria altera *Park.* 599? *Fair-flowered Nettle-hemp, or rather Hemp-leafed dead Nettle, with a party-coloured Flower.* Segetes frigidiorum & humidiorum tractuum hac ſcatent; ut Septentrionales montoſæ. (Inter ſegetes prope *Kighley*, & per totum Cravoniæ tractum; Dr. *Richardſon.*) Near the Cock Inn in *Watling-ſtreet, Shropſhire*; Dr. *Watſon.*

Lamium cannabinum floribus albis, verticillis purpuraſcentibus *Dood. Syn. II. App.* 342.

Caulem habet bipedalem, eminenter nodoſum, hirſutum. Singuli ramuli (qui plures ſunt) in 4, 5, vel 6 verticillos terminantur, velut totidem ſpicas ex floribus albis majoribus, e calycibus purpuraſcentibus, qui in 5 ſpinulas concolores longiſſimas deſinunt, exeuntibus, compoſitas. Flores, ſi caute aſpiciuntur, levi rubedine tincti apparent, & labium luteo notatum. Genicula rubent: folia anguſtiora ſaturate virent, & toto habitu a vulgari differre videtur. Cum vulgari flore albo diligenter contuli, & differentia plane patuit. Per multos annos obſervavi prope *Neat-houſes*, & via quæ illinc ducit ad *Chelſea*, ubi alia ſpecies non invenitur; *Dood.*

Planta quam pro Urtica aculeata foliis ſerratis altera *C. B.* oſtenderunt Pariſienſes, quæque deſcriptioni Bauhinianæ ſatis apte reſpondet, ab hac ſpecie diverſa eſt; prout me certiorem fecit; *D. Sherard.*

Herba tuſa & impoſita valere creditur ad tumores quoſcunque diſcutiendos, necnon ad inflammationes, plagas, ulcera

ulcera putrida & vulnera. Speciatim ad ſcrophulas commendatur.

Galeopſis verticillis ſexfloris: involucro tetraphyllo. Laminum luteum *Ger.* 567. *Park.* 606. folio oblongo luteum *C. B. Pin.* 231. Galeopſis ſeu Urtica iners flore luteo *J. B. III.* 323. *Yellow Archangel, or dead Nettle.* In ſylvis dumetis & umbroſis.

Lamium luteum, foliis anguſtiſſimis, noſtras *Pluk. Alm.* 203.

Lamium cannabino folio vulgare. Cannabis ſpuria *Ger.* 573. 1. *Park.* 599. ſylveſtris quorundam, Urticæ inerti affinis *J. B. III.* 854. Urtica aculeata foliis ſerratis *C. B. Pin.* 232. *Nettle-hemp, or rather Hemp-leafed dead Nettle.* In arvis. Variat floris colore, qui communiter purpureus eſt, rarius albus.

Cannabis ſpuria flore albo magno, eleganti *Merr. Pin.* I have obſerved *Cannabis ſpuria*, in ſeveral Places, with a larger Flower than uſual, but took it only for a Variety; *D. Richardſon.* *D. Merret* obſerved it along the Ditches from *Scrooby* to *Sherwood* Foreſt, and Mr. *Lawſon* plentifully on the Skirts of *Croſs-fell*, and other Places of *Weſtmoreland* and *Cumberland*; *T. Robinſon N. Hiſt. of Weſtm.* 90.

STACHYS.

CAL. Perianthium *monophyllum, tubulatum, angulatum, ſemiquinquefidum, perſiſtens:* denticulis *acuminatis, ſubulatis, ſubinæqualibus.* COR. *monopetala, ringens.* Tubus *breviſſimus.* Faux *oblonga, ad baſin deorſum gibba.* Labium ſuperius *erectum, ſubovatum, fornicatum, ſæpe emarginatum.* Lab. inferius *majus reflexum, trifidum:* lacinula intermedia *maxima, emarginata, replicata.* STAM. Filamenta *quatuor, quorum* duo *breviora, ſubulata, ad labium ſuperius inclinata, eoque breviora.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *quadripartitum.* Stylus *filiformis, ſitu & longitudine ſtaminum.* Stigma *bifidum, acutum.* PER. *nullum.* Calyx *vix mutatus.* SEM. *quatuor, ovata, angulata.* OBS. *Galeopſis T.* Labium ſuperius fornicatum. *Stachys T.* Labium ſuperius erectum.

Stachys verticillis ſexfloris, foliis cordatis petiolatis. Galeopſis legitima Dioſcoridis *Park.* 908. vera *Ger. Em.* 709. Galeopſis ſive Urtica iners magna fœtidiſſima *J. B. III.* 853. Lamium maximum ſylvaticum fœtidum *C. B. Pin.* 231. *Hedge-nettle.* Ad ſepes æſtate floret.

Foliis

Foliis Urticæ, odore fœtido, ſeminibus minoribus nigris ab Hormino differt.

Lamium ſylvaticum ſpicatum fœtidum, folio anguloſo minus *Pluk. Alm.* 128. Angliæ ſylvicola eſt.

Stachys verticillis ſexfloris, foliis lineari-lanceolatis ſemiamplexicaulibus. Sideritis Anglica ſtrumoſa radice *Park.* 587. Panax coloni & Marrubium aquaticum acutum *Ger.* 565. & 852. Stachys paluſtris fœtida *C. B. Pin.* 236. Galeopſis anguſtifolia fœtida *J. B. III.* 854. paluſtris Betonicæ folio, flore variegato *J. R. H.* 185. *Clowns Allheal.* Ad fluvios & in aquoſis paſſim.

Stachys verticillis multifloris, foliorum ſerraturis imbricatis. Stachys Fuchſii *J. B. III.* 319. *Ger.* 563. major Germanica *C. B. Pin.* 236. *Park.* 48. *Baſe Horehound.* Nigh *Whitney* Park in *Oxfordſhire*, and thereabout, plentifully. In a Lane near *Charlbury*, in *Oxfordſhire*, plentifully.

Marrubio, quocum verticillis denſis & canitie ſua convenit, elatior eſt & erectior, foliis longioribus & acutioribus.

B A L L O T A.

CAL. Involucrum *dimidiatum: foliolis linearibus.* Perianthium *monophyllum, tubulatum, hypocrateriforme, pentagonum, oblongum, decem ſtriis, erectum, perſiſtens, æquale: ore acuto, patulo, plicato, quinquedentato.* COR. *monopetala, ringens.* Tubus *cylindraceus, longitudine calycis.* Labium ſuperius *erectum, ovatum, integrum, crenatum, concavum.* L. inferius *trifidum, obtuſum:* lacinula intermedia *majori, emarginata.* STAM. Filamenta *quatuor, quorum* duo *breviora, ſubulata, inclinata ad labium ſuperius, eoque breviora.* Antheræ *oblongæ, laterales.* PIST. Germen *quadrifidum.* Stylus *filiformis, ſitu & figura ſtaminum.* Stigma *tenue, bifidum.* PER. *nullum.* Calyx *immutatus, ſemina in ſinu fovens.* SEM. *quatuor, ovata.* OBS. Involucrum Clinopodii; Calyx Marrubii; Corolla Stachyos; adeoque Marrubio proxima.

Ballota foliis cordatis indiviſis ſerratis. Ballotte *Matth.* 825. Marrubium nigrum *Ger. Em.* 701. nigrum ſeu Ballotte *J. B. III.* 318. nigrum fœtidum, Ballotte dictum *Park.* 1230. nigrum fœtidum, Ballotte Dioſcoridis *C. B. Pin.* 230. *Stinking Horehound.* In ruderatis & ad ſepes.

Odore

Odore fœtido Lamium refert, a quo differt floribus in ſingulis pediculis e ſingulis foliorum alis egreſſis pluribus confertis, calycibus minus patulis & longioribus.

Herbæ decoctum præſtantiſſimum eſt remedium in affectibus hypochondriacis, itemque in hyſtericis; *D. Bowle.*

MARRUBIUM.

CAL. Perianthium *monophyllum, infundibuliforme, tubulatum, decemſtriatum:* ore *æquali, patulo, ſæpe decemdentato:* denticulis *alternis, minoribus.* COR. *monopetala, ringens.* Tubus *cylindraceus.* Limbus *dehiſcens,* fauce *longa, tubulata.* Labium ſuperius *erectum, lineare, ſemibifidum, acutum.* Lab. inferius *reflexum, latius, ſemitrifidum:* lacinia media *latiori, emarginata*; lateralibus *acutis.* STAM. Filamenta *quatuor, corolla breviora, ſub labio ſuperiori poſita, quorum* duo *longiora.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *quadrifidum.* Stylus *filiformis, longitudine & ſitu ſtaminum.* Stigma *bifidum.* PER. *nullum.* Calyx *collo coarctatus, ore expanſus, ſemina includens.* SEM. *quatuor, oblongiuſcula.*

Marrubium dentibus calycinis ſetaceis uncinatis. Marrubium album *J. B. III.* 316. *Ger.* 561. album vulgare *C. B. Pin.* 230. *Park.* 44. *White Horehound.* Ad vias publicas & in locis ruderatis.

Marrubium nigrum flore albo apud *Tunbridge* hoc anno invenit *D. Dare* Pharmacopœus Londin. Odorem ſed languidum Ballotes ſpirat. Folia pallidiora & minora ſunt. An ſpecies diſtincta ſit necne mihi nondum plane conſtat: verum cum in hortum tranſtulerim brevi patebit; *Dood. Syn. II. App.* 342.

Pneumonicum eſt inſigne. Succus expreſſus cum melle (ut præſcribit *Dioſcorides*) aut potius Syrupus e Praſſio aſthmaticis, tuſſientibus & tabidis opitulatur; verum ob caliditatem inſignem ſenibus potius & frigidis, quam juvenibus & calidis exhibendus eſt. Idem cum oleo tartari per deliquium medicamentum eſt ad icterum nulli ſecundum. Pulvis foliorum interaneorum vermes necat: valere dicitur & in partu difficili lochiiſque retentis.

LEO-

LEONURUS.

CAL. Perianthium *monophyllum, tubulatum, cylindraceo-angulatum, pentagonum, quinquedentatum, perſiſtens.* COR. *monopetala, ringens.* Tubus *anguſtus.* Limbus *dehiſcens.* Fauce *longa.* Labium ſuperius *longius, ſemicylindraceum, concavum, gibbum, apice rotundato-obtuſum, integrum, villoſum:* Lab. inferius *reflexum, tripartitum,* laciniis *lanceolatis, fere æqualibus.* STAM. Filamenta *quatuor, ſub labio ſuperiori tecta, quorum* duo *breviora.* Antheræ *oblongæ, compreſſæ, in medio bifidæ, incumbentes, adſperſæ Punctis elevatis, globoſis, nitidis, ſolidis, minimis.* PIST. Germina *quatuor.* Stylus *filiformis, longitudine & ſitu ſtaminum.* Stigma *bifidum, acutum.* PER. *nullum.* Calyx *immutatus, ſemina ſe ipſo breviora continens.* SEM. *quatuor, oblonga, hinc convexa, inde angulata.*

Leonurus foliis caulinis lanceolatis trilobis. Cardiaca *J. B. III.* 320. *Park.* 41. 42. Marrubium Cardiaca dictum, forte 1. Theophraſti *C. B. Pin.* 230. *Motherwort.* In fimetis & extra hortos. Folia ejus ſubrotunda & profunde laciniata.

Cardialgiæ conferre argumento eſt nomen: decoctum herbæ aut pulverem cum ſaccharo mixtum in palpitatione cordis, lienis morbis & affectibus hyſtericis admirandæ virtutis & efficaciæ medicamentum eſſe affirmat *D. Bowle.*

Calyces bilabiati.

CLINOPODIUM.

CAL. Involucrum *multiſetum, longitudine perianthii, verticillo ſubjectum.* Perianthium *monophyllum, cylindraceum, leviſſime incurvum,* ore *bilabiato:* Labio ſuperiore *latiori, trifido, acuto, reflexo;* Lab. inferiore *bipartito, tenui, inflexo.* COR. *monopetala, ringens.* Tubus *brevis, ſenſim ampliatus in faucem.* Labium ſuperius *erectum, concavum, obtuſum, emarginatum.* L. inferius *trifidum, obtuſum:* lacinula media *latiore, emarginata.* STAM. Filamenta *quatuor, ſub labio ſuperiore, quorum* duo *breviora.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *quadripartitum.* Stylus *filiformis, ſitu & longitudine ſtaminum.* Stigma *ſimplex, acutum, compreſſum.* PER. *nullum.* Calyx *collo contractus, ventre gibbus, ſemina continens.* SEM. *quatuor, ovata.*

Clinopodium

Clinopodium capitulis ſubrotundis hiſpidis, bracteis ſetaceis. Clinopodium Origano ſimile *C. B. Pin.* 224. quorundam Origani facie *J. B. III.* 2. 250. Acinos *Ger.* 548. ſive Clonopodium majus *Park.* 22. *Great wild Baſil.* Ad ſepes & in vepretis paſſim.

Foliis eſt Majoranæ ſylveſt. ſeu Origani, verticillis denſis circa caulium nodos; Florum tubis quam in Origano longioribus; calycibus in quinque ſpinulas terminatis, quo a Marrubio differt.

ORIGANUM.

CAL. Involucrum *ſpicatum:* foliolis *imbricatis, ovatis, coloratis compoſitum.* Perianthium *inæquale, varium.* COR. *monopetala, ringens.* Tubus *cylindraceus, compreſſus.* Labium ſuperius *erectum, planum, obtuſum, emarginatum.* Lab. inferius *trifidum:* laciniis *ſub-æqualibus.* STAM. Filamenta *quatuor, filiformia, longitudine corollæ, quorum* duo *longiora.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *quadrifidum.* Stylus *filiformis, ad labium ſuperius corollæ inclinatus.* Stigma *leviſſime bifidum.* PER. *nullum.* Calyx *connivens, in ſinu ſemina fovens.* SEM. *quatuor, ovata.*

Origanum ſpicis ſubrotundis paniculatis conglomeratis, bracteis calyce longioribus ovatis. Origanum vulgare ſpontaneum *J. B. III.* 236. Anglicum *Ger.* 541. ſylveſtre, Cunila bubula Plinii *C. B. Pin.* 223. Majorana ſylveſtris *Park.* 12. *Wild Marjoram.* Ad ſepes & in dumetis.

Hujus capitula ſingularia ſquamoſa ex pluribus foliolorum conjugationibus ſquamatim ob proximitatem incumbentibus componuntur; e ſingulorum autem ſinubus ſinguli flores exeunt; foliola iſthæc figura ſua & lævitate, parvitateque a reliquis quæ in caule diverſa. Notæ hæ quamvis reliquis hujus generis conveniunt, quoniam tamen nulla præter hanc & ſequentem ſpecies Majoranæ aut Origani in Anglia ſponte provenit, ad diſtinctionem ſufficiunt.

Origanum ſpicis oblongis aggregatis hirſutis, foliis cordatis tomentoſis. Origanum Onites *C. B. Pin.* 223. Majorana major Anglica *Ger. Em.* 664. Majorana latifolia, ſive major Anglica *Park.* 12. *Pot-marjoram.* On the left Hand of the Road from *Braintree* to *Raine*, beyond the Bridge; Mr. *Dale.*

Abſterget

Abſterget & aſtringit. Uſus præcipuus in obſtructione pulmonum, hepeatis ac uteri, & hinc in tuſſi, aſthmate, ictero. Auget lac, ichoroſa excrementa per ſudorem expellit, extrinſecus venit uſu crebriore, eoque in balneis uterinis, cephalicis, totius corporis contra ſcabiem; *Schrod.* Hæc de Origano Officinarum præcipue accipienda ſunt.

THYMUS.

CAL. Perianthium *monophyllum, tubulatum, ſemibifidum in duo labia, perſiſtens, fauce villis clauſa:* Lab. ſuperiori *latiore, plano, erecto, tridentato.* Lab. inferiori *biſeto, longitudine æquali.* COR. *monopetala, ringens.* Tubus *longitudine calycis.* Faux *parva.* Labium ſuperius *brevius, planum, erectum, emarginatum, obtuſum.* L. inferius *longius, patens, latius, trifidum, obtuſum:* lacinia media *latiore.* STAM. Filamenta *quatuor, incurva, quorum* duo *longiora.* Antheræ *parvæ.* PIST. Germen *quadripartitum.* Stylus *filiformis.* Stigma *bifidum, acutum.* PER. *nullum.* Calyx *collo anguſtatus, ſemina in ſinu fovens.* SEM. *quatuor, parva, ſubrotunda.*

Thymus floribus capitatis, caulibus repentibus, foliis planis obtuſis baſi ciliatis. Serpyllum vulgare *Ger.* 455. *J. B. III.* 2. 269. vulgare minus *Park.* 8. *C. B. Pin.* 220. *Common Mother of Thyme.* In montoſis & paſcuis ſicccioribus, inque formicarum tumulis ubique. (Flore albo, Plentifully betwixt *Teddington and Hampton-court.)*

Serpylli vulgaris ſecundum genus *J. B. III.* 2. 269. Serpyllum vulg. flore amplo. *Common Mother of Thyme, with large Flowers.* Cum præcedente, cujus varietas duntaxat eſſe videtur.

Serpyllum vulgare majus *C. B. Pin.* 220. majus flore purpureo & albo *Ger.* 456. latifolium *Pet. H. B.* 31. 3. ubi male pro Thymo vulgari latiori *C. B. Raj. H.* 521. 2. proponitur. In *Okey-hole, Somerſetſhire,* referente *Petivero.*

Serpyllum citratum *Ger. Em.* 571. *Park.* 8. Citrei odore *J. B. III.* 2. 270. foliis Citri odore *C. B. Pin.* 220. *Lemon-Thyme.* In montoſis, agro præſertim Cantiano, ſed rarius.

Serpyllum anguſtifolium glabrum *C. B. Pin.* 220. odore Juglandis *J. B. III.* 2. 270. anguſto glabroque folio *Cluſ. H.* 350. Pannonicum Cluſii *Park.* 8. Obſerved on *Boxley-hill,* near *Kitt*'s Coffee-houſe, by Mr. *J. Sherard.*

Serpyllum vulgare hirſutum. *Hoary wild Thyme.* On *Gogmagog* Hills, and the like barren Places. Vix alia in re quam foliorum hirſutie a prima ſpecie differre videtur.

Serpyllum villoſum fruticoſus floribus dilute rubentibus. Serp. latifolium hirſutum *C. B. Pin.* 220. *Prod.* 108. *The more ſhrubby hairy Mother of Thyme, with pale red Flowers.* In paſcuis ad ſummitatem montis y Wydhva prope Eccleſiam S. Periſii in Arvonia. *D. Lhwyd.* (At *Snowdon*; *Mr. J. Sherard.)*

Serpyllum hirſutum, minus, repens, inodorum *Pluk. Alm.* 344. Qui ex Hibernia a *D. Bonavert*, accepit.

Serpyllo folia brevia & latiuſcula, flores in ſummis cauliculis & ramulis in capitula laxa & habitiora congeſti; ramuli procidui.

Cephalicum eſt, uterinum ac Stomachicum. Menſes & urinas movet, utile eſt in ſpaſmo & expuitione cruenta, torminibus ventris, &c. Extrinſecus arcet vigilias, cephalalgias, vertigines, &c. *Schrod.*

Thymus floribus verticillatis, pedunculis unifloris, caulibus erectis ſubramoſis, foliis acutis ſerratis. Acinos multis *J. B. III.* 2. 259. Ocymum ſylveſtre *Ger.* 548. Clinopodium minus ſeu vulgare *Park.* 21. arvenſe Ocymi facie *C. B. Pin.* 225. *Wild Baſil.* In montoſis cretaceis aridis & glareoſis locis. Acinos Anglicum *Cluſ.* nobis nihil aliud eſſe videtur quam hujus varietas foliis ludens non crenatis.

Acinos foliis eſt Serpylli aut Ocymi minoris; floribus in verticillis ad caulium nodos foliis intermixtis, calyculis oblongis ſtriatis, collo anguſto, ventre turgidiore, quo cum verticillatis fruticoſis convenit. Mulierculis botanopolis Londinenſibus Polium montanum olim dicta eſt hæc herba, quo nomine Londino ad nos miſſa.

MELISSA.

CAL. Perianthium *monophyllum, ſubcampanulatum, patentiuſculum, angulatum, ſtriatum, perſiſtens,* ore *bilabiato.* Labium ſuperius *tridentatum, reflexo patens, planum*; Lab. inferius *brevius, acutiuſculum, bipartitum.* COR. *monopetala, ringens.* Tubus *cylindraceus.* Faux *dehiſcens.* Labium ſuperius *brevius, erectum, fornicatum, ſubrotundum, emarginatum.* Lab. inferius *trifidum:* lacinia media *majori, obcordata.* STAM. Filamenta *quatuor, ſubulata, quorum* duo *longitudine corollæ,* duo *dimidio breviora.* Antheræ *parvæ, per paria conniventes.* PIST.

Ger-

Germen *quadrifidum.* Stylus *filiformis, longitudine corollæ, cum ſtaminibus ſub labio ſuperiore corollæ inclinatus.* Stigma *tenue, bifidum, reflexum.* PER. *nullum.* Calyx *major, immutatus, in ſinu ſemina fovens.* SEM. *quatuor, ovata.*

Meliſſa pedunculis axillaribus dichotomis longitudine foliorum. Calamintha vulgaris *Park.* 36. vulgaris Officinarum *Ger. Em.* 687. vulgaris, vel Officinarum Germaniæ *C. B. Pin.* 228. flore magno vulgaris *J. B. III.* 2. 228. vel potius exiguo flore *Ejuſdem.* *Common Calamint.* In viis publicis & ad aggeres ſepium & foſſarum, ſed rarius.

Hujus folia majora ſunt, latiora & pro magnitudine breviora quam illius, quæ odore eſt Pulegii. Duplex eſt, flore magno, & flore parvo, ſeu quinta *C. B.* quæ ultima apud nos frequentius reperitur.

Meliſſa pedunculis axillaribus dichotomis folio longioribus, caule decumbente. Calamintha odore Pulegii *Ger. Em.* 687. Pulegii odore ſeu Nepeta *C. B. Pin.* 228. altera odore Pulegii, foliis maculoſis *Park.* 36. flore minore, odore Pulegii *J. B. III.* 2. 229. *Field Calamint.* Ad vias publicas, in aggeribus ſepium & agrorum marginibus. Autumno floret.

Foliis minoribus, odore Pulegii ſeu Siſymbrii, caulibus in terram magis reclinatis a præcedente diſtinguitur.

Calidior eſt & acrior quam Mentha, partium tenuium; ſtomachica & uterina imprimis: menſes ciet, urinam movet, hepar reſerat, tuſſi medetur; *Schrod.*

MELITTIS.

CAL. Perianthium *monophyllum, campanulatum, teres, rectum,* ore *bilabiato:* Labium ſuperius *altius, emarginatum, acutum.* Lab. inferius *brevius, bifidum, acutum,* lacinulis *dehiſcentibus.* COR. *monopetala, ringens.* Tubus *calyce longe anguſtior.* Faux *vix tubo craſſior.* Labium ſuperius *erectum, ſubrotundum, planum.* Lab. inferius *patens, trifidum, obtuſum:* lacinula intermedia *majori, crenata.* STAM. Filamenta *quatuor, ſubulata, ſub labio ſuperiori, quo breviora, quorum* intermedia *breviora* exterioribus. Antheræ *conniventes per paria in crucem, bifidæ, obtuſæ.* PIST. Germen *obtuſum, quadrifidum, villoſum.* Stylus *filiformis, longitudine & ſitu ſtaminum.* Stigma *bifidum, acutum.* PER. *nullum.* Calyx *immutatus, in fundo ſemina continens.* SEM. *quatuor.* OBS. Calycis labium inferius interdum crenatum conſpicitur.

Melittis. Meliſſa Fuchſii *Lob. Ic.* 515. *Ger. Em.* 690. adulterina quorundam, amplis foliis & floribus, non grati odoris *J. B. III.* 233. Melyſſophyllon Fuchſii *Park.* 41. Lamium montanum Meliſſæ folio *C. B. Pin.* 231. *Baum-leafed Archangel, Baſtard-baum.* In ſeveral Woods in the Weſt of *England*, as about *Totneſs* in *Devonſhire*, and *Haverfordweſt* in *Pembrokeſhire*.

SCUTELLARIA.

CAL. Perianthinm *monophyllum, breviſſimum, tubulatum*, ore *ferme integro, ſquamula incumbente operculi inſtar clauſilis.* COR. *monopetala, ringens.* Tubus *breviſſimus, retrorſum flexus.* Faux *longa, compreſſa.* Labium ſuperius *concavum, trifidum:* lacinula media *concava, emarginata*, lateralibus *planis, acutiuſculis*, intermediæ *ſubjectis.* Lab. inferius *latius, emarginatum.* STAM. Filamenta *quatuor, ſub labio ſuperiore recondita, quorum* duo *longiora.* Antheræ *parvæ.* PIST. Germen *quadripartitum.* Stylus *filiformis, ſitu & longitudine ſtaminum.* Stigma *ſimplex, incurvatum, acuminatum.* PER. *nullum.* Calyx *clauſus, galeiformis, capſulæ vicem gerens, triqueter, margine inferiore dehiſcens.* SEM. *quatuor, ſubrotunda.* OBS. Solo fructu ab omnibus aliis abunde diſtinguitur; Calyx enim galeæ cavitatem criſtâ & operculo repræſentat.

Scutellaria foliis cordato-lanceolatis crenatis, floribus axillaribus. Caſſida paluſtris vulgatior flore cœruleo *Inſt. R. H.* 182. Lyſimachia cœrulea galericulata ſeu Gratiola cœrulea *C. B. Pin.* 246. Tertianaria, aliis Lyſimachia galericulata *J. B. III.* 435. Lyſimachia galericulata *Ger. Em.* 477. cœrulea, ſeu latifolia major *Park.* 221. *Hooded Willow-herb.* In aquoſis ad fluvios & foſſas.

Caſſida paluſtris minima, flore purpuraſcente *Inſt. R. H.* 182. Lyſimachia galericulata minor *Syn. II.* 132. 2. Gratiola latifolia *Ger.* 466. latifolia ſeu noſtras minor *Park.* 221. *The leſſer hooded Looſeſtrife.* In paluſtribus Julio & Auguſto menſibus. Parvitate ſua, florum colore carneo, & foliis brevioribus a præcedente differt.

Utriuſque communes notæ ſunt floſculi oblongi in ſingulis foliorum alis ſinguli; calyx clauſus ſeu operculatus, crepidæ aut calceamenti calcaneum referens.

BRU-

BRUNELLA.

CAL. Perianthium *monophyllum, bilabiatum, fauce brevius, perſiſtens.* Labium ſuperius *planum, latius, truncatum, leviſſime tridentatum.* Lab. inferius *erectum, anguſtius, acutum, ſemibifidum.* COR. *monopetala, ringens.* Tubus *brevis, cylindraceus.* Faux *oblonga.* Labium ſuperius *concavum, integrum, nutans.* L. inferius *reflexum, trifidum, obtuſum:* lacinia media *latiori, emarginata, ſerrata.* STAM. Filamenta *quatuor, ſubulata, quorum* duo *paulo longiora, apice ferme bifurca.* Antheræ *ſimplices, inſertæ filamentis infra apices, tanquam in altero ramo.* PIST. Germen *quadripartitum.* Stylus *filiformis, cum ſtaminibus ad labium ſuperius inclinatus.* Stigma *emarginatum.* PER. *nullum.* Calyx *clauſus, ſemina fovens.* SEM. *quatuor, ſubovata.* OBS. Eſſentialis character conſiſtit in filamentis bifurcis, uti Crambes.

Brunella foliis ovato-oblongis petiolatis. Brunella bracteis cordatis. Prunella *Ger.* 507. vulgaris *Park.* 1680. flore minore vulgaris *J. B. III.* 428. Prunella major folio non diſſecto *C. B. Pin.* 260. *Common Self-heal.* In paſcuis ubique. (Variat flore carneo prope *Crediton* in *Devonia*; *Merr. P.)*

Vulneraria eſt, cum Bugula viribus conveniens. Intrinſecus in vulnerariis potionibus: extrinſecus etiam in recentibus vulneribus uſurpatur, creberrime in angina, aliiſque affectibus oris & faucium, quorum ardorem extinguit, quem Germani *Die Breune* vocant: unde Brunellæ nomen herbæ inditum.

ANGIOSPERMIA.

Angioſpermia. (*Perſonati* Tournef.) diſtinguuntur ab antecedentibus, quod *Pericarpium* ſemper tegat ſemina, ſub quacunque forma. *Stigma* communiter obtuſum eſt.

Stigma *ſimplex*; Corollæ perſonatæ.

BARTSIA.

CAL. Perianthium *monophyllum, tubulatum, perſiſtens:* ore *obtuſo, bifido:* laciniis *emarginatis, apicibus coloratis.*

Cor. *monopetala, ringens.* Labium ſuperius *erectum, tenue, integrum, calyce longius.* Lab. inferius *reflexum, trifidum, obtuſum, minimum.* Stam. Filamenta *quatuor, ſetacea, longitudine labii ſuperioris, quorum* duo *paulo breviora.* Antheræ *oblongæ, approximatæ, ſub apice labii ſuperioris.* Pist. Germen *ovatum.* Stylus *filiformis, ſtaminibus longior.* Stigma *obtuſum, nutans.* Per. Capſula *ovata, compreſſa, acuminata, bilocularis, bivalvis, diſſepimento oppoſito.* Sem. *numeroſa, angulata, parva.* Obs. Eſt genus quaſi medium inter Rhinanthum, Euphraſiam & Pedicularem.

Bartſia foliis ſuperioribus alternis ſerratis, floribus lateralibus. Euphraſia major lutea latifolia paluſtris *Syn. II.* 163. 4. lutea latifolia paluſtris *Pluk. Alm.* 142. *T.* 27. *f.* 5. An Criſtæ galli affinis planta Romana, ſeu Criſta galli major Italica *J. B? Great yellow Marſh Eyebright.* Euphr. latifol. viſcata ſerrata *H. R. Blæſ.*

Cratæogono Euphroſynes facie aut Criſtæ galli non admodum diſſimilis eſt. Radix ei ſimplex, alba, ſapore nullo inſigni. Caulis pedalis, teres, hirſutus. Folia in caulibus nunc bina ex adverſo, nunc alternatim adnata abſque pediculis, e lata baſi in tenuem mucronem ſenſim deſinentia, ſeſquiunciam longa, per margines dentata, rugoſa. Ex alis foliorum emergunt flores Fiſtulariæ, galeati, flavi (galea indiviſa) labello latiuſculo, in tres lacinias diviſo, e calyce oblongo, ſtriato, in quatuor ſegmenta expanſo. Vaſculum ſeminale oblongum, in binas cellulas diviſum, geſtans in apice ſtylum prælongum a flore reſiduum. Semen exiguum, rotundum, rufum. In boggy and watery Places toward the further End of *Cornwal.* Obſerved by Dr. *Sherard* in the Iſle of *Jerſey*, in moiſt Places near the Port.

Hæc planta figura & colore ſeminum ab Euphraſia differt, ſuumque & proprium genus conſtituere videtur.

RHINANTHUS.

Cal. Perianthium *monophyllum, ſubrotundum, inflatum, compreſſum, quadridentatum, perſiſtens.* Cor. *monopetala, ringens.* Tubus *ſubcylindraceus, longitudine calycis.* Limbus *dehiſcens, baſi compreſſus.* Labium ſuperius *galeatum, compreſſum, emarginatum, anguſtius.* Lab. inferius *patulum, planum, ſemitrifidum, obtuſum:* lacinia media *latiori.* Stam. Filamenta

quatuor, longitudine labii ſuperioris, ſub quo recondita, quorum duo *breviora.* Antheræ *incumbentes, hinc bifidæ, hirſutæ.* PIST. Germen *ovato-compreſſum.* Stylus *filiformis, ſitu ſtaminum, eiſque longior.* Stigma *obtuſum, inflexum.* PER. Capſula *orbiculata, erecta, compreſſa, bilocularis, bivalvis, diſſepimento valvis oppoſito, marginibus dehiſcens.* SEM. *plurima, compreſſa.*

Rhinanthus corollarum labio ſuperiore compreſſo breviore. Pedicularis ſeu Criſta galli lutea *Park.* 713. pratenſis lutea vel Criſta galli *C. B. Pin.* 163. Criſta galli *Ger.* 912. galli fœmina *J. B. III.* 436. *Yellow-rattle, or Cocks-comb.* In paſcuis ſterilioribus.

Pedicularis major anguſtifolia ramoſiſſima, flore minore luteo, labello purpureo *D. Richardſon.* Criſta galli anguſtifolia montana *C. B. Pin.* 163. *Pr.* 86. *deſcr.* The firſt Time I met with this Plant, was within a Mile of *Burrowbridge*, amongſt the Corn, in the Way-ſide from *Knareſborough* thither; afterwards I found it in very great Plenty in the large Cornfields betwixt *Wetherby* and *Catall*, (both theſe Places are within ten Miles of *York.*) I alſo obſerved it this Year, 1723, amongſt the Corn, nigh *Weſtnewton* in *Northumberland*, upon the Borders of *Scotland.*

EUPHRASIA.

CAL. Perianthium *monophyllum, tubulatum, quadrifidum, inæquale, perſiſtens.* COR. *monopetala, ringens.* Tubus *longitudine calycis.* Labium ſuperius *concavum, emarginatum:* Lab. inferius *patens, tripartitum:* laciniis *æqualibus, obtuſis.* STAM. Filamenta *quatuor, filiformia, ſub labio ſuperiore inclinata.* Antheræ *bilobæ: quarum inferiores lobo inferiore in ſpinulam acuminatæ.* PIST. Germen *ovatum.* Stylus *filiformis, ſitu & figura ſtaminum.* Stigma *obtuſum, integrum.* PER. Capſula *ovato-oblonga, compreſſa, bilocularis.* SEM. *numeroſa, minima, ſubrotunda.*

Euphraſia foliis ovatis argute dentatis. Euphraſia *J. B. III.* 432. *Ger.* 537. vulgaris *Park.* 1329. Officinarum *C. B. Pin.* 233. *Eye-bright.* In paſcuis poſt mediam æſtatem in Autumnum uſque floret.

Euphraſia vulg. ſuffuſionibus & caligini oculorum conducit quoquo modo ſumpta. Herba ipſa, ſive intus ſicca in pulvere, ſive recens contuſa & impoſita; ejuſve ſuccus expreſſus, aut aqua deſtillata.

Euphraſia foliis linearibus: omnibus ſerratis. Euphraſia pratenſis rubra *C. B. Pin.* 234. pratenſis rubra major *Park.* 1329. parva purpurea *J. B. Ill.* 433. Cratæogonon Euphroſine *Ger.* 85. *Eye-bright, Cow-wheat.* In pratis & inter ſegetes paſſim. Floris color variat, nunc intenſius ruber, nunc dilutius, & fere carneus, interdum etiam albet. Apud nos palmarem altitudinem, quam ei Jo. Bauhinus attribuit, multum ſuperat.

Euphraſia rubra Weſtmorlandica, foliis brevibus obtuſis *Syn. II.* 162. Teucrium Alpinum coma purpuro-cœrulea *C. B. Pin.* 247. Clinopodium Alpinum *Ponæ Ital.* 179. Chamædry vulgari falſæ aliquatenus affinis Alpina & Clinopodium Alpinum Ponæ *J. B. III.* 289. *Eye-bright, Cow-wheat, with ſhort blunt Leaves.*

Radix ei alba, dura, & (ut mihi videbatur) repens, fibris majuſculis prædita. Caules ſemipedales, graciles, erecti, rigidi, non ramoſi, nonnihil hirſuti, fragiles. Folia per paria ſine pediculis cauli adnaſcuntur, figura & magnitudine Alſines Chamædrifoliæ, rugoſa, per margines dentata, viroris ad cinereum tendentis, & nonnihil ſplendentia. Flores in ſummis cauliculis ex alis foliorum exeunt, brevibus pediculis nixi, tubo longo, figura (quantum e marceſcentibus conjicere potui) florum Criſtæ galli, colore purpureo obſoleto, e calyce quadripartito: quibus ſuccedunt vaſcula ventricoſa; in binas partes impreſſa linea diviſa. Semina albicantia Cratæogoni. Sapor plantæ acris nonnihil & amarus. Prope *Orton* vicum in Weſtmorlandia, juxta rivulum qui decurrit ſecus viam qua inde Croſbeiam itur.

MELAMPYRUM.

CAL. Perianthium *monophyllum, tubulatum, ſemiquadrifidum:* laciniis *tenuibus, perſiſtens.* COR. *monopetala, ringens.* Tubus *oblongus, recurvus.* Limbus *compreſſus.* Labium ſuperius *galeatum, compreſſum, emarginatum, marginulis lateralibus reflexis.* Lab. inferius *planum, erectum, longitudine ſuperioris, ſemitrifidum,* laciniis *æqualibus, obtuſum,* eminentiis *duabus in medio notatum.* STAM. Filamenta *quatuor, ſubulata, curva, ſub labio ſuperiori recondita, quorum* duo *breviora.* Antheræ *oblongæ.* PIST. Germen *acuminatum.* Stylus *ſimplex, ſitu & longitudine ſtaminum.* Stigma *obtuſum.* PER. Capſula *oblonga, acuminata, compreſſa,* margine ſuperiori *convexo,* inferiori *recto, bilocularis, bivalvis, diſſepimento valvis contrario,*

ſutura

ſutura ſuperiori dehiſcens. SEM. *gemina, ovata, magna, baſi aucta.*

Melampyrum ſpicis quadrangularibus compactis obtuſis imbricatis. Melampyrum criſtatum, flore albo & purpureo *J. B. III.* 440. luteum anguſtifolium *C. B. Pin.* 234. luteum Linariæ folio *Ej. Pr.* 112. *Creſted Cow-wheat.* In ſylvis Cantabrigienſibus & Bedfordienſibus copioſe. (In *Walton-field*, near *Wakefield*, amongſt the Corn; Dr. *Richardſon.)*

Spicæ huic craſſæ, quadratæ, ex foliis criſtatis compoſitæ, quorum unumquodque florem & ſiliquam ſinu ſuo ſeu alveolo excipit.

Melampyrum ſpicis conicis laxis laceris. Melampyrum purpuraſcente coma *C. B. Pin.* 234. Triticum vaccinum *J. B. III.* 439. In the Corn, on the right Hand, juſt before you come to *Lycham* in *Norfolk*; Mr. *J. Sherard.*

Melampyrum florum conjugationibus remotis, corollis clauſis. Melampyrum ſylvaticum flore luteo, ſive Satureia lutea ſylveſtris *J. B. III.* 441. luteum latifolium *C. B. Pin.* 234. Cratæogonum vulgare *Park.* 1326. Crateogonon album *Ger.* 84. *Common wild Cow-wheat.* In ſylvis & dumetis, & ad vetuſtarum Quercuum radices.

Melampyrum latifolium flore albo, labio inferiore duabus maculis luteis diſtincto *Hiſt. Pl. Par.* Varietas prioris. In the Wood, by Dr. *Richardſon*'s Houſe, at *North Bierley*, *Yorkſhire.*

L A T H R Æ A.

CAL. Perianthium *monophyllum, campanulatum, rectum: ore profunde quadrifido.* COR. Petalum *unicum.* Tubus *calyce longior.* Limbus *ringens, ventricoſus.* Labium ſuperius *concavum, galeatum, latum, apice anguſto, adunco*; L. inferius *minus, reflexum, obtuſum, trifidum.* Nectarium. *Glandula emarginata, utrinque depreſſa, breviſſima, receptaculo floris ad angulum alterum germinis inſerta.* STAM. Filamenta *quatuor, ſubulata, longitudine corollæ, ſub labio ſuperiore recondita.* Antheræ *obtuſæ, depreſſæ, conniventes.* PIST. Germen *globoſo-compreſſum.* Stylus *filiformis, longitudine & ſitu ſtaminum.* Stigma *truncatum, nutans.* PER. Capſula *ſubrotunda, obtuſa cum acumine, unilocularis, bivalvis, elaſtica, calyce maximo patente veſtica.*

veſtita. SEM. *pauca, ſubgloboſa.* OBS. Ad Orobanchen ob glandulam proxime accedit.

Lathræa caule ſimpliciſſimo, corollis pendulis: labio inferiore trifido. Anblatum Cordi ſive Aphyllon *J. B. II.* 783. Orobanche radice dentata major *C. B. Pin.* 88. radice dentata, ſeu Dentaria major Matthiolo *Ger.* 1387. *Toothwort.* In umbroſis ſepium aggeribus & ſub arboribus ſolo friabili, Aprilis fine & Maii initio floret. *Th. Williſell* ſhewed it me in a ſhady Lane, not far from *Darking* in *Surrey*, growing plentifully. I found it alſo on a Ditch Bank at *Bredgate*, near *Sittingburn*, in *Kent*, and in ſome of the Places which *Gerard* mentions. In a ſhady Lane near the Town of *Harefield*, leading to the River. (In the Wood South from *Chiſſelhurſt* Bog, the End towards the Bog on the left Hand; as alſo in the Woods about *Maidſtone*, in *Kent*, pretty plentifully; Mr. *J. Sherard.*) In vallecula umbroſa ſpinis obſita prope *Dalſton* in Weſtmorlandia mihi primum monſtravit *D. Lawſon*, poſtea prope *Heptonſtal* agri Eboracenſis oppidum ipſe etiam inveni; Dr. *Richardſon.* Notas characteriſticas vid. *Meth. Em. p.* 92.

Præſtans eſt ad rupturas, interna vulnera, varioſque affectus a defluxione ortos in pollinem redacta, & 40 diebus continuis duarum drachmarum pondere ſumpta in juſculo; *Camer.*

PEDICULARIS.

CAL. Perianthium *monophyllum, ſubrotundum, ventricoſum,* ore *quinquefido, inciſo, crenato, æquali, perſiſtens.* COR. *monopetala, ringens.* Tubus *oblongus, gibbus.* Labium ſuperius *galeatum, erectum, compreſſum, emarginatum, anguſtius;* L. inferius *patens, planum, ſemitrifidum, obtuſum:* lacinia media *anguſtiore.* STAM. Filamenta *quatuor, longitudine labii ſuperioris, ſub quo recondita, quorum* duo *longiora.* Antheræ *incumbentes, ſubrotundæ, compreſſæ.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Stylus *filiformis, ſitu ſtaminum, ſed longior.* Stigma *obtuſum, inflexum.* PER. Capſula *ſubrotunda, acuminata, bilocularis, diſſepimento valvis oppoſito, apice dehiſcens.* SEM. *plurima, ſubrotunda, compreſſa, tecta.* Receptacula *oblonga, petiolata.* OBS. Capſula apice obliqua eſt in plurimis. *Sceptrum Carolinum* Rudb. capſula regulari gaudet, & rictu clauſo. Dantur ſpecies calycis ore bifido.

Pe-

Pedicularis caule ramoſo, calycibus calloſo-punctatis, corollis labio obliquis. Pedicularis paluſtris rubra elatior *Syn. II.* 162. 3. Pedicularis *Ger.* 913. Pediculariæ campeſtris prior ſpecies *Trag.* 249. 250. *Great Marſh Red-rattle, or Louſe-wort.* In paluſtribus. Invenitur interdum flore albo; *D. Lawſon*; as near the Foot of *Long Sleddal*, by the Side of the common Road, leading towards *Kendal*, pretty plentifully; *Th. Robinſ. Nat. Hiſt.* 93. (In the Ditches between *Bow* and *Blackwall*, near to *Blackwall*; Mr. *Newton.*)

Pedicularis notas vid. *Meth. Em. p.* 91. Euphraſiæ *Ibid.*

Pedicularis caule ramoſo, calycibus oblongis angulatis lævibus, corollis labio coraato. Pedicularis pratenſis rubra vulgaris *Park.* 713. prat. purpurea *C. B. Pin.* 163. Pedicularis *Ger. Em.* 1071. Pedicularis, quibuſdam Criſta galli flore rubro *J. B. III.* 437. *Red-rattle.* In paſcuis & ericetis humidioribus ubique.

ANTIRRHINUM.

CAL. Perianthium *quinquepartitum, perſiſtens:* laciniis *oblongis, perſiſtentibus*; inferioribus duabus *magis dehiſcentibus.* COR. *monopetala, ringens.* Tubus *oblongus, gibbus.* Limbus *bilabiatus, palato clauſus.* Labium ſuperius *bifidum, lateribus reflexum*, Lab. inferius *trifidum, obtuſum.* Palatum *convexum, clauſum palato prominente inter labia, e labio inferiori, ſubtus gutture concavo, producto.* Nectarium *ad baſin corollæ deorſum productum, prominens.* STAM. Filamenta *quatuor, ſub labio ſuperiori incluſa, longitudine fere corollæ,* duo *tamen breviora.* Antheræ *conniventes.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Stylus *ſimplex, longitudine & ſitu ſtaminum.* Stigma *obtuſum.* PER. Capſula *ſubrotunda, obtuſa, bilocularis, variæ in variis dehiſcentiæ & figuræ.* SEM. *plurima.* Receptacula *reniformia, ſolitaria, diſſepimento affixa.* OBS. *Nectarium* & *Pericarpium* in hocce genere valde diverſa occurrunt. *Linariæ* T. Nectarium longum, ſubulatum. Capſula æqualiter dehiſcens. *Antirrhini* T. Nectarium obtuſum, vix prominens. Capſula oblique apice dehiſcens, baſi inæqualis. *Elatine* Dill. Nectarium ſubulatum. Capſula dehiſcens utrinque deponens lamellam. *Species* quædam ſunt rictu aperto, palato deſtitutæ.

Fo-

Foliis angulatis.

Antirrhinum foliis cordatis quinquelobis alternis. Linaria hederaceo folio glabro, ſeu Cymbalaria vulgaris *Inſt. R. H.* 169. Cymbalaria *C. B. Pin.* 306. floſculis purpuraſcentibus *J. B. III.* 685. Italica folio hederaceo *Lob. Ic.* 615. In fodinis Darfordienſibus, agri Eboracenſis ubique reperitur; Dr. *Richardſon.* Ad muros horti Chelſejani lociſque vicinis, abunde etiam naſcitur, ortum tamen dubio procul ſeminibus e dicto horto ſparſis debens.

Antirrhinum foliis haſtatis alternis, caule flaccido. Linaria Elatine dicta folio acuminato. Elatine folio acuminato *Park.* 553. fœmina folio anguloſo *J. B. III.* 372. altera *Ger.* 501. fol. acum. in baſi auriculato, flore luteo *C. B. Pin.* 253. *Sharp-pointed Fluellin.* Inter ſegetes & in arvis demeſſa ſegete.

Antirrhinum foliis ovatis alternis, caule flaccido. Linaria Elatine dicta folio ſubrotundo. Elatine folio ſubrotundo *C. B. Pin.* 252. *Park.* 553. mas folio ſubrotundo *J. B. III.* 372. Venorica fœmina Fuchſii ſeu Elatine *Ger.* 501. *Round-leafed female Fluellin.* Cum priore, a qua parum differt.

Elatine parvitate ſua, flagellis tenuibus per terram ſparſis, foliis hirſutis, hederaceis, a reliquis Linariis abunde diſtinguitur.

Succus herbæ expreſſus ejuſve aqua deſtillata, tum intro aſſumpta, tum exterius applicata, ulcera ſerpentia & cancroſa cohibet & perfecte ſanat. Vid. *Adv. Lobel. p.* 197.

Foliis oppoſitis.

Antirrhinum foliis ſublinearibus: inferne quaternis, calycibus capſulæ æqualibus. Antirrhinum foliis linearibus alternis ſæpius oppoſitis acuminatis, floribus laxe ſpicatis. *Roy. lugdb.* 296. Antirrhinum foliis lanceolato-linearibus ſparſis, calycinis laciniis capſulæ æqualibus. *Guett. ſtamp.* 2. *p.* 204. *Dalib. pariſ.* 186. Linaria anguſtifolia, flore cinereo ſtriato. *Dill. elth.* 198. *t.* 163. *f.* 197. in arenoſis ſed rarius.

Fo-

Foliis alternis.

Antirrhinum foliis lanceolato linearibus confertis, caule erecto, ſpicis terminalibus ſeſſilibus, floribus imbricatis. Linaria lutea vulgaris *Ger. Em.* 550. *J. B. III.* 456. vulgaris noſtras *Park.* 458. vulgaris lutea flore majore *C. B. Pin.* 212. *Common yellow Toadflax.* Ad agrorum margines & vias publicas, inque paſcuis ſterilioribus.

PELORIA Linariæ Monſtrum. Amæn. Academ. PELORIAM etiam in Anglia inter Linariam vulgarem repertam eſſe me certiorem fecit hoc Anno 1759 curioſus admodum Dominus Georgius Dionyſius Errhet.

Urinam potenter movet, unde hydropicis conducit, morbum regium efficaciter diſcutit, vel decoctum herbæ in vino, vel ejuſdem aqua deſtillata. Extrinſecus ano impoſita ſanat incredibiles hæmorrhoidum dolores. Modum utendi vid. *Hiſt. noſt. I.* 754. Herba plantis pedum intra calceos ſuppoſita, febrim quartanam fugare dicitur.

Antirrhinum foliis linearibus confertis, caule nitido paniculato, pedunculis ſpicatis nudis. Linaria odorata Monſpeſſulana *J. B. III.* 459. capillaceo folio erecta, flore odoro *C. B. Pr.* 106. capillaceo folio, odora *Ejuſd. Pin.* 213. caryophyllata albicans *Park.* 458. *Blue ſweet-ſmelling Toadflax.* In Cornubia non longe ab oppido *Peryn* Occidentem verſus, in ſepibus.

Floribus pallide cœruleis ſtriatis a præcedente ſatis diſtinguitur.

Linaria cœrulea foliis brevioribus & anguſtioribus. *Blue Toadflax with ſhort and narrow Leaves.* Found by that learned and eminent Phyſician Dr. *Eales*, in *Hertfordſhire.* (Found alſo by Mr. *Dandridge*, on the Side of a Hill, called *Marvel-hill*, by the Side of *Henley* Town; and by Mr. *J. Sherard*, on the Church Walls at *Henley*; and in a Field, on the left Hand of the Road from *London*, on a ſteep Bank, a little before you come to the Town, plentifully. Found in the ſame Place by Dr. *Watſon*, 1747. Foliis brevioribus & auguſtioribus dicitur reſpectu Linariæ vulgaris, ſunt enim modice longa lataque; flores ſparſi dilute cœrulei. Linaria montana odorata flore cinericeo *Broſſ. Cat.* 67. Linaria Oſyris flore cinericeo *Robin. Cat.* Linoſyris purpuro-cœrulea *Corn. Ench. Bot. Par.* 221. huic eadem videtur.)

Antirrhinum foliis lanceolatis obtuſis alternis, caule ramoſiſſimo diffuſo. Linaria Antirrhinum dicta. Antirrhinum arvenſe minus *C. B. Pin.* 212. minimum *J. B. III.* 465.

minimum

minimum repens *Ger. Em.* 549. ſylveſtre minimum *Park.* 1334. *The leaſt Calf's Snout, or Snapdragon.*

Parvitate ſua, foliis anguſtis, Antirrhini colore & craſſitie, rarius diſpoſitis a reliquis Linariis differt.

Antirrhinum corollis ecaudatis, calycibus corolla longioribus. Antirrhinum anguſtifolium ſylveſtre *J. B. III.* 464. arvenſe majus *C. B. Pin.* 212. ſylveſtre medium *Park.* 1334. minus *Ger.* 439. *The leſſer wild Calf's Snout, or Snapdragon.* In arvis ſolo arenoſo.

Stigma ſimplex, corollæ patulæ.

SCROPHULARIA.

CAL. Perianthium *monophyllum, quinquefidum, perſiſtens:* laciniis *corolla brevioribus, rotundatis.* COR. *monopetala, inæqualis.* Tubus *globoſus, magnus, inflatus.* Limbus *quinquepartitus, minimus:* Laciniis *duabus ſuperioribus majoribus, erectis;* duabus *lateralibus, patulis;* tertia *infima, reflexa.* STAM. Filamenta *quatuor, linearia, deflexa, longitudine corollæ, quorum* duo *ſeriora.* Antheræ *didymæ.* PIST. Germen *ovatum.* Stylus *ſimplex, ſitu & longitudine ſtaminum.* Stigma *ſimplex.* PER. Capſula *ſubrotunda, acuminata, bilocularis, bivalvis diſſepimento e marginibus valvularum inflexis conſtructo, apice dehiſcens.* SEM. *plurima, parva.* Receptaculum *unum, ſubrotundum, in utrumque loculamentum ſe inſinuans.* OBS. In fauce corollæ, ſub lacinia limbi ſuprema reperitur lacinula quædam, labrum parvum mentiens, quæ omnibus ſpeciebus communis non eſt. Corolla concipi poteſt in hoc genere inverſa ſeu labio ſuperiore deorſum ſpectante, inferiore ſurſum. e. gr. *Lab. ſuperius* minus recurvum, ad quod ſtamina declinata, rotundatum; lateralia crenata, rotundata cum ſupremo æqualia. *L. inferius* majus, patulum, bipartitum: intermedia minima antice.

Scrophularia foliis cordatis baſi tranſverſis, caule obtuſangulo. Scrophularia major *Ger.* 579. vulgaris *Park.* 610. vulgaris & major *J. B. III.* 421. nodoſa fœtida *C. B. Pin.* 235. *Common knobby-rooted Figwort.* In ſylvis, dumetis & ſepibus. Vires vide *Hiſt. noſt. p.* 765.

Scrophularia foliis cordatis petiolatis decurrentibus, caule membranis angulato, racemis terminalibus. Scrophularia aquatica major *C. B. Pin.* 235. maxima radice fibroſa *J. B.*

J. B. III. 421. Betonica aquatica *Ger.* 579. aquat. major *Park.* 613. *Water-betony, but more truly Water-figwort.* Ad ripas fluviorum in ipſis aquis.

Scrophularia foliis cordatis duplicato-ſerratis, racemo compoſito. Scrophularia Scorodoniæ folio *H. R. Bl.* & *Hiſt. Ox. II.* 482. *Pet. H. B.* 35. 11. By the Rivulets Sides, betwixt the Port and S. *Hilary*, in the Iſle of *Jerſey*; Dr. *Sherard*, (and ſince by Mr. *Edward Lhwyd*, near the Sea-ſhore about St. *Ives* in *Cornwal.)*

Scrophularia major, caulibus, foliis & floribus viridibus D. *Bobart. Figwort, with green Leaves and Flowers.* Found near *Cumner.* Common Figwort is called Brownwort, from its remarkable brown Colour. This hath nothing of Brownneſs in it.

Scrophulariæ notas vid. *Meth. Em. p.* 89.

DIGITALIS.

CAL. Perianthium *quinquepartitum:* laciniis *ſubrotundis, acutis, perſiſtentibus;* ſuprema *cæteris anguſtiore.* COR. *monopetala, campanulata.* Tubus *magnus, patens, deorſum, ventricoſus,* baſi *cylindracea, arcta.* Limbus *parvus, quadrifidus:* lacinia ſuperiori *patentiori, emarginata;* infima *majori.* STAM. Filamenta *quatuor, ſubulata, baſi corollæ inſerta, declinata, quorum* duo *longiora.* Antheræ *bipartitæ, hinc acuminatæ.* PIST. Germen *acuminatum.* Stylus *ſimplex, ſitu ſtaminum.* Stigma *acutum.* PER. Capſula *ovata, longitudine calycis, acuminata, bilocularis, bivalvis, valvis bifariam rumpentibus.* SEM. *plurima, parva.* OBS. Dantur ſpecies in quibus corollæ laciniæ acutæ & evidentiores ſunt, & labium ſuperius ac inferius acutum, magiſque prominens.

Digitalis calycinis foliolis ovatis acutis, corollis obtuſis: labio ſuperiore integro. Digitalis purpurea *J. B. II.* 812. *Ger.* 647. purp. vulgaris *Park.* 653. purp. folio aſpero *C. B. Pin.* 243. *Purple Fox-glove.* Variat interdum floris colore albo, ſed rarius. Notas vid. *Meth. Em. p.* 89.

Emetica eſt valida, robuſtioribus tantum conveniens. *Parkinſonus* efficacem eſſe contra Epilepſiam affirmat, ſi duo ejus manipuli cum quatuor unciis Polypodii quercini in cereviſia decoquatur, & decoctum propinetur. Strumoſis conducere tritam & impoſitam, ejuſve ſuccum in unguento experientia compertum eſſe ſcribit idem. Verum

rum elegantiores floribus utuntur vel in butyro Maiali vel in adipe porcino diu infuſis. Vid. *Hiſt. noſt. p.* 767.

SIBTHORPIA.

CAL. Perianthium *monophyllum, turbinatum, quinquepartitum, patens: Foliolis ovatis, perſiſtentibus.* COR. *monopetala, quinquepartita, patens, æqualis, longitudine calycis: laciniis rotundatis.* STAM. Filamenta *quatuor, capillaria: duobus approximatis.* Antheræ *cordato-oblongæ.* PIST. Germen *ſubrotundum, compreſſum.* Stylus *cylindricus, filamentis craſſior, longitudine floris.* Stigma *ſimplex, capitatum, depreſſum.* PER. Capſula *compreſſa, orbiculata, biventricoſa, lateribus acutis, bivalvis, bilocularis: diſſepimento tranſverſo.* SEM. *nonnulla, ſubrotundo-oblonga; hinc convexa, inde plana.*

Sibthorpia foliis reniformi-ſubpeltatis crenatis. Alſine ſpuria puſilla repens foliis Saxifragæ aureæ *Cat. Ang. Pluk. Alm.* 23. *T.* 7. *f.* 6. Chryſoſplenium Cornubienſe *Pet. H. Br.* 6. 11. *Small round leafed Baſtard Chickweed.*

Parvula admodum eſt & tenella: Hederæ terreſtris modo per terram repit. Caules ejus ſeu propagines hirſutæ. Folia longis pediculis inſident, rotunda, hirſuta, per margines crenata, Morſus gallinæ, vel Saxifragæ aureæ foliorum æmula, quibus tamen longe minora ſunt. Ex alis foliorum ſingulis ſinguli flores exeunt, brevibus pediculis nixi, ſubrubri aut carnei, pentapetali, aut forte uno foliolo in quinque lacinias diviſo, nam in tanta floſculorum parvitate accurate diſcernere non potui. Semen in fundo calycis pentaphylli. Ad margines rivulorum in aggeribus udis una cum Campanula Cymbalariæ foliis in Cornubia & Devonia frequens Julio & Auguſto menſe floret. Hanc ſpeciem in Hiſtoria omiſi, ut & Roſmarinum ſylv. minus noſtr. i. e. Viti Idææ affinem, Polifoliam montanam *J. B.* Hieracium parvum in arenoſis naſcens, ſeminum pappis denſius radiatis. *Cat. Angl. &c.*

LIMOSELLA.

CAL. Perianthium *monophyllum, ſemiquinquefidum, erectum, acutum, perſiſtens.* COR. Petalum *unicum, erectum, æquale, ſemiquinquefidum, acutum, parvum:* laciniis *patentibus.* STAM. Filamenta

Filamenta *quatuor, erecta, quorum* duo *eidem lateri approximata, corolla breviora.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *oblongum, obtuſum.* Stylus *ſimplex, longitudine ſtaminum, declinatus;* Stigma *globoſum.* PER. Capſula *ovata, calyce ſemi involuta, unilocularis, bivalvis.* SEM. *plurima, ovalia.* Receptaculum *ovatum, maximum.*

Limoſella. Plantaginella paluſtris *C. B. Pin.* 190. Plantago aquatica minima Cluſii *Park.* 1244. Alſine paluſtris repens, foliis lanceolatis, floribus albis perexiguis *Pluk. Alm.* 20. *T.* 74. *f.* 4. In fundis piſcinarum aquis æſtate exſiccatis, aut alibi, ubi per hyemem aquæ ſtagnarunt, v. gr. in ericeto *Hounſlejano* verſus *Hampton.* Characterem hujus generis vid. *C. Giſſ. App.* 113.

Stigma duplex.

OROBANCHE.

CAL. Perianthium *monophyllum, ſemiquinquefidum, erectum, coloratum, perſiſtens.* COR. *monopetala, ringens.* Tubus *inclinatus, amplus, ventricoſus.* Limbus *patens:* Labium ſuperius *concavum, apertum, emarginatum;* Lab. inferius *reflexum, trifidum, margine inæquali:* laciniis *omnibus ſubæqualibus.* STAM. Filamenta *quatuor, ſubulata, ſub labio ſuperiori recondita, quorum* duo *longiora.* Antheræ *erectæ, conniventes, limbo breviores.* Nectarium *glandula ad baſin germinis.* PIST. Germen *oblongum.* Stylus *ſimplex, longitudine & ſitu ſtaminum.* Stigma *ſemibifidum, obtuſum, craſſiuſculum, nutans.* PER. Capſula *ovato-oblonga, acuminata, unilocularis, bivalvis.* Receptacula *quatuor, linearia, lateralia, adnata.* SEM. *numeroſa, minima.* OBS. Species datur Calyce quinquefido. Stigmatis lacinia ſingula emarginata.

Orobanche caule ſimpliciſſimo pubeſcente, ſtaminibus incluſis. Orobanche major Garyophyllum olens *C. B. Pin.* 87. flore majore *J. B. II.* 780. Rapum Geniſtæ *Ger.* 1130. *Park.* 229. *Broom-rape.* Geniſtæ radicibus frequentiſſime adnaſcitur, invenimus tamen inter ſegetes. About the Out-woods near *Loughborough*; alſo about *Thinkſton, Grace-Dieu,* and *Sheepſtead, Leiceſterſhire*; Mr. *Pultney.* Maio menſe floret. Caulis cum florum thyrſo initio flavicat, poſt ſubrufum papyri aut lintei uſtulati colorem acquirit. Notas ejus characteriſticas vid. in *Meth. Em. p.* 92.

Orobanche flore minore *J. B. II.* 781. prima *Tab. Ic.* 684. Found by Mr. *Rand* in a Field of Oats, two Miles beyond *Rocheſter*, on the left Hand going towards *Horns-place.*

Orobanche caule ramoſo, corollis quinquefidis. Orobanche ramoſa. *C. B. Pin.* 88. *Park.* 1363. minor purpureis floribus, ſive ramoſa *J. B. II.* 781. tertia πολύκλωνος *Cluſ. H.* 271. Found in *Suffolk*, near *Beckles*, by Mr. *J. Sherard.*

CLASSIS XV.

TETRADYNAMIA.

CALYX. *Perianthium* tetraphyllum, oblongum: *Foliolis* ovato-oblongis, concavis, obtuſis, conniventibus, baſi deorſum gibbis, oppoſitis paribus, deciduis. Calyx hic nectarium eſt, hinc baſi gibbus. COROLLA. Cruciformis dicta. *Petala* quatuor, æqualia: *ungues* plano-ſubulati, erecti, calyce fere longiores. *Limbus* planus Laminis extrorſum latioribus, obtuſis, lateribus ſe invicem vix tangentibus. Inſertio petalorum eſt in eodem cum ſtaminibus circulo. STAMINA. *Filamenta* ſex, ſubulata, erecta, quorum *duo oppoſita* longitudine calycis; *quatuor reliqua* paulo longiora, corolla breviora. *Antheræ* oblongiuſculæ, acuminatæ, baſi craſſiores, erectæ, apicibus extrorſum reclinatis. Nectarifera glandula in variis & diverſis generibus, vario ſeſe modo offert, ſtaminibus adſidet, & præſertim filamentis brevioribus affigitur ad eorum baſin, quam ne comprimant, ſæpius incurvantur, & ſic breviora evadunt duo iſta filamenta. PISTILLUM. *Germen* ſupra receptaculum, quotidie altius accreſcens. *Stylus* longitudine ſtaminum longiorum, vel nullus. *Stigma* obtuſum.

obtuſum. PERICARPIUM. Siliqua bivalvis, ſæpe bilocularis, a baſi ad apicem dehiſcens, diſſepimento ad apicem extra valvas prominulo, quod ſtyli vices antea geſſit. SEMINA ſubrotunda, nutantia, alternatim & longitudinaliter diſſepimento immerſa. *Receptaculum* lineare, diſſepimentum ambiens, & ſuturis pericarpii immerſum. OBS. *Hæc Claſſis eſt vere Naturalis, & aſſumta fuit pro Naturali ad omnibus, & perfectiſſimis Syſtematicis : tamen apud Singulos unum alterumve ſæpius genus contra Naturam additum fuit* ; heic vero nullum niſi forte *Cleome. Plantæ in hac claſſe Antiſcorbuticæ ab omnibus dicuntur* ; *ſapor pleriſque acer cum aquoſo mixtus. Diſtinguitur ab omnibus bifariam in ea genera, quæ gaudent Pericarpio* : α. Siliculoſo *i. e. ſubrotundo, Styloque inſtructo ſæpius ſiliculæ longitudine.* β. Siliquoſo *i. e. longiſſimo, Styloque vix notabili prædito. Eſſentialis character generum in hac claſſe, a ſitu Nectariferæ glandulæ, communiter dependet.*

I. SILICULOSA.

MYAGRUM.

CAL. Perianthinm *tetraphyllum* : foliolis *ovato-oblongis, concavis, dehiſcentibus, coloratis, deciduis.* COR. *tetrapetala, cruciformis.* Petala *plana, ſubrotunda, obtuſa* : unguibus *anguſtis.* STAM. Filamenta *ſex, longitudine calycis* : *quorum* quatuor oppoſita *paulo longiora.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *ovatum.* Stylus *filiformis, longitudine calycis.* Stigma *obtuſum.* PER. Silicula *turbinato-cordata, ſubcompreſſa, rigida, apice ſtylo rigido conico terminata, bivalvis.* SEM. *ſubrotunda.*

Myagrum ſiliculis ovatis pedunculatis polyſpermis. Myagrum *Ger.* 213. ſativum *C. B. Pin.* 109. Myagrum dictum Camelina *J. B. II.* 892. ſylveſtre ſeu Pſeudomyagrum *Park.* 868. item Myagrum ſativum *Ejuſdem* 867. Seſamum *Trag. II.* 655. *Gold of Pleaſure.* Inter ſegetes Lini non raro invenitur.

Myagrum vocamus herbam Tetrapetalam ſiliculoſam capſulis tumidioribus, floribus luteis, ſeminibus ruffis.

Ex ſemine oleum exprimitur ad lucernas; quo & pauperiores in condimentis utuntur.

SUBULARIA.

CAL. Perianthium *tetraphyllum:* foliolis *ovatis, concavis, patentiuſculis, deciduis.* COR. *tetrapetala, cruciformis.* Petala *obovata, integra, calyce paulo majora.* STAM. Filamenta *ſex, corolla breviora: quorum* duo oppoſita *adhuc breviora.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *ovatum.* Stylus *vix ullus.* Stigma *obtuſum.* PER. Silicula *obovata, leviſſime compreſſa, ſtylo inſtructa, bilocularis:* diſſepimento *valvis contrario:* valvulis *ovato-concavis.* SEM. *nonnulla, minutiſſima, ſubrotunda.*

Subularia. Subularia erecta Junci foliis acutis, mollibus. Juncifolia ſub aquis naſcens, Cochleariæ capſulis *Syn. II.* 281. Graminifolia aquatica Thlaſpeos capitulis rotundis, ſepto medio ſiliculam dirimente *Pluk. Alm.* 180. *T.* 188. *f.* 5. Folia virida, ſubtus convexa ſunt, ſuperne plana medulla juncea repleta. Flos albus parvus, tetrapetalus. Capſula Cochleariæ bipartita, ſeminibus luteis repleta. Sub aquis naſcitur ſabuloſo ſolo inter Gladiolum lacuſtrem *Cluſ.* in lacu Hibernico *Lough Neagh*, qua territorium oppidi *Kilmore* alluit prope Moyra; Dr. *Sherard.*

DRABA.

CAL. Perianthium *tetraphyllum:* foliolis *ovatis, concavis, erecto-patulis, deciduis.* COR. *tetrapetala, cruciformis.* Petala *oblonga, patentiuſcula:* unguibus *minutiſſimis.* STAM. Filamenta *ſex, longitudine calycis: quorum* quatuor oppoſita *paulo longiora, erecto-patentia.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *ovatum.* Stylus *vix ullus.* Stigma *capitatum, planum.* PER. Silicula *elliptico-oblonga, compreſſa, ſtylo deſtituta, bilocularis,* diſſepimento *valvis parallelo:* valvulis *plano-concavis.* SEM. *plura, parva, ſubrotunda.* OBS. In aliis Petala ad ungues uſque bipartita, in aliis modo apice emarginata, in aliis integerrima. Eſſentialis character conſiſtit in Silicula ex ovali oblonga compreſſa, ſtylo fere deſtituta: hinc ab Alyſſo, Subularia & Lunaria facile diſtinguitur.

Draba caulibus nudis, foliis inciſis. Paronychia vulgaris *Ger.* 499. vulgaris Alſines folio *Park.* 556. Burſa paſtoris minor loculo oblongo *C. B. Pin.* 108. paſtoria minima oblongis ſiliquis, verna, loculo oblongo *J. B.*

II. 937. *Common Whitlow-graſs.* Ubique fere in ſiccioribus, Martio menſe floret.

(Eadem foliis dentatis. Varietas priores, ſi non ſpecies diverſa, qua non minus vulgaris occurrit.)

Draba caule ramoſo, foliis cordatis dentatis amplexicaulibus. Burſa paſtoris major loculo oblongo *C. B. Pin.* 108. *Pr.* 50. Burſæ paſtoriæ loculo ſublongo affinis pulchra planta *J. B. II.* 938. Thlaſpi Veronicæ folio *Park.* 843. *Th. Robinſ. H. of W.* 95. *Great Shepherd's-purſe, with long Pouches.* On the Sides of the Mountains, in ſeveral Parts of *Craven, Yorkſhire.* (Eundo a vico *Malham* dicto ad *Malham-cove*, inter ſaxa juxta rivulum, ad dextram ; *D. Richardſon.)*

Duæ præcedentes plantæ ſiliquas habent breves latiuſculas, Violæ Lunaria dictæ in modum, membrana valvulas diſſipiente ſiliquæ plano parallela.

Draba foliis caulinis numeroſis incanis, ſiliculis obliquis. Lunaria contorta major *Pet. H. Br.* 48. 3. Leucojum ſive Lunaria vaſculo ſublongo intorto *Syn. II.* 164. *Pluk. Alm.* 215. 42. *f.* 1. Paronychia Gnaphalii facie *Merr. Pin.* In *Catal. Plant. Angl.* Thlaſpi nobis inſcribitur, verum cum vaſculum ſeminale ſublongum ſit, & membrana intergerina ad ejuſdem latitudinem parallela, Lunariis Violis adjungendam duximus. *Lunar-violet with a wreathen Cod.* In udis prope ſcaturigines aquarum ad latera montium *Ingleborough* & *Hincklehaugh.* Antequam excauleſcit Paronychiæ vulgari non diſſimilis eſt. The ſame hath been obſerved by Mr. *Lhwyd* on the Mountains of *North Wales.*

(Non tantum antequam cauleſcit, ſed etiam florentem in locis prædictis, etiamque in rupibus juxta *Wharfe* & *Aſtnike* copioſe aliquando reperi, color ei cæſius; Paronychia triplo major & antequam flores protrudit, Gnaphalio majori *C. B.* haud diſſimilis. Hanc Plantam in Cambria nunquam obſervare contigit ; *D. Richardſon.)*

Paronychiæ ſimilis ſed major, perennis Alpina repens *Syn. II.* 165. 2. In ſummis rupibus *Hyſvae* dictis, *Nant Phrancon* valleculæ imminentibus, In agro Arvonienſi. Seminium non vidit *D. Lhwyd,* proinde dubitavit annon forte Thlaſpi vel Lunaria vaſculo oblongo intorto nobis dicta fuerit.

(In rupibus humidis *Phainon vellan* imminentibus quondam mihi viſum fuit, unde in hortum noſtrum tranſtuli, ubi vere ſequente floruit & ſemina perfecit. Hanc plantam florentem

tem nunquam vidit *D. Lhwyd:* ſed autopſia edoctus ei nomen ſequens tribui: Leucojum lunatum minus vernum, Cambro-britannicum, atro virens, vaſculo ſublongo, intorto. *D. Richardſon.* Lunaria contorta minor. *Pet. H. B.* 48. 4.

LEPIDIUM.

CAL. Perianthium *tetraphyllum:* foliolis *ovatis, concavis, deciduis.* COR. *tetrapetala, cruciformis.* Petala *obovata, calyce duplo longiora:* unguibus *anguſtis.* STAM. Filamenta *ſex, ſubulata, longitudine calycis, quorum* duo oppoſita *breviora.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *cordatum.* Stylus *ſimplex, longitudine ſtaminum.* Stigma *obtuſum.* PER. Silicula *ſubcordata, vix emarginata, compreſſa, margine acuta, bilocularis:* diſſepimento *lanceolato*; valvulis *navicularibus, carinatis.* SEM. *ſolitaria, ovato-acuminata, baſi anguſtiora, nutantia.* OBS. *Naſturtii T.* Pericarpium margine acutius, ſæpius apice magis emarginatum. *Lepidii T.* Pericarpium margine obtuſum, non emarginatum apice. *Iberis* flore gaudet apetalo, diandro, qui in hac claſſe inſuetus.

Lepidium foliis pinnatis integerrimis, petalis emarginatis calyce minoribus. Naſturtium alpinum tenuiſſime diviſum. *Bauh. pin.* 105. Naſturtium petræum annuum noſtras. *Pluk. alm.* 262. *t.* 206. *f.* 4. *mal.* Cardamine puſilla ſaxatilis montana diſcoides. *Col. ecphr.* 1. *p.* 274. *t.* 273. *bon.* Naſturtium pumilum vernum. *Bauh. pin.* 105. in arenoſis.

Lepidium foliis ovato-lanceolatis integris ſerratis. Lepidium latifolium *C. B. Pin.* 97. Lepid. Pauli *J. B. II.* 940. Piperitis ſeu Lepidium vulgare *Park.* 855. Raphanus ſylveſtris Officinarum, Lepidium Æginetæ Lobelio *Ger.* 187. *Dittander, Pepperwort.* In a Cloſe adjoining to the Court-yard and the River, near the Hythe at *Colcheſter*, and at *Heybridge* near *Maldon*, by the Water-ſide, plentifully; as alſo near *Fulbridge*, at *Maldon* Town's end. (Plentifully in the Corn betwixt *Beningbrough* and *Miton*, in the North-riding, *Yorkſhire*; *D. Richardſon.*) Near *Grays* in *Eſſex*; Dr. *Watſon.*

Notæ hujus ſunt folia integra magna, floſculi parvi albi, ſiliquæ itidem parvæ, radix reptatrix, odor & ſapor piperis.

Herba acris eſt: cum axungia trita & impoſita dolori iſchiadico & podagræ auxiliatur. Mulierculæ Burienſes decoctam

decoctam in cereviſia ad partum facilitandum propinant; *Park.* Commanducata pituitam elicit, & ad ſcrophulas conducit.

Lepidium floribus diandris apetalis, foliis radicalibus dentato-pinnatis; ramiferis linearibus integerrimis. Naſturtium ſylveſtre Oſyridis folio *C. B.* 105. *Park.* 829. Thlaſpi anguſtifolium Fuchſii, Naſturtium ſylveſtre *J. B. II.* 914. Thlaſpi minus *Ger.* 204. *Narrow-leaſed wild Creſſe.* Near the Sea in many Places, v. g. at *Maldon* in *Eſſex*, *Lynne* in *Norfolk*, *Truro* in *Cornwal*, &c.

Foliis e radice laciniatis, quæ caules occupant integris anguſtis oblongis; floſculis minimis, Naſturtii ſapore & odore valido ejuſdemque capſulis facile innoteſcit hæc herba.

THLASPI.

CAL. Perianthium *tetraphyllum:* foliolis *ovatis, concavis, erecto-patulis, deciduis.* COR. *tetrapetala, cruciformis.* Petala *obovata, calyce duplo longiora* unguibus *anguſtis.* STAM. Filamenta *ſex, corolla dimidio breviora: quorum* duo oppoſita *adhuc breviora.* Antheræ *acuminatæ.* PIST. Germen *ſubrotundum, compreſſum, emarginatum.* Stylus *ſimplex, longitudine ſtaminum.* Stigma *obtuſum.* PER. Silicula *compreſſa, baſi anguſtior, apice latior, emarginata ſtylo longitudine emarginaturæ, bilocularis* diſſepimento *lanceolato;* valvulis *navicularibus.* SEM. *duobus plura, nutantia, ſuturis affixa.* OBS. *Burſæ paſtoris T.* Silicula obcordata, margine deſtituta. *Thlaſpi T.* Silicula obcordata, margine acuto cincta.

Thlaſpi ſiliculis orbiculatis, foliis oblongis dentatis glabris. Thlaſpi Dioſcoridis *Ger.* 204. Drabæ folio *Park.* 836. cum ſiliquis latis *J. B. II.* 923. arvenſe ſiliquis latis *C. B. Pin.* 105. *Treacle-muſtard, Penny-creſs.* I have found it in many Places: as in the Fields about *Wormingford* in *Eſſex*, plentifully; as alſo at St. *Oſyth*, in *Tendring* Hundred; at *Stone* in *Staffordſhire*, and *Saxmundham* in *Suffolk.*

Siliquarum magnitudine ab omnibus hujus generis noſtratibus abunde diſtinguitur: tota planta glabra eſt.

Thlaſpi foliis Globulariæ *J. B. II.* 926. montanum Glaſti folio minus *Park.* 842. *C. B. Pin.* 106. Thlaſpeos albi ſupini varietas *Ger. emac.* 268. Thlaſpi Alpinum Bellidis cæruleæ folio *C. B. Pin.* 106. *Treacle-muſtard, with Leaves*

like Globularia. In the Paſtures about the ebbing and flowing Well, a Mile from *Settle* in *Yorkſhire*, toward *Ingleborough*; as alſo in many Places of the mountainous Paſtures between *Settle* and *Malham.* Radice eſt reptatrice, præcedentibus minor & humilior.

Thlaſpi Vaccariæ folio glabrum *Syn. II.* 175. 5. glabrum *Pet. H. B.* 50. 8. *Smooth Mithridate Muſtard.* Tum folia, tum ſiliquæ glabræ ſunt. Found by Mr. *Lawſon.* (And by Mr. *J. Sherard*, in the Way from *Backley* to *Bungay*, in *Suffolk*, folia latiora ſunt quam incano, nec adeo acuminata.)

Thlaſpi ſiliculis ſubrotundis, foliis amplexicaulibus cordatis ſubſerratis. Thlaſpi perfoliatum minus *C. B. Pin.* 106. perfoliatum minus *Park.* 837. Thlaſpi minus Cluſii *Ger.* 210. *The leſſer perfoliate Treacle-muſtard.* Among the Stone-pits between *Witney* and *Burford* in *Oxfordſhire*; *D. Bobart.* (In the Paſtures above the ebbing and flowing Well, two Miles from *Griſlewick*, in ſtony Ground amongſt the Graſs, *Yorkſhire*; *Merr. Pin.* On moſt Limeſtone Paſtures in *Weſtmoreland* and *Cumberland*; *D. Nicholſon.* vid. Cambd. Britann. Ed. Gibſon, p. 846. Q. An. aliter quam magnitudine & ratione loci differat a majori ſpecie?

Semen Thlaſpeos acre eſt, & viribus ad Sinapi accedit. Uſus præcip. in abſceſſibus internis rumpendis, menſibus ciendis, iſchiadicis affectibus curandis. Extrinſecus abſtergit ulcera manantia, inſuperque ptarmicum eſt, ſed minus vulgare; *Schrod.*

Thlaſpi ſiliculis ſubrotundis piloſis, foliis caulinis ſagittatis hirſutis. Thlaſpi Vaccariæ incano folio perenne. Thlaſpi capſulis hirſutis *J. B. II.* 922. villoſum, capſulis hirſutis *C. B. Pin.* 106. *Pr.* 47. *Perennial Mithridate Muſtard.* In Montoſis Cambro-britanniæ & alibi obſervavi.

Flores triplo etiam majores quam præcedentis, capſulæ longiores & hirſutiores.

Thlaſpi ſiliculis ſubrotundis, foliis ſagittatis dentatis incanis. Thlaſpi vulgatius *J. B. II.* 921. vulgatiſſimum *Ger.* 204. Mithridaticum ſeu vulgatiſſimum, Vaccariæ folio *Park.* 835. arvenſe, Vaccariæ incano folio majus *C. B. Pin.* 106. *Mithridate-muſtard, Baſtard-creſſes.* Inter ſegetes variis in locis.

Thlaſpi ſiliculis obcordatis, foliis radicalibus pinnatifidis. Burſa paſtoria *J. B.* 936. *Ger.* 214. major vulgaris *Park.* 866.

866. paſtoris major folio ſinuato *C. B. Pin.* 108. Thlaſpi fatuum, Burſa paſtoris dictum *Syn. II.* 176. 7. *Sheepherd's-purſe.* Secus vias, locis deſertis & incultis, inque areis compitis & ruderibus paſſim. A Thlaſpi differt capſulis quæ burſam vel trianguli iſocelis figuram referunt.

Variat plurimum foliis & eorum inciſuris, nec niſi hujus varietates videntur. Burſa paſtoris major folio non ſinuato *C. B. it.* Burſa paſtoris media *Ej.* & Burſa paſtoris eleganti folio, inſtar Coronopi repentis *Cam. H.* 32. quæ omnes varietates in Anglia etiam reperiuntur.

Burſa paſtoris adſtringit & conſtipat, hinc valet in hæmorrhagia narium [ſi peſſum e cotone factum & ejus ſucco intinctum naribus indatur ; *Brunſ.*] diarrhœa, dyſenteria, mictione cruenta, fluxu nimio mulierum. Externe vulneribus ſolidandis a plebeiis adhibetur, nec ſine ſucceſſu. Quinimo additur ſæpius cataplaſmatis febrifugis, quæ carpis imponuntur, ne ſine ſucceſſu ; *Schrod.*

COCHLEARIA.

CAL. Perianthium *tetraphyllum :* foliolis *ovatis, concavis, dehiſcentibus, deciduis.* COR. *tetrapetala, cruciformis.* Petala *obovata, patentia, calyce* duplo *majora :* unguibus *anguſtis, calyce brevioribus, patulis.* STAM. Filamenta *ſex, ſubulata. longitudine calycis : quorum* duo oppoſita *breviora.* Antheræ *obtuſæ, compreſſæ.* PIST. Germen *cordatum.* Stylus *ſimplex, breviſſimus.* Stigma *obtuſum.* PER. Silicula *ſubcordata, gibba, leviſſime compreſſa, ſtylo inſtructa, bilocularis, integerrima, ſcabra, margine obtuſo.* SEM. *quatuor circiter in ſingulo loculo.*

Cochlearia foliis radicalibus ſubrotundis, caulinis oblongis ſubſinuatis. Cochlearia *J. B. II.* 942. rotundifolia *Ger.* 324. ſive Batavorum *Park.* 285. folio ſubrotundo *C. B. Pin.* 110. *Common round-leafed Scurvy-graſs, or Garden Scurvy-graſs.* Ad littus maris variis in locis, præſertim in Cumberlandia & Lancaſtria, ubi in ipſis etiam ſcopulis e ſaxorum fiſſuris exit. We have alſo found it near little Rills of Water, running down the Sides of the Hills, at a great Diſtance from the Sea, as near *Caſtleton* in the *Peak* of *Derby*, upon *Penigent* and *Ingleborough* Hills, and upon *Stanemore* in *Yorkſhire*, near the *Spittle.* Hujus autem quæ in montibus oritur folia multo minora ſunt & rotundiora, planioraque foliis ejus quæ ad mare & Coty-

ledonis

ledonis foliis ſimilia; ut dubitaverim aliquando annon media quædam Cochleariæ ſpecies eſſet. Verum ſemine in hortis ſato quæ exoritur ſpeciem mutat & ad maritimæ magnitudinem & formam accedit.

Cochlearia rotundifolia *Merret. Pin.* Cochlearia minima ex montibus *Walliæ Boerh. Ind. Alt. II.* 10. to which we may add, Cochlearia rotundifolia 1. Batavica *Lobelii* (if that be to be met with in the *Peak* of *Derbyſhire*) for I am ſatisfied that it is the ſame Cochlearia that grows upon the Mountains of *Wales*, *Derbyſhire*, *Yorkſhire*, and *Weſtmoreland*, of which I have now Plants from *Wales* and *Craven* in my Garden, which yearly ſow themſelves, and have continued the ſame for above ten Years, notwithſtanding what Mr. *Ray* has been informed to the contrary; Dr. *Richardſon*. The ſame is confirmed in Mr. *Sherard's* Garden at *Eltham*.

Cochlearia folio ſinuato *C. B. Pin.* 110. vulgaris *Park.* 285. Britannica *Ger.* 324. *Engliſh or common Sea Scurvy-graſs.* In ſalſis maritimis plurimis in locis. Foliis imis etiam, anguloſis aut ſinuatis a præcedente differt.

Cochlearia minor rotundifolia noſtras & *Park.* 286. *The leſſer round-leafed Scurvy-graſs.* Primæ ſpeciei ſimilis eſt ſed minor, folia anguloſa, præſertim quæ in caulibus. On the Coaſt of *Angleſey*, about *Beaumaris*, as alſo on the Coaſt of *Carnarvonſhire*.

Cochlearia marina folio anguloſo parvo *D. Lawſon*, *Small Sea Survy-graſs with cornered Leaves.* In *Walney* Lancaſtriæ Inſula (near *Llanbadrick* Church. Mr. *Lhwyd.*) Hanc plantam cum Thlaſpi Hederaceo *Lob. Ic.* 615. *Ger. Em.* 271. *Park.* 848. eandem plane eſſe, collata diligenter cum icone *Lobelii* herba ipſa virente, obſervavit *D. Dale.*

Acris eſt & calida, ſale volatili abundans, unde morbis illis qui a ſale fixo nimis copioſo originem ducunt, imprimis autem Scorbuto medetur. Ob partium volatilitatem præſtat eam cereviſia vel vino infuſam, quam decoctam ſumere. In uſu etiam ſunt ſuccus expreſſus, conſerva, ſpiritus, tinctura liquida. Vide *Hiſt. noſt.* p. 833. Succus cum herba contuſa impoſita faciei maculas ſex horarum ſpatio tollit. Sed poſtea facies decocto furfuris eſt abluenda. *Herm.*

Cochlearia foliis pinnatifidis. Naſturtium ſupinum capſulis verrucoſis *Meth. Em.* 98. Coronopus Ruellii *Ger.* 346. recta vel repens Ruellii *Park.* 502. Ruellii ſeu Naſturtium verrucoſum *J. B.* 919. Ambroſia campeſtris repens *C. B. Pin.* 138. *Swines Creſſes.* In uliginoſis & ad vias.

Capſulæ

Capſulæ verrucoſæ & velut echinatæ, diſpermæ ſeminibus in ſingulis loculamentis ſingulis. Cauliculi reſupini; folia Naſturtii in modum diviſa. Cruda, inquit *Ruellius*, eſtur in acetariis & cocta, & cum aceto manditur; *Dod.*

Cochlearia foliis radicalibus lanceolatis crenatis, caulinis inciſis. Raphanus ruſticanus *Ger.* 187. *Park.* 860. *C. B. Pin.* 96. ſylveſtris ſeu Armoracia multis *J. B. II.* 851. Cochlearia folio cubitali *J. R. H.* 215. *Horſe-radiſh.* We found it plentifully about *Alnwick*, and elſewhere in *Northumberland* in the Ditches and by the Waters-ſides; and Dr. *Liſter* upon the Banks of *Skiptonbeck*, and elſewhere in *Bolland* in *Craven.*

Floribus albis, foliis magnis integris oblongis, radice reptatrice vivaci, Raphani ſapore acri, ſiliquis parvis curtis ab aliis plantis diſtinguitur.

(Plurimum foliis ludit, & ſæpe in eadem planta, folia integra & eleganter diſſecta obſervantur.)

In condimentis appetitum facit, ſed caput lædit. Urinam & arenulas vehementer pellit. Commendatur ad tuſſim & phthiſin. Specifice ſcorbuticis prodeſt. Ciet vomitum ſi ſuccus vel infuſio in aceto cum melle aſſumatur, & aqua tepida ſuperbibatur; *Schrod.*

In doloribus tumoribuſque artuum folia recentia, parum contuſa levamen mirifice conferunt. Eædem ad tumorem eryſipelatodem valent; *Ephem. German.* An. 14. Obſerv. 90. Vid. *Hiſt. noſt.* 920.

I B E R I S.

CAL. Perianthium *tetraphyllum*: foliolis *obovatis, concavis, patentibus, parvis, æqualibus, deciduis.* COR. *tetrapetala, inæqualis.* Petala *obovata, obtuſa, patentia*, unguibus *oblongis, erectis: quorum* duo exteriora proxima *longe majora, inter ſe æqualia*; duo interiora *minima reflexa.* STAM. Filamenta *ſex, ſubulata, erecta: quorum* duo lateralia *breviora.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *ſubrotundum, compreſſum.* Stylus *ſimplex, brevis.* Stigma *obtuſum.* PER. Silicula *erecta, ſuborbiculata, compreſſa, ſuperne margine bifido acuto cincta, bilocularis:* diſſepimento *lanceolato*; valvulis *navicularibus, compreſſis, carinatis.* SEM. *ſolitaria, ſubovata.*

Iberis foliis ſinuatis, caule nudo ſimplici. Naſturtium petræum *Tab. Ic.* 451. *Ger.* 194. petræum foliis Burſæ Paſtoris

Paſtoris *C. B. Pin.* 104. Burſa paſtoris minor *Park.* 866. minor, foliis inciſis & Thalii *C. B. Pin.* 108. Burſa paſtoria minima *Ger.* 214. paſtoris parva folio glabro ſpiſſo *J. B. II.* 937. *The leſſer Shepherd's-purſe, or Rock-creſſe.* In arenoſis nonnunquam & petroſis. (Near *Hampton-court*, *Richmond*, and *Barnes-common*; Mr. *Dood.* & *Not.*) Near the Bowling-green on *Putney-common*; Dr. *Watſon.* Alſo near *Ilford*, in a Lane oppoſite to the Green-man.

Parvitate ſua, foliis glabris, craſſis, Burſæ paſt. cauliculis plurimis, non raro follis viduis, capſulis, Naſturtii, ab aiiis hujus generis diſtinguitur.

(Conſiderandum an non a *Jo. Bauhino*, *Turnefortio* & a *Raio* duæ diverſæ plantæ ſub his Synonymis comprehendantur. Figura quidem *Tabernæmontani*, a Burſa paſtoria minima *Lob.* quam aſſumit *J. Bauchinus*, *Johnſonus* & *Parkinſonus* non leviter recedit, & Burſa paſtoria minima *Ger.* ad Thlaſpi fatuum pertinet.)

Naſturtium ſylveſtre Erucæ affine *C. B. Pin.* 105. ſylv. Valentinum Cluſio *J. B. II.* 920. *Park.* 830. Eruca Naſturtio cognata tenuifolia *Ger. Em.* 247. *Creſſe-rocket.* Found by Mr. *Lawſon* on *Saliſbury-plain*, not far from *Stonehenge.*

Naſturtiolum montanum annuum tenuiſſime diviſum *D. Bobart.* Brought him by *Richard Kayle* from St. *Vincent*'s Rock, near *Goram*'s Chair, in the Pariſh of *Henbury*, three Miles from *Briſtol.* (Naſturtium petræum annuum noſtras *Pluk. Alm.* 262. *T.* 206. *f.* 4. pumilum vernum *C. B. Pin.* 105. *Ed.* 1. Cardamine puſilla ſaxatilis montana διϭκοιδὴς *Col. Ec. I.* 273. *Goram*'s Chair is about five Miles from *Briſtol*; it grows on the low Rocks juſt over-againſt the Chair; Mr. *J. Sherard.* Flos regularis, petalis conſtans æqualibus & integris: vaſculum bicapſulare, binis in ſingulis loculamentis ſeminibus.)

SILIQUOSA.

DENTARIA.

CAL. Perianthium *tetraphyllum:* foliolis *ovato-oblongis, conniventibus, obtuſis, deciduis.* COR. *tetrapetala, cruciformis.* Petala *ſubrotanda, obtuſa, vix emarginata, plana, deſinentia in* ungues *longitudine calycis.* STAM. Filamenta *ſex, ſubulata, longitudine calycis, quorum* duo *breviora.* Antheræ *cordato-oblongæ, erectæ.* PIST. Germen *oblongum, longitudine ſtaminum.*

ſtaminum. Stylus *breviſſimus, craſſus.* Stigma *obtuſum, emarginatum.* PER. Siliqua *longa, teres, bilocularis, bivalvis:* diſſepimento *valvis paulo longiore.* SEM. *plura, ſubovata.*

Dentaria foliis inferioribus pinnatis, ſummis ſimplicibus. Dentaria heptaphyllos baccifera. *Bauh. pin.* 322. Dentaria heptaphyllos baccifera. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 121. Dentaria baccifera, foliis ptarmicæ. *Bauh. pin.* 322. in ſylvis.

CARDAMINE.

CAL. Perianthium *tetraphyllum:* foliolis *ovato-oblongis, obtuſis, erectis, gibbis, parvis, deciduis.* COR. *tetrapetala, cruciformis.* Petala *ovato-oblonga, obverſa, patentiſſima, deſinentia in* ungues *erectos, calyce duplo longiores.* STAM. Filamenta *ſex, ſubulata: quorum* duo oppoſita *longitudine dupla calycis,* reliqua *vero paulo longiora.* Antheræ *parvæ, cordato-oblongæ, erectæ.* PIST. Germen *tenue, cylindraceum, longitudine ſtaminum.* Stylus *nullus.* Stigma *obtuſo-capitatum, integrum.* PER. Siliqua *longa, cylindraceo-compreſſa, bilocularis, bivalvis:* valvulis *dehiſcendo ſpiraliter revolventibus, elaſtice ſemina ejaculantibus.* SEM. *plurima, ſubrotunda.* OBS. Datur ſpecies ſtaminibus duobus iſtis minoribus ſæpius deſtituta.

Foliis ſimplicibus.

Cardamine foliis ſimplicibus ovatis integerrimis: petiolis longis. Cardamine pumila Bellidis folio, Alpina *Ger. Emac.* 260. Plantula Cardamines alterius æmula Cluſii *Park.* 828. Naſturtium Alpinum Bellidis folio minus *C. B. Pin.* 105. Sinapi pumilum Alpinum Bellidis folio Cluſio *J. B. II.* 870. *Daiſie-leafed Ladies-ſmock.* Found by Mr. *Newton* on S. *Vincent*'s Rock, near *Briſtol.* (On the Rock near the Quarry, by *Bath*; in variis locis juxta *Rippon* ad monaſterium ejus & in Denbighſhire; *Merr. P.)*

Cardamine foliis ſimplicibus oblongis dentatis. Cardamine petræa cambrica, naſturtii facie. Naſturtium petræum Johnſoni *Merr. Bot. Part. Alt. Pluk. Alm.* 261. *T.* 101. *f.* 3. Paſſim in excelſis rupibus *Arvoniæ* & *Merviniæ,* v. g. *Moelyn rhudh* juxta *Pheſtiniog, y Glogvvyn, du y yr Ardhn Glogvvyn y Carnedh* prope Lhanberys; *D. Lhwyd.* In a gravelly Field near *Ilford,* abundantly. (Nullibi mihi copioſius occurrit, quam in rupibus udis

ſupra

ſupra lacum *Layn-dû*. Figura Plukenetiana, ut nec Petiveriana non admodum bene exprimit hanc plantam. Flos ei albus, pro plantulæ modo magnus tetrapetalus; petala non cruciatim, ſed ex adverſo bina locantur. Siliquæ ſuccedunt tenues oblongæ quæ an Cardamines, vel Siſymbrii inſtar rumpantur, nondum obſervavi; Dr. *Richardſon.*)

Foliis pinnatis.

Cardamine foliis pinnatis, floribus apetalis. Cardamine impatiens, vulgo Sium minus impatiens *Ger. Em.* 260. Sium minimum, *Noli me tangere* dictum, ſive impatiens Naſturtii ſylveſtris folio *Park.* 1241. Siſymbrii Cardamines ſpecies quædam inſipida *J. B. II.* 886. *Impatient Ladies-ſmock.* Among the Stones under the Scars near *Wherf*, a Village ſome three Miles diſtant from *Settle*, *Yorkſhire.* (In Rills and Ditch-banks about *Bath*, *Merr. P.* Inter ſaxa e rupibus imminentibus delapſa *Giglaſwicka* quondam inveni. Maio floret; D. *Richardſon.*) Among the Rocks upon the Summit of *Beacon-hill*, *Leiceſterſhire*; Mr. *Pultney.* By the Thames-ſide, near the Phyſick-gardens, at *Chelſea*, plentifully; Dr. *Watſon.*

Cardamine foliis pinnatis, floribus tetrandris. Cardamine impatiens altera hirſutior *Syn. II.* 171. 4 quarta Dalech. *Lugd.* 654. Naſturtium aquaticum minus *C. B. Pin.* 104. Siſymbrium Cardamine hirſutum minus flore albo *J. B. II.* 888. Male imprimitur purpureo, ut patet ex deſcriptione. An Cardamine minor arvenſis *D. Lhwyd*, quam inter ſegetes & in hortis paſſim provenire ait, tum in agro Salopienſi prope *Oſwaldſtry*, tum montis Gomerici prope *Lhanvylhin.* *The leſſer hairy impatient Cuckow-flower, or Ladies-ſmock.* This is very common in *Warwickſhire*, in Gardens and moiſt Places, flowering in the Beginning of the Spring. In the Ditch between *Cainwood* and the *Cloſe* newly ſtubb'd up. By the Water a little beyond *Pancras*, towards *Kentiſhtown*, Mr. *Newton.* By the Side of a Brook at *Thorpe*, near *Loughborough*, *Leiceſterſhire*; Mr. *Pultney.* In the Lane oppoſite *Mother Red-cap*'s, going to *Hampſtead*, the left Hand Side going down; Dr. *Watſon.*

Folia

Folia huic hirſutiora ſordidius virent, pauciores habent pinnulas ad mediam coſtam, [tres plerumque conjugationes.] Caules humiliores ſunt, nec adeo rigidi & erecti.

Cardamine foliis pinnatis: foliolis radicalibus ſubrotundis; caulinis lanceolatis. Cardamine *Ger.* 201. Naſturtium pratenſe majus ſeu Cardamine latifolia *Park.* 825. pratenſe magno flore *C. B. Pin.* 104. Iberis Fuchſii ſeu Naſturtium prat. ſylveſtre *J. B. II.* 889. *Ladies-ſmock, or Cuckow-flower.* In pratis, locis humidis & ad rivulos paſſim.

Folia ima ex pinnulis latis & ſubrotundis componuntur, quæ in caulibus in tenues & oblongas portiunculas ſeu pinnulas diviſa: Flores ampli, ex albo purpuraſcentes, petalis venoſis. Mr. *Lawſon* obſerved it flore pleno in *Little-ſtrickland* Paſtures, in *Weſtmoreland.*

Cardamine foliis pinnatis, axillis ſtoloniferis. Cardamine flore majore elatior *Inſt. R. H.* 224. Naſturtium aquaticum amarum *Park.* 1239. aquat. majus & amarum *C. B. Pin.* 104. Siſymbrium Cardamine ſeu Naſturtium aquaticum flore majore elatius *J. B. II.* 885. *Bitter Creſſes.* It is common in boggy and watery Places. I have obſerved it near *Darking* in *Surrey*, *Braintree* in *Eſſex*, *Middleton* in *Warwickſhire*, and elſewhere. Vere floret.

SISYMBRIUM.

CAL. Perianthium *tetraphyllum: foliolis lanceolato-linearibus, patentiuſculis, coloratis, deciduis.* COR. *tetrapetala, cruciformis.* Petala *oblonga, erecto-patentia, calyce ſæpius minora, unguibus minimis.* STAM. Filamenta *ſex, calyce longiora: quorum* duo oppoſita *paulo breviora.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *oblongum, filiforme.* Stylus *vix ullus.* Stigma *obtuſum.* PER. Siliqua *longa, incurva, gibba, teres, bilocularis, bivalvis: valvulis diſſepimento paulo brevioribus.* SEM. *plurima, parva.* OBS. *Sophia* corollam calyce breviorem gerit, & ſiliquam tenuiſſimam longiſſimam. *Radiculæ D.* ſiliquam gibbam breviſſimam proferunt. Calyx & Corolla in hoc genere patentia.

Siliquis

Siliquis declinatis brevibus.

Siſymbrium ſiliquis declinatis, foliis pinatis: foliolis ſubcordatis. Siſymbrium Cardamine, ſeu Naſturtium aquaticum *J. B. II.* 884. Naſturtium aquaticum vulgare *Park.* 1239. aquaticum ſupinum *C. B. Pin.* 104. aquaticum ſeu Cratevæ Sium *Ger. Em.* 257. *Water creſſes.* In aquis vadoſis circa piſcinas & rivulos frequens, Junio & Julio menſibus floret.

Siliquæ huic breves habitiores a caule extantes, per maturitatem tactu non diſſiliunt ut in præcedentibus.

Naſturtium aquaticum foliis minoribus præcocius *Syn. II.* 172. aquaticum præcox *Pet. H. B.* 47. 3. *Early flowering Water-creſſes, with ſmaller Leaves.* Obſerved by Mr. *Dale*, together with the precedent in the ſame Places.

Naſturtium aquaticum pinnulis paucioribus *Dood Ann.* Near the *Black Jack*, near *Peckham-fields.* (An priorum varietas vel ſpecies diverſa?)

Naſturtium aquaticum ſpecificum eſt ad ſcorbutum: in acetariis & juſculis utuntur foliis & germinibus primo erumpentibus in hunc uſum. Urinam ciet, calculum pellit, Menſes educit, Hydropicos juvat.

Siſymbrium ſiliquis declinatis, foliis pinnatis: foliolis lanceolatis ſerratis. Eruca aquatica *Ger. Emac.* 248. *Park.* 1242. Eruca quibuſdam ſylveſtris repens, floſculo parvo luteo *J. B. II.* 866. Eruca ſylveſtris minor, luteo parvoque flore *C. B. Pin.* 98. It. Er. paluſtris & Naſturtii folio ſiliqua oblonga *Ejuſd.* Sium alterum aquaticum luteum, vel Cardamine tenuifolia montana *Col. Ec. I.* 266. Naſturtium montanum luteum *C. B. Pin.* 104. *Water-rocket.* Ad fluvios & foſſas, necnon in alveis torrentum ſiccatis arenoſis & ſaxoſis. Vide quæ de ſynonymis hujus plantæ adnotavimus *Hiſt. noſt. p.* 808.

Siſymbrium ſiliquis, declinatis oblongo-ovatis, foliis pinnatifidis ſerratis. Radicula ſylveſtris ſeu paluſtris *J. B. II.* 866. Raphanus aquaticus alter *Park.* 1229. *C. B. Pin. Ed.* 1. 97. *Pr.* 38. aquaticus Rapiſtri folio *Ej. Pin. Ed.* 2. 97. Rapiſtrum aquaticum *Ger.* 180. *Water Radiſh.* In aquis fluentibus & rivis.

Raphanus aquaticus foliis in profundas lacinias diviſis *C. B. Pin.* 97. *Pr.* 38. aquaticus *Ger.* 185. aquaticus Bauhino *Park.* 1228. Cum priori.

Siliquis



Sisymbrium foliis pinnatifidis integerrimis caulibus subnudis simplicibus procumbentibus.

Sisymbrium foliis
denticulatis Siliquis

Siliquis curtis cum Raphano ruſticano convenit; floribus luteis, foliis minoribus & ad pediculum laciniatis ab eodem differt.

Siliquis ſeſſilibus axillaribus.

Siſymbrium foliis lyratis denticulatis, ſiliquis ſeſſilibus. Eruca monenſis laciniata lutea *Syn. II.* 169. 2. Monenſis *Pet. H. B.* 46. 7. ſylveſtris minor lutea, Burſæ paſtoris folio *C. B. Pin.* 98. *Pr.* 39. *Pluk. Alm.* 136. *T.* 86. *f.* 7. Sicula Burſæ paſtoris folio *Bocc. R. Pl.* 18. *Jagged yellow Rocket of the Iſle of Man.* Between the Landing-place at *Ramſey* and the Town, plentifully. Found by Mr. *Lawſon*, in *Sella-fields*, *Seabank*, *Cumberland*; alſo between *Marſhgrainge* and the Iſle of *Walney*, but not plentifully. (Near *Abermeney-ferry* in *Angleſea*; Mr. *Lhwyd.* Figura *Plukenetii*, vel alius plantæ, vel admodum vitioſa eſt; multo melior eſt, quam *Bocconus* exhibuit.)

Siſymbrium foliis pinnatifidis integerrimis, caulibus ſubnudis ſimplicibus procumbentibus. Eruca monenſis laciniata, flore luteo majore. *Dill. elth.* 135. *t.* 111. *f.* 135. *Habitat. in* Mona, *inſula* in arenoſis.

Foliis bipinnatis.

Siſymbrium petalis calyce minoribus, foliis decompoſito-pinnatis. Eryſimum Sophia dictum. Sophia chirurgorum *Ger.* 910. *Park.* 830. Naſturtium ſylveſtre tenuiſſime diviſum *C. B. Pin.* 105. Seriphium Germanicum ſeu Sophia quibuſdam *J. B. II.* 886. *Flix-weed.* In locis ruderatis, lapidoſis & arenoſis, inque veteribus maceriis.

(An datur alia ſpecies foliis latioribus glabra? In the Lane to *Blackheath*, a little beyond the Stile that goes to *Charlton*, the upper Way; Mr. *Dood. Not.*)

Folia tenuiſſime diviſa, floſculi minimi, ſiliquæ prætenues ad hanc a reliquis diſcriminandum ſufficiunt.

Siſymbrium foliis pinnato-haſtatis dentatis, ſiliquis erectis. Eryſimum latifolium Neapolitanum *Park.* 834. latifolium majus glabrum *C. B. Pin.* 101. Irio lævis Apulus

Erucæ folio *Col. Ec. l.* 264. *Smoother broad-leafed Hedge-muſtard.* Circa Londinum variis in locis; as between the City and *Kenſington* in great Plenty; alſo about *Chelſea.* After the great Fire in *London,* in the Years 1667, 1668, it came up abundantly among the Rubbiſh in the Ruins. I have alſo obſerved it elſewhere, as about the Houſe of my honoured Friend *Edward Bullock,* Eſq; at *Faulkbourn* in *Eſſex*; alſo on the Walls of *Berwick* upon *Tweed.* Near *Goſwel-ſtreet.*

This hath ſmall yellow Flowers, and Cods longer by much than thoſe of the common *Eryſimum,* not clapping cloſe to the Stalk, as in that, but ſtanding out from it; it is alſo a leſſer and lower Plant.

ERYSIMUM.

CAL. Perianthium *tetraphyllum:* foliolis *ovato-oblongis, conniventibus, coloratis, deciduis.* COR. *tetrapetala, cruciformis.* Petala *oblonga, plana, apice obtuſiſſima:* unguibus *longitudine calycis, erectis.* Nectarifera *glandula duplex intra filamentum brevius.* STAM. Filamenta *ſex, longitudine calycis: quorum* duo oppoſita *breviora.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *lineare, tetragonum, longitudine ſtaminum.* Stylus *breviſſimus.* Stigma *capitatum, perſiſtens, parvum.* PER. Siliqua *longa, linearis, ſtricta, tetragona, bivalvis, bilocularis.* SEM. *plurima, parva, ſubrotunda.*

Eryſimum ſiliquis ſpicæ adpreſſis. Eruca hirſuta, ſiliqua cauli appreſſa, Eryſimum dicta. Eryſimum vulgare *C. B. Pin.* 100. Eryſim. Dioſcoridis Lobelio *Ger.* 198. Eryſ. Tragi, floſculis luteis, juxta muros proveniens *J. B. II.* 863. Irio ſive Eryſimum vulgare *Park.* 833. *Hedge-muſtard,* by ſome *Scrambling-rocket.* Ad ſepes & muros, inque locis ruderatis.

Flores huic lutei, qui cum ſucceſſive aperiantur, & ſiliquæ breves caulibus apprimantur, in ſpicas prætenues & prælongas excurrunt: ſemina parva ſublonga.

Lobelius tantas ei attribuit dotes, quæ aſthmaticis, fractui pulmonum, vocique raucæ etiam diuturnæ & prope invictæ præſenti ſunt præſidio, ut fidem pæne ſuperent; vid. *Adv. Lob. p.* 69. Uſus precipuus in mucilagine contumaci pulmonum & tuſſi chronica: extrinſecus in cancro non exulcerato & tumoribus remittentibus.

Eryſimum

Eryſimum foliis lyratis extimo ſubrotundo. Eruca lutea ſeu Barbarea *C. B. Pin.* 98. Barbarea *J. B. II.* 868. *Ger.* 188. flore ſimplici *Park.* 819. Naſturtium hybernum *Thal.* 80. *Winter-creſſes, or Rocket.* In muris, aggeribus juxta rivulos & aquas fluentes, non raro etiam in campeſtribus cultis.

Tota planta glabra eſt, folia atro-viridia, flores in longas ſpicas excurrunt, ſiliquæ tenues, cauli appreſſæ ſeu proximæ.

Barbarea foliis minoribus & frequentius ſinuatis *Raj. Hiſt. I.* 809. *ſub ſpec.* 8. præcox *Petiv. H. B.* 46. 2. Aprili in foſſis floret, referente *Petivero.*

Barbarea Naſturtio facultate ſimilis videtur. Vulneraria eſt, ulcera purgat & ſiccat: Semen diureticum eſt & arenulas expellit.

Eryſimum foliis cordatis. Heſperis Allium redolens *H. Ox. II.* 252. *J. R. H.* 222. Alliaria *Ger.* 650. *Park.* 112. *J. B. II.* 883. *C. B. Pin.* 110. *Jack by the Hedge, Sawce alone.* In aggeribus foſſarum. Foliis ſubrotundis, odore Allii, ſemine ſublongo ab aliis Tetrapetalis ſiliquoſis diſtinguitur.

Uſus hujus eſt ad embammata. Ruſtici cum butyro & pane comedunt. Recens urinam ciere dicitur; ſicca veneno adverſari. Scordium legitimum ut odore, ita & viribus refert. Succus in Gangrænis ulceribuſque putridis ac ſordidis magnarum eſt virium. Vid. *Hiſt. noſt. p.* 792.

Eryſimi nomine donamus plantas ſiliquis longis & tenuibus, ſtrictioribus quam Erucæ, flore luteo.

Eryſimum foliis integris lanceolatis.

Myagro affinis planta ſiliquis longis *J. B. II.* 894. Camelina *Ger.* 213. Camelina ſive Myagrum alterum amarum *Park.* 867. Myagrum ſiliqua longa *C. B. Pin.* 109. *Treacle-wormſeed.* In inſulaElienſi in ſalicetis prope urbem *Ely* copioſam obſervavimus: item prope *Aſhburn* oppidum in Pecco Derbienſi dicto. (In the Corn-fields about *Elden*; Mr. *Newton.*) In a Corn-field near *Weybridge*, two Fields South of the Church; Dr. *Watſon.*

Folia huic integra ſunt, anguſta oblonga; ſiliquæ quadratæ tenues, a caule extantes, ſemina fulva, oblonga, amara.

CHEIRANTHUS.

CAL. Perianthium *tetraphyllum, compreſſum:* foliolis *lanceolatis, concavis, erectis, parallelis, conniventibus, deciduis: quorum* duo exteriora *baſi gibba.* COR. *tetrapetala, cruciformis.* Petala *ſubrotunda, calyce longiora;* unguibus *longitudine calycis.* STAM. Filamenta *ſex, ſubulata, parallela, longitudine calycis: quorum* duo *intra foliola calycina gibba, paulo breviora.* Antheræ *erectæ, baſi bifidæ, apice acutæ & reflexæ.* Nectarifera glandula *cingit baſin ſtaminis minoris utrinque.* PIST. Germen *priſmaticum, tetragonum, longitudine ſtaminum, tuberculo utrinque notatum.* Stylus *breviſſimus, compreſſus.* Stigma *oblongum, bipartitum, reflexum, craſſiuſculum, perſiſtens.* PER. Siliqua *longa, compreſſa, angulis duobus oppoſitis obliteratis, denticulo notatis, bilocularis, bivalvis, Stylo breviſſimo, & Stigmate bifido erecto inſtructa.* SEM. *plurima, pendula, alterna, ſubovata, compreſſa.* OBS. Denticulus utrinque germini inſidens, in aliis fere evaneſcit: in aliis accreſcit. *C. tricuſpidati* Siliquæ apex tricuſpidatus.

Cheiranthus foliis lanceolatis acutis glabris. Leucojum luteum, vulgo Cheiri flore ſimplici *J. B. II.* 872. luteum vulgare *C. B. Pin.* 202. Keiri ſive Leucojum vulgare luteum *Park.* 625. Viola lutea *Ger.* 371. *Wall-flower, or Wild-cheir.* In muris antiquis & tectis.

Foliorum colore viridi & forma acuminata, ſed præcipue florum colore luteo, a Leucojo maritimo differt.

Tum herba, tum præcipuæ flores cordiales ſunt, dolores mitigant, menſes cient, ſecundinas proritant; *Schroed.* In uſu ſunt conſerva ex floribus, aqua deſtillata & oleum ex floribus infuſis quod præſervat ab apoplexia & paralyticos juvat.

Heſperis ſylveſtris inodora *C. B. Pin.* 202. Pannonica inodora *J. B. II.* 878. *Park.* 628. *deſcr.* 1682. *icon.* tertia *Cluſ. H.* 297. On the Banks of the Rivulets about *Dale-head* in *Cumberland*, and *Graſſmire* in *Weſtmoreland*; Mr. *Nicholſon.* Vid. *Camb. Brit. p.* 846. *Ed. Gibſon.*

Heſperidis notas characteriſticas vid. *Meth. Em.* 95.

Cheiranthus foliis lanceolatis integerrimis obtuſis incanis, ſiliquis apice truncatis compreſſis, caule ſuffruticoſo. Leucojum marinum majus *Park.* 622. maritimum magnum latifolium *J. B. II.* 875. maritimum ſinuato folio *C. B. Pin.* 201. marinum majus *Cluſ. Hiſt.* 298. *Great Sea*

Stock-

Stock gilly-flower, with a ſinuated Leaf. In maritimis Cambriæ littoribus arenoſis, as about *Abermeney-ferry*, in the Iſle of *Angleſey*, at *Aberdaren* in *Carnarvonſhire*, and alſo on the Coaſt of *Cornwal.*

ARABIS.

CAL. Perianthium *tetraphyllum, deciduum :* foliolis duobus oppoſitis *majoribus, ovato-oblongis, acutis, baſi prominulis, gibbis, concavis:* duobus reliquis *linearibus, erectis.* COR. *tetrapetala, cruciformis.* Petala *ovata, patentia, deſinentia in* ungues *longitudine calycis.* Nectaria *quatuor :* ſingulum *ex ſquamula intra fundum folioli calycini, receptaculo affixa, reflexa, perſiſtente.* STAM. Filamenta *ſex, ſubulata, erecta : quorum* duo *longitudine calycis ;* quatuor *duplo longiora.* Antheræ *cordatæ, erectæ.* PIST. Germen *teres, longitudine ſtaminum.* Stylus *nullus.* Stigma *obtuſum, integrum.* PER. Siliqua *compreſſa, longiſſima, linearis, torulis ad ſemina inæqualis :* valvulis *longitudine ferme diſſepimenti.* SEM. *plurima, ſubrotunda, compreſſa.* OBS. Nectaria & Stigma neque Cheiranthum, neque Heſperidem eſſe demonſtrant.

Arabis foliis petiolatis lanceolatis integerrimis. Turritis vulgaris ramoſa *J. R. H.* 224. Braſſica ſpuria minima, foliis hirſutis & glabris *Syn. II.* 166. Burſa paſtoria ſeu Piloſella ſiliquoſa *J. B. II.* 870. Piloſella ſiliquoſa *Thal. Tab.* 7. Burſæ Paſtoriæ ſimilis ſiliquoſa major & minor *C. B. Pin.* 108. Paronychia major & altera minor *Park.* 556. *Codded Mouſe-ear.* In arenoſis & ſicciori-bus, ut formicarum cumulis.

Turritis minor folioſa *Pet. H. B.* 48. 2. Braſſica ſpuria caule magis folioſo hirſutior *Syn. II.* 166. Piloſellæ ſiliquatæ ſpecies eſt, ſed ab utraque *Thalii* diverſa. I found it upon a Stone-wall not far from *Axbridge* in *Somerſetſhire.* D. *Plukenetio* dicitur, Braſſica ſpuria exilis non laciniata hirſutior, ſubrotundis foliis, caule magis folioſo *Alm. p.* 70. *T.* 80. *f.* 2.

Folia ima hirſuta, quæ in caule glabra : parvitate ſua, flore lacteo, ſiliquis tenuibus, ſparſis, & a caule abſcedentibus a Turriti differt ſatis.

TURRITIS.

CAL. Perianthium *tetraphyllum :* foliolis *ovato-oblongis, erectis, conniventibus, deciduis.* COR. *tetrapetala, cruciformis.* Petala *ovato-oblonga, obtuſa, erecta, integra :* ungui-

bus

bus *erectis.* STAM. Filamenta *ſex, ſubulata, erecta, longitudine tubi : quorum* duo *breviora.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *longitudine floris, teres, ſubcompreſſum.* Stylus *nullus.* Stigma *obtuſum.* PER. Siliqua *omnium longiſſima, ſtricta, tetragona, angulis oppoſitis alternis obſoletis, & ſubcompreſſis, bilocularis, bivalvis :* valvulis *diſſepimento vix æqualibus.* SEM. *numeroſiſſima, rotundiuſcula, emarginata.*

Turritis foliis omnibus hiſpidis, caulinis amplexicaulibus. Turritis muralis minor *Pet. H. B.* 47. 12. Barbarea muralis *J. B. II.* 869. Eryſimo ſimilis hirſuta planta *Park.* 834. Eryſimo ſimilis hirſuta, non laciniata alba *C. B. Pin.* 101. *Pr.* 42. *icon. Wall-creſs, or Tower-muſtard, with Daiſie-leaves.* In rupibus & muris antiquis, inque paſcuis ſiccioribus montoſis, in Occidentalibus & Borealibus Angliæ regionibus. (On the Banks beyond *Midhurſt* in *Suſſex* ; Mr. *Dood.*)

Oſtenſa eſt nobis aliquando pro Turriti minore, & revera magnam habet cum Turriti vulgari convenientiam, ut non inepte ita denominari poſſet. Folia ima ad Bellidem accedunt, verum hirſuta ſunt, colore viridi.

BRASSICA.

CAL. Perianthium *tetraphyllum, erectum :* foliolis *lanceolato-linearibus, concavo-canaliculatis, baſi gibbis, erectis, parallelis, deciduis.* COR. *tetrapetala, cruciformis.* Petala *ſubovata, plana, patentia, integra, ſenſim attenuata in* ungues *longitudine fere calycis.* Glandulæ nectariferæ *quatuor, ovatæ : quarum* una *utrinque inter ſtamen brevius & piſtillum,* & una *utrinque inter ſtamina longiora & calycem poſita.* STAM. Filamenta *ſex, ſubulata, erecta : quorum* duo oppoſita *longitudine calycis,* quatuor *vero longiora.* Antheræ *erectæ, acuminatæ.* PIST. Germen *teres, longitudine ſtaminum.* Stylus *brevis craſſitie germinis.* Stigma *capitatum, integrum.* PER. Siliqua *longa, teretiuſcula, depreſſa utrinque :* diſſepimento *apice prominente tereti, bilocularis, bivalvis :* valvulis *diſſepimento brevioribus.* SEM. *plura, globoſa.* OBS. *Napus T.* facie vix a Rapa differt. *Rapæ T.* Calyx corollæ concolor. *Braſſicæ T.* Calyx vireſcens.

Braſſica radice cauleſcente fuſiformi. Napus ſylveſtris *J. B. II.* 843. *C. B. Pin.* 95. Bunias ſeu Napus ſylveſtris noſtras *Park.* 865. Bunias ſylveſtris Lobelii *Ger.* 181. *Wild Navew.* Inter ſegetes in aggeribus foſſarum.

Eſt

Eſt hæc fortaſſe Rapum ſylveſtre non bulboſum *Lobelii Adv.* 66. Certe planta illa quæ in inſula Elienſi ſeritur, unde oleum *Rape Oil* dictum exprimitur, huic eadem videtur; proinde Rapum ſylveſtre & Napus ſylveſtris una eademque fortaſſe planta ſunt; quod ſi diverſæ fuerint, quam pro Napo ſylveſtri hactenus habuimus, Rapum potius ſylveſtre cenſenda eſt: ſiquidem Napus ſativa nobis peregrina eſt; quidni & ſylveſtris?

Braſſica radice cauleſcente orbiculari depreſſâ carnoſa. Rapa ſativa rotunda *C. B. Pin.* 89. Rapum majus *Ger.* 177. *Em.* 232. Rapum ſativum rotundum *J. B. II.* 838. *Round Turneps.* In agris ſeruntur radicum cauſa, tum hæc, tum ſativa oblonga.

Rapa ſativa oblonga, ſeu fœmina *C. B. Pin.* 90. Rapum ſativum oblongum *J. B. II.* 838. radice oblonga *Ger. Em* 232. *Long-rooted Turneps.*

Radices modice nutriunt, inflant tamen nonnihil; noſtratibus ſalubriores habentur aliis quibuſcunque culinaribus radicibus, Paſtinacis, Carotis, &c. Earundem ſuccus & juſculum in quo decoquuntur, ad febrem quartanam abigendam commendantur. Rapæ crudæ comeſtæ ad Scorbutum ſanandum efficaces ſunt, [Scorb. ex uſu carnium ſalitarum, & aura marina contractum.] Rapum extrinſecus adhibetur in ulceribus crurum, &c. optimo cum ſucceſſu, ut & in mammarum tumoribus, inque ſcrophuloſis & ſcorbuticis. D. *Needham.*

Braſſica radice cauleſcente tereti carnoſa. Braſſica maritima arborea ſeu procerior ramoſa *H. Ox. II.* 208. 15. maritima *Pet. H. B.* 45. 6. An Braſſica rubra vulgaris *J. B?* *Sea Colewort, or Cabbage.* On *Dover* Cliffs, and divers other the like Places.

Braſſicæ notæ ſunt folia in hoc genere maxima, glauca ſeu ſubcærulea, carnoſa; ſemina rotunda, minus acria.

Leviter cocta alvum ſolvit, ut & ejus jus: diutius aut ſæpius effuſo ſubinde jure, adſtringit. Succus illius verrucas abigit. Braſſica rubra potui ordinario infuſa Scabiei medetur.

Braſſica campeſtris perfoliata flore albo *C. B. Pin.* 112. perfoliata alba *Pet.* 45. 5. Perfoliata ſiliquoſa *J. B. II.* 835. *Ger.* 430. ſiliquoſa vulgaris, ſeu Braſſica campeſtris *Park.* 580. napifolia Anglorum ſiliquoſa *Lob. Ic.* 396. Refert *Raius in Hiſt. I.* 791. ſibi in Anglia nondum obſervatam hanc plantam. *Petiverus* in Eſſexia, ſed rarius

reperiri tradit. *Raius* poſtea *Hiſt. III.* 410. nuperrime inventam ait in clivis maritimis prope *Harvicum* oppidum in Eſſexia & in clivis juxta *Bardſey* prope *Orford* in *Suffolcia* a *D. Dale.*

Turritis *Ger.* 212. vulgatior *J. B. II.* 836. *Park.* 852. Braſſica ſylveſtris foliis integris & hiſpidis *C. B.* 112. *Ed.* 1. ſylveſtris hiſpida non ramoſa *Ej. Pin.* 112. *Ed.* 2. *Tower-muſtard.* In agro Norwicenſi, via inter Nardovicum urbem & *Yarmouth* oppidum media in ſepibus; item circa *Slough* vicum via regia Londinum ducente, in aggeribus ſepium; in colle *Dorſthill* non longe a *Tamworth* oppido in agro Warwicenſi: alſo on the Banks by the Highway-ſide, as you go up the Hill from *Lexden* to *Colcheſter.*

Foliis imis hiſpidis, quæ caulem veſtiunt glabris, glaucis; ſiliquis teretibus erectis, cauli approximantibus & fere parallelis, ab aliis hujus generis nullo negotio diſtinguitur.

Braſſica foliis dentato-pinnatifidis, caule hiſpido, ſiliquis lævibus. Eruca ſylveſtris *Ger.* 191. ſylveſtris vulgatior *Park.* 818. major lutea, caule aſpero *C. B. Pin.* 98. tenuifolia perennis flore luteo *J. B. II.* 861. *Wild-rocket.* Circa muros, inque ipſis muris & ruderibus multis in locis: as on the Walls of *Cheſter*, *Taunton-caſtle*, *Yarmouth*, *Litchfield-cloſe*, *Berwick*, &c. Alſo on the Walls of *London*; Dr. *Watſon.*

Non medicorum tantum, ſed & poetarum teſtimonio ſtimulandæ veneri nata videtur. Eſus etiam eſt eximii in Apoplexia præcavenda; vid. *Camer.* Extrinſecus impoſita radix extrahit oſſicula fiſſa. Pituitam e cerebro prolicit in apophlegmatiſmis.

SINAPIS.

CAL. Perianthium *tetraphyllum, patens:* foliolis *linearibus, concavo-canaliculatis, cruciformi-patentibus, deciduis.* COR. *tetrapetala, cruciformis.* Petala *ſubrotunda, plana, patentia, integra:* unguibus *erectis, linearibus, longitudine vix calycis inſidentia.* Glandulæ nectariferæ *quatuor, ovatæ: quarum* una *utrinque inter ſtamen brevius & piſtillum, &* una *utrinque inter ſtamina longiora & calycem poſita.* STAM. Filamenta *ſex, ſubulata, erecta: quorum* duo oppoſita *longitudine calycis,* quatuor *vero longiora.* Antheræ *erecto-patentes, acuminatæ.* PIST. Germen *teres.* Stylus *longitudine germinis, altitudine ſtaminum.* Stigma *capitatum, integrum.* PER. Siliqua *oblonga, inferne toroſa, ſcabra, bilocularis, bivalvis:* diſſepimento *valvulis duplo*

ſæpius

ſæpius longiore, magno, compreſſo. SEM. *plura, globoſa.* OBS. Hinc *Sinapis* Calyce patente, unguibus tamen Corollæ, erectis a Braſſica differt.

Sinapis ſiliquis multangulis toroſo-turgidis roſtro longioribus. Rapiſtrum arvorum *Ger.* 179. *Park.* 862. flore luteo *J. B. II.* 844. *C. B. Pin.* 95. *Charlock*, or *Wild Muſtard.* Inter ſegetes nimis frequens.

Statura humiliore, ſiliquis longioribus, majoribus, non quadratis a caule aliquantulum extantibus, ſemine etiam majore, nigriore a præcedente differt.

Sinapis ſiliquis hiſpidis: roſtro obliquo longiſſimo. Sinapi album ſiliqua hirſuta, ſemine albo vel ruffo *J. B. II.* 856. Sinapi album *Ger. Em.* 244. Apii folio *C. B. Pin.* 99. Aſt folia Apii non habet hoc genus, ſed Rapi. *White Muſtard.*

Foliis profundius & crebrius laciniatis, ſiliquis a caule extantibus, hirſutis, ſeminibus protuberantibus velut nodoſis in latum tenuem & oblongum ſeu ξιφοειδῆ mucronem deſinentibus, ſeminibus maximis a præcedentibus ſpeciebus differt.

Sinapis ſiliquis glabris tetragonis. Sinapi ſativum ſecundum *Ger. emac.* 243. *deſcr.* Sinapi ſiliqua latiuſcula glabra, ſemine ruffo, ſive vulgare *J. B. II.* 855. *Common Muſtard.* In hortis & areis, inque foſſarum aggeribus & terra recens effoſſa.

Cæteris ſpeciebus, Rapiſtris dictis, elatius eſt, ſupremo caule & ramis glabris, ſiliquis brevibus, cauli appreſſis & fere quadrangulis, ſeminibus minimis in hoc genere.

Appetitum excitat, caput purgat, lachrymas elicit, ſternutamenta movet, Venerem irritat, acceſſus febriles arcet, comitialibus & lethargicis auxiliatur, paralyticis quoque & apoplecticis, naribus inditum, vel ſinapiſmo adhibitum: menſes & urinam ciet. Ad calculum renum nonnulli commendant ſeminis Sinapeos cochleare unum in Cereviſæ q. ſ. deglutitum.

RAPHANUS.

CAL. Perianthium *tetraphyllum, erectum: foliolis oblongis, parallelis, conniventibus, deciduis, baſi gibbis.* COR. *tetrapetala, cruciformis.* Petala *obcordata, patentia, ſenſim in* ungues *calyce*

calyce paulo longiores attenuata. Glandulæ nectariferæ *quatuor*: unica *utrinque inter ſtamen breve & piſtillum*; unica *vero utrinque inter ſtamina longiora & calycem.* STAM. Filamenta *ſex, ſubulata, erecta: quorum* duo oppoſita *longitudine calycis*; quatuor *vero longitudine unguium corollæ.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *oblongum, ventricoſum, attenuatum, longitudine ſtaminum.* Stylus *vix ullus.* Stigma *capitatum, integrum.* PER. *ovato-oblongum cum acumine, glabrum, torulis ventricoſum, velut articulatum.* SEM. *ſubrotunda, glabra.* OBS. *Raphani* T. fructus ſpongioſus, bilocularis, non dehiſcens. *Raphaniſtri* T. fructus articularis, diſcedens ſecundum articulos.

Raphanus ſiliquis teretibus toroſis bilocularibus. Raphanus *J. B. II.* 846. ſativus *Ger.* 183. vulgaris *Park.* 861. minor oblongus *C. B. Pin.* 96. *Radiſh.* Inter Paſtinacas tenuifolias non raro ſeritur. Vires vid. *Hiſt. noſt. p.* 805.

Raphanus ſiliquis teretibus articulatis lævibus uniloculari-bus. Raphaniſtrum ſiliqua articulata glabra, majore & minore *H. Ox.* 265. Raphanus ſylveſtris *Ger.* 185. Rapiſtrum flore albo *Merr. P.* album articulatum *Park.* 863. flore albo, ſiliqua articulata *C. B. Pin.* 95. flore albo ſtriato, Sinapi album agreſte Trago *J. B. II.* 851. *White-flowered Charlock, with a jointed Cod.* Inter ſegetes paſſim & copioſe.

Siliquæ huic glabræ, cum reliqua planta hirta ſit, nodis inſtar caudæ Scorpionis diſtinctæ; flores Leucoii, e calyce exeuntes eorum inſtar, nec enim in hac ſpecie, ut in reliquis Rapiſtris dictis, flore ſe aperiente dehiſcunt calyces.

Rapiſtrum flore luteo, ſiliqua glabra articulata, ſolo floris coloſe a præcedente differt, & eodem in loco reperitur. (Lampſana flore melino *Tab. Ic.* 408. huic convenit.)

Raphanus maritimus flore luteo, ſiliquis articulatis, ſecundum longitudinem eminenter ſtriatis D. *Stoneſtreet. Syn. II. App.* 342. Radix alba craſſa. *Folia* Raphani vulgaris æmula. *Caules* fere tripedales, valde ramoſi. *Siliquæ* craſſæ, per maturitatem fere lignoſæ, duabus tribuſve articulis conſtant, quarum ſingulis ſingula inſunt ſemina, Raphani vulgaris ſimilia, ſed aliquantulum minora. Mr. *Stoneſtreet* found it under the Cliffs, by the Sea-ſide, about half a Mile of the Fiſher-houſes at *Bourn* in *Suſſex.*

B-U-

BUNIAS.

CAL. Perianthium *tetraphyllum*: foliolis *ovato-oblongis*, *patentibus*, *deciduis*. COR. *tetrapetala*, *cruciformis*. Petala *obovata*, *calyce duplo longiora*, unguibus *attenuatis*, *erectis*. STAM. Filamenta *ſex*, *longitudine calycis*: quorum *duo oppoſita paulo breviora*. Antheræ *erectæ*, *baſi bifidæ*. PIST. Germen *oblongum*. Stylus *nullus*. Stigma *obtuſum*. PER. Silicula *irregularis*, *ovato-oblonga*, *tetraedra*, *angulis uno alterove acumine prominens*. SEM. *pauca*, *ſub ſingulo acumine ſiliculæ ſingula*, *ſubrotunda*.

Bunias ſiliculis ovatis lævibus ancipitibus. Cakile quibuſdam, aliis Eruca marina & Raphanus marinus *J. B. II.* 867. Eruca marina *Ger. Em.* 248. marina Anglica *Park.* 821. Eruca maritima Italica, ſiliqua haſtæ cuſpidi ſimili *C. B. Pin.* 99. *Sea-rocket.* On ſandy Shores in many Places. At *Southwold* in *Suffolk*; Dr. *Watſon*. *Parkinſonus* Erucam maritimam Italicam ab Anglica diſtinguit: idem faciunt *P. Hermannus* & *Moriſonus*. Vid. *Hiſt. noſt. Append.* Folia Erucæ, flores purpureo-cærulei, in ſiliquis curtis ſemina ſingula.

ISATIS.

CAL. Perianthium *tetraphyllum*: foliolis *ovatis*, *patentiuſculis*, *coloratis*, *deciduis*. COR. *tetrapetala*, *cruciformis*. Petala *oblonga*, *obtuſa*, *patentia*, *ſenſim attenuata in* ungues. STAM. Filamenta *ſex*, *erecto-patentia*, *longitudine corollæ*: *quorum* duo *breviora*. Antheræ *oblongæ*, *laterales*. PIST. Germen *oblongum*, *anceps*, *compreſſum*, *longitudine breviorum ſtaminum*. Stylus *nullus*. Stigma *obtuſum*, *capitatum*. PER. Silicula *oblonga*, *lanceolato-obtuſa*, *compreſſa*, *anceps*, *unilocularis*, *bivalvis*: valvulis *navicularibus*, *compreſſis*, *carinatis*. SEM. *unicum*, *ovatum*, *intra centrum pericarpii*.

Iſatis foliis radicalibus crenatis; *caulinis ſagittatis*, *ſiliculis oblongis*. Glaſtum ſativum *Ger.* 394. *Park.* 600. Iſatis ſativa vel latifolia *C. B. Pin.* 113. Iſatis ſeu Glaſtum ſativum *J. B. II.* 909. *Woad.* In Angliæ Mediterraneis ſeritur. Sylveſtris a ſativo nonniſi cultura differre videtur.

Siccat & aſtringit ac proinde utile eſt ad quemcunque ſanguinis fluxum cohibendum; ulcera, purganda, vulnera,

nera, præſertim recentia, ſananda. Verum præcipuus ejus uſus eſt ad pannos cæruleo colore tingendos: nec tantum cæruleum colorem de ſe præbet, ſed aliorum fere omnium colorum baſis & fundamentum eſt. Britanni antiqui ſucco ad corpora ſua cœruleo colore inficienda uti ſolebant, quo terribiliores hoſtibus viderentur in prælio, ut refert *Cæſar Com. de Bell. Gall. L.* 5.

CRAMBE.

CAL. Perianthium *tetraphyllum: foliolis ovatis, longitudinaliter concavis, patentiuſculis, deciduis.* COR. *tetrapetala, cruciformis.* Petala *magna, obtuſa, lata, patentia:* unguibus *erecto-patulis, longitudine calycis.* STAM. Filamenta *ſex:* duo *longitudine calycis;* quatuor *longiora apice bifido.* Antheræ *ſimplices, in ramo exteriori filamentorum.* Glandula mellifera *intra corollam & ſtamina longiora utrinque.* PIST. Germen *oblongum.* Stylus *nullus.* Stigma *craſſiuſculum.* PER. Bacca *ſicca, ſubrotunda, unilocularis.* SEM. *unicum, ſubrotundum.* OBS. Character eſſentialis in filamentis apice bifidis conſiſtit.

Crambe foliis cauleque glabris. Crambe maritima Braſſicæ folio *J. R. H.* 211. Braſſica marina monoſpermos *Park.* 270. marina Anglica *Ger.* 248. monoſpermos Anglica *J. B. II.* 830. maritima monoſpermos *C. B. Pin.* 112. *Sea Colewort.* In arenoſis maris littoribus circa Angliam ubique fere.

Foliis carnoſis cæſiis cum Braſſica convenit, floribus albis capſulis ſubrotundis, monoſpermis ab eadem differt.

CLASSIS


TAB. XV.
Pag. 348.
Fig. 1.
p. 348. n. 2
a
Fig. 2.
p. 349. pl. 5
b
a
Fig. 4.
p. 344. pl. ult
Fig. 3.
p. 345. pl. ult
a
b
c
d
e

CLASSIS XVI.

MONADELPHIA.

CALYX *Perianthium* ſemper præſens, perſiſtens, in plurimis duplicatum. COROLLA. *Petala* quinque, obcordata, latere altero amplectente proximum contra motum Solis. STAMINA. *Filamenta* inferne coalita, ſuperne diſtincta ſi plura, exteriora breviora. *Antheræ* incumbentes. PISTILLA. *Receptaculum fructificationis* in centro floris prominet. *Germina* erecta, rotato-articulatim ambientia apicem receptaculi. *Styli* omnes coaliti inferne in unum corpus cum receptaculo, ſuperne diſtincti in tot, quot germina ſunt, fila. *Stigmata* patentia, tenuia. PERICARPIUM. *Capſula* in tot locula, quot Piſtilla, diſtincta, variæ in variis figuræ. SEMINA. reniformia. OBS. Corollam *huic claſſi plerumque monopetalam aſſignavit* Tournefortius : *omnia tamen petala baſi diſtincta ſunt, licet filamentis in unum corpus coalitis cohærentia, hinc* Pentapetala *rectius dicatur. Plantæ hæ omnes apud Medicos Emollientes & Mucilaginoſæ dicuntur. Diviſa fuere Genera hujus claſſis a ſolo fructu, qui non ſufficit : hinc ad Folia confugere neceſſe viſum fuit plurimis. Nos genera diſtinguimus a Calyce, qui magni momenti eſt, & limites abſolutos ponit.*

DECANDRIA.

GERANIUM.

CAL. Perianthium *pentaphyllum :* foliolis *ovatis, acutis, concavis, perſiſtentibus.* COR. Petala *quinque, obcordata vel*

vel ovata, patentia, magna. STAM. Filamenta *decem, ſubulata, apice patentia,* alterna *longiora, corolla breviora.* Antheræ *oblongæ, verſatiles.* PIST. Germen *ad baſin ſtyli, quinquangulare.* Stylus *ſubulatus, ſtaminibus longior, perſiſtens.* Stigmata *quinque, reflexa.* PER. Cruſta *ſemina ſingula involvens, apice ſecundum longitudinem ſtyli extenſo, a baſi dehiſcens ad apicem uſque ſtyli.* SEM. *ſolitaria, numero germinum, reniformia.*

Staminibus quinque fertilibus.

Geranium pedunculis multifloris, calycibus pentaphyllis, floribus pentandris, foliis pinnatis inciſis obtuſis. Geranium Cicutæ folio inodorum *Ger. Em.* 945. Cicutæ folio minus & ſupinum *C. B. Pin.* 319. moſchatum inodorum *Ger.* 800. *Park.* 708. *Field-craneſbill without Scent.* In arenoſis poſt mediam æſtatem floret.

J. Bauhinus Hiſt. III. 479. Geranii moſchati duas ſpecies facere videtur; non tamen ſeparat Geranium minus vel arvenſe *Tab.* i. e. Geranium moſchatum inodorum *Ger.* a Geranio ſuo moſchato folio ad Myrrhidem accedente minore, at neque in hujus deſcriptione ullam odoris moſchi mentionem facit: proinde fortaſſe ob ſimilitudinem ſolam in externa figura cum Geranio moſchato, Geranium minus moſchatum appellat, quomodo *Gerardus & Parkinſonus* moſchatum inodorum idem vocant. Nos ergo in ſententia adhuc perſiſtimus, *J. Bauhinum* duas tantum Geranii moſchati ſeu Cicutæ folio ſpecies agnoſcere; nimirum *majorem*, odore moſchi, foliis non ita alte inciſis, & nonnunquam tantum ſerratis, & *minorem*, ſeu Geranium arvenſe minus *Tab.* moſchatum inodorum *Ger. Park.* quo de nunc agimus. *C. Bauhinus* etiam duas tantum ſpecies facit, nimirum Geranium Cicutæ folio moſchatum, quod nonnunquam inodorum eſt; & Geranium Cicutæ folio minus & ſupinum. Utcunque non negaverim dari ſpeciem quandam Geranii moſchati minorem, quamvis ipſe nondum eam viderim.

(Varias facies habet ratione loci. Prope *Camberwell* ſpecies eſt diſtincta, pinnis magis diſſectis & floribus majoribus; Mr. *Dood. Not.)*

Geranium foliis pinnatis magis diſſectis flore minore, an noctiflorum? Near *Chelſea:* petala florum deliquium non patiuntur; *Idem.)*

Geranium

Geranium inodorum album *Ger.* 801. arvenſe album *Tab. Ic.* 57. Hoc non floris colore tantum ſed & aliis accidentibus a præcedente differt, unde ſpecie diverſum judico. v. deſcriptionem *Hiſt. noſt. p.* 1057. Caules huic craſſiores ſunt, folia minus argute ſecta; flores non tantum colore differunt, ſed & majores ſunt. (Prope *Camberwell*; Mr. *Doody.*)

Geranium moſchatum 796. *Park.* 709. Cicutæ folio moſchatum *C. B. Pin.* 319. moſchatum folio ad Myrrhidem accedente majus *J. B. III.* 479. *Muſked-craneſbill, or Muſcovy.* I obſerved it near *Briſtol*, on a little Green you paſs over going thence to St. *Vincent*'s Rock. I have from Dr. *Liſter*, that in *Craven* it is very common. (Near *Batterſea*; Mr. *Fiſher.*)

Præcedentes 3. Geranii ſpecies in eo conveniunt, quod in eodem communi pediculo plures geſtent flores velut in umbella. Prima ſpecies a tertia facile diſcernitur tum foliis altius inciſis, tum quod odore careat.

Geranium Pimpinellæ folio *C. G.* 173. Robertianum *Riv. Irr. P. icon.* Foliis minus profunde diſſectis, florum petalis latiuſculis, inæqualibus, duobus ſuperioribus, brevioribus macula viridante inſignitis, a ſuperioribus facile diſcernitur. Vere & autumno floret. Folia inodora ſunt. Prope *Hackney* obſervavit Dr. *Dillenius.*

Geranium pedunculis multifloris, calycibus pentaphyllis, floribus pentandris, foliis cordatis ſublobatis. Geranium puſillum ſupinum maritimum, Althææ aut Betonicæ folio noſtras *Syn. II.* 216. *Pluk. Alm.* 169. *T.* 31. *f.* 4. minimum Anglicum procumbens, foliis Betonicæ *H. Ox. II. p.* 512. *Sect.* 5. *App. T.* 35. Betonicæ folio *Merr. P.* *Small Sea Craneſbill.* In arenoſis & glareoſis prope littus Angliæ occidentale, v. g. in inſulis *Mona & Preſtholma*; in Wallia circa *Carnarvan*, Cornubia circa *Penſans* & alibi copioſiſſime. (In Suſſexiæ ora prope *Brackelſham*; D. *Dillenius.*)

Staminibus decem fertilibus.

Geranium pedunculis bifloris foliiſque alternis, calycibus ſubariſtatis, caule erecto. Geranium montanum, fuſcum *C. B. Pin.* 318. Geranium phæo ſive pullo flore Cluſii *J. B. III.* 477. maculatum ſive fuſcum *Ger.* 799. pullo flore *Park.* 704. Found by Mr. *Drayton*, Apothecary of *Maidſtone*, at *Tovel*, in the Valley by the old Fulling-mill. At *Clarkon*, two Miles from *Bath*; Dr. *Watſon.*

Ge-

Geranium pedunculis bifloris, foliis caulinis trilobis integris ſerratis: ſummis ſubſeſſilibus. Geranium 5. nodoſum Plateau *Cluſ. Hiſt.* Ci. *Ger. Em.* 947. nodoſum *C. B. Pin.* 318. *Park.* 704. magnum folio trifido *J. B. III.* 478. *Knotty Craneſbill.* In montoſis Cumberlandiæ ſponte ortum affirmavit D. *Archergen*, qui ad D. *Bobartum* attulit.

Foliis glabris lucidis, quam Geranii columbini minoribus, floribus Geranii Robertiani, ſed minoribus, cauliculis rubentibus ſe prodit.

Geranium pedunculis bifloris, foliis peltatis inciſo-ſerratis, caule erecto. Geranium batrachoides montanum noſtras *Ger.* batrachoides minus *Park.* 704. batrachoides alterum *Ger. Em.* 942. batrachoides minus ſeu alterum *Cluſ. Hiſt.* xcix. batrachoides folio Aconiti *C. B. Pin.* 317. batrachoides aliud folio Aconiti nitente Cluſii *J. B. III.* 476. *Mountain Crowfoot Craneſbill.* In pratis montoſis & dumetis agri Weſtmorlandici & Eboracenſis copioſe.

Folia hujus molliora & flaccidiora, minus profunde ſecta, minuſque rugoſa ſunt quam batrachoidis vulgaris, magiſque accedunt ad Geranii fuſci folia: flores etiam minores ſunt & rubicundiores quam illius.

Geranium pedunculis bifloris, foliis peltatis multipartitis rugoſis pinnato-laciniatis acutis. Geranium batrachoides *J. B. III.* 475. *Ger.* 797. batrachoides flore cæruleo *Park. Par.* 228. batrachoides, Gratia Dei Germanorum Lobelio *C. B. Pin.* 318. *Crowfoot Craneſbill.* In pratis & paſcuis humidioribus non raro occurrit, inque agrorum marginibus inter vepres, (v. gr. circa *Batterſea* & ad viam quæ *Kingſtono* Richmondiam ducit.)

Variat floris colore: Flore eleganter variegato, quale in hortis colitur, obſervavit D. *Lawſon* in *Old Deer-park*, by *Thornwait* in *Weſtmoreland.* Magnitudine ſua, foliis ad pediculum fere diſſectis, rugoſis, floribus ſpecioſis ex purpura cæruleſcentibus ſtriatis, ab aliis Geraniis diſtinguitur.

Geranium pedunculis bifloris, calycibus piloſis decem-angulatis. Geranium Robertianum *C. B. Pin.* 319. *Ger.* 794. Robertianum vulgare *Park.* 710. Robertianum mulare *J. B. III.* 480. *Herb-robert.* Ad ſepes ubique, inque muris & locis ruderatis. Flos communiter purpureus, rarius albus. (Flore albo. Very plentiful in the Hedges

Hedges of the Lane that leads from *Chiſſelhurſt* to *Eltham*; Mr. *J. Sherard*.)

Foliis ad aliquam umbelliferæ ſpeciem accedit. Odore tetro nobis & ingrato eſt.

Geranium lucidum ſaxatile, foliis Geranii Robertiani D. Sher. *Syn. II.* 218. Ger. Saxat. Robertiano ſimile Anglicum *Schol. Botan.* It is of the ſaxatile kind, having frequent Joints. In ſeveral Places near the Shore. I have found it near *Swanning* in *Dorſetſhire*; Dr. *Sherard.* (On the Shore of *Selſey Iſland* plentifully; D. *Dillenius*, in Company with Mr. *Manningham.*)

Geranium pedunculis bifloris, calycibus pyramidatis angulatis rugoſis, foliis quinquelobis rotundatis. Geranium ſaxatile *Ger. Emac.* 938. *Park.* 707. lucidum *J. B. III.* 481. lucidum ſaxatile *C. B. Pin.* 318. *Shining or Stone Dovesfoot Craneſbill.* In tectis, muris & maceriis antiquis, præſertim umbroſis. Among the Rocks upon *Chorley* Foreſt: particularly about *Baſdon* Hill, *Leiceſterſhire*; Mr. *Pultney.*

Geranium pedunculis bifloris, foliis quinquepartito-multifidis, angulatis: laciniis acutis, capſulis glabris, calycibus ariſtatis. Geranium columbinum diſſectis foliis, pediculis florum longiſſimis *Syn. Ed. II.* 218. columb. annuum minus, folio tenuius laciniato, flore pediculo longiſſimo inſiſtente *Hiſt. Ox. II.* 512. 5. *S.* 5. *T.* 15. *f.* 3. columbinum foliis magis diſſectis, pediculis longiſſimis, flore magno *Merr. P.* *Jagged Dovesfoot Craneſbill, with Flowers on long Foot-ſtalks.* A *Jac. Bobarto* mihi primum oſtenſum Oxonii, in agris vicinis collectum: poſtea & ipſe obſervavi copioſum in agro Cantiano circa *Swanley* non procul Darfordia; near *Charlton*, Dr. *Watſon*; in *Marybon* Park, 1753. D. *Goodyer* in Southampt. comitatus locis plurimis. (Folia ad ſingula genicula bina; D. *Doody*. Florum petala in medio leviter diviſa, ſecus ac in vulgari ſpecie, folia profundius diviſa minus hirſuta, caules glabri, cum in illa hirſuti vel piloſi obſerventur. Figura *Moriſoni* non valde bona eſt.)

Geranium columbinum maximum, foliis diſſectis *Plot. Hiſt. Nat. Oxon. C.* 6. §. 5. *p.* 145. *T.* 9. *f.* 3. columbinum majus foliis imis longe uſque ad pediculum diviſis *Hiſt. Ox. II.* 511. 3. *The greateſt Dovesfoot Craneſbill, with diſſected Leaves.* In ſylvis prope *Marſton* vicum & alibi in Comit. Oxon. Deſcriptionem vide *Hiſt. noſt. p.* 1060. Floribus rubris majoribus a

prima ſpecie ſeu Geranio columbino primo differt. (D. *Dale* Geranio columbino majori diſſectis foliis *G. E.* idem cenſet.)

Geranium pedunculis bifloris, petalis integris longitudine calycis, caule proſtrato, foliis reniformibus inciſis. Geranium columbinum *Ger.* 793. columbinum vulgare *Park.* 706. folio rotundo, multum ſerrato, ſive columbinum *J. B. III.* 473. folio malvæ rotundo *C. B. Pin.* 318. *Dovesfoot, or Dovesfoot Craneſbill.* Ad ſepes & ſemitas, inque locis ſabuloſis.

Foliis minoribus, mollioribus, villoſis, floribus majoribus & hilari purpura nitentibus cognoſcitur. (Variat etiam flore albo. Obſerved by *Tho. Lawſon* under the Wall, near the round Table, at *Eaton-bridge*; *Th. Robinſ. Nat. Hiſt. of Weſtm.* 92.)

Geranium columbinum majus diſſectis foliis *Ger. emac.* 938. malacoides laciniatum ſeu columbinum alterum *Park.* 706. gruinale, folio tenuiter diviſo *J. B. III.* 474. quartum *Fuchs.* 207. *Ic.* bon. An columbinum tenuius laciniatum *C. B ?* malacoidis ſeu columbinum tenuius laciniatum *Park.* 707. *Dovesfoot Craneſbill with jagged Leaves.* In paſcuis ſterilioribus locis glareoſis & ad ſepes, nec non arvis requietis.

Folia huic ad pediculum fere diviſa, ut in Geranio Batrachoide, duriora & minus hirſuta quam in præcedentibus, flores purpurei amœni nullis lineolis ſtriati.

Geranium columbinum majus, flore minore cæruleo. *The greater blue-flowered Dovesfoot Craneſbill.* In locis ruderatis & glareoſis, ſepiumque aggeribus.

(Variat ſubinde floris colore albo, quod variis circa Londinum locis, v. gr. pone molendinum tabulis plumbeis parandis accommodatum, *Hackney* flumini impoſitum reperitur.)

Geranium columbinum humile, flore cæruleo minimo. *Ger.* malacoides ſeu columbinum minimum *Park.* 707. malacoides foliis diſſectis minimum *Merr. P.* Hoc valde exiguum eſt, duas ſaltem treſve uncias æquans, folia parva, flos ſubcœruleus minimus, petalis bifidis æqualibus, non hiulcis, quod in priori perſæpe obſervatur. Ad ſæpes elatiores. (On a Bank near *Low-layton* :) locis minime ſterilibus, ut pro varietate prioris haberi non queat, primo vere obſervavit D. *Dillenius.* Hujus ramulum ad radicem uſque depictum vid. Tab. xvi. f. 2. *a.* ad *b.* vero folium inferius, prouti e radice naſcitur.

Geranium pedunculis unifloris, foliis quinquepartitis trifidis orbiculatis. Geranium hæmatodes *Park. Par.* 229.

ſan-

ſanguinarium *Ger. Em.* 945. ſanguineum maximo flore *C. B. Pin.* 318. ſanguineum ſive hæmatodes craſſa radice *J. B. III.* 478. *Bloody Craneſbill.* In ericetis & dumetis, præſertim montoſis fræquens occurrit. At St. *Vincent's* Rock, *Briſtol*; Dr. *Watſon.*

Flore ſanguineo ſpecioſo in uno pediculo unico, foliis diſſectis, parvis, obſcure viridibus ab aliis Geraniis diſtinguitur.

Geranium hæmatodes foliis majoribus, pallidioribus & altius inciſis. *Bloody Craneſbill, with larger, paler, and more deeply-divided Leaves.* Found by Mr. *Dale* on the Banks of the Devil's Ditch, towards *Reche.* (On the left Side of *Dallingham-gap* going from *Canvaſs-hall.*)

Geranium hæmatodes Lancaſtrenſe flore eleganter ſtriato *Hiſt. noſt. p.* 1061. hæmatodes album, venis rubentibus ſtriatum Lawſon. *Th. Robinſ. N. Hiſt.* of *Weſtm.* 92. *Bloody Craneſbill, with a variegated Flower.* In inſula *Walney* Lancaſtriæ adjacente ſolo arenoſo ad maris littus invenit D. *Lawſon.*

In hortis ſatum non mutat floris colorem, unde ab hæmatode vulgari ſpecie diſtinctum eſſe conſtat, a quo & aliis accidentibus, ut parvitate & humilitate ſua differt.

Valde vulnerarium eſt tum Columbinum, tum Robertianum, tam potionibus vulnerariis additum, quam exterius applicatum, fluxum ſanguinis ſiſtit ipſumque ſanguinem coagulatum reſolvit: colicos dolores ſedat: autore *Lobelio* calculum veſicæ & arenulas pellit. Hoſpes quidam noſter Carleolenſis atrocibus calculi paroxiſmis conflictari ſolitus, præ omnibus quæ expertus eſt medicamentis ſe maximum levamen ex decocto Geranii Robertiani percepiſſe nobis retulit. Pulverem rad. & foliorum Ger. columb. ad hernias & rupturas perſanandas in veteri vino ſumptum ſingulare & efficaciſſimum remedium eſſe experimento ſuo confirmat *Gerardus.*

POLYANDRIA.

ALTHÆA.

CAL. Perianthium *duplex:* Exterius *monophyllum, inæqualiter novemfidum,* laciniis *anguſtiſſimis, minus, perſiſtens.* Interius *monophyllum, ſemiquinquefidum;* laciniis *latioribus, acutioribus, perſiſtentibus.* COR. Petala *quinque, baſi coalita, obcordata,*

ta, præmorſa, plana. STAM. Filamenta *numeroſa, inferne coalita in cylindrum, ſuperne laxa, corollæ inſerta.* Antheræ *ſubreniformes.* PIST. Germen *orbiculatum.* Stylus *cylindraceus, brevis.* Stigmata *numeroſa (viginti,) ſetacea, longitudine ſtyli.* PER. Capſulæ *articulatæ in orbiculum ſubrotundum, depreſſum, diſcedentes, introrſum dehiſcentes.* Receptaculum *columnare, capſulas affigens.* SEM. *ſolitaria, compreſſo-reniformia.*

Althæa foliis ſimplicibus tomentoſis. Althæa vulgaris *Park.* 303. Althæa Ibiſcus *Ger.* 787. Alth. Dioſcoridis & Plinii *C. B. Pin.* 315. Althæa ſive Biſmalva *J. B. II.* 954. *Marſh-mallow.* In paluſtribus maritimis frequens.

Malvæ revera ſpecies eſt, a vulgari tamen Malva differt folio productiore minuſque rotundo, item molliore & magis incano, locoque natali in paluſtribus & maritimis.

Althæa vulgari ſimilis folio retuſo brevi. Alth. folio rotundiore ſeu minus acuminato *Hort. Edinburg. Rounder-leafed Marſh-mallow.* In paluſtribus Elienſibus nobis occurrit; *D. Plukenet. Alm. p.* 24.

Ad quatuor præcipue utilis eſt: 1. Ad affectus renum & veſicæ, calculum, ſtranguriam, &c. [tum ſyrupus ejus, tum decoctum foliorum, ſed præcipue radicum, ſeu ore tenus aſſumptum, ſeu in clyſteribus, tum denique ſemen quovis modo præparatum.] 2. Ad affectus pulmonum, aſthma, tuſſim, phthiſin, pleuritidem. 3. Ad inteſtinorum eroſiones, dyſenteriam, &c. [Decoctum radicum & mucilago ſeminis præcipue.] 4. Ad tumores duros emolliendos aut maturandos [cataplaſma foliorum aut radicum.]

M A L V A.

CAL. Perianthium *duplex:* Exterius *triphyllum, lanceolatum, laxum, perſiſtens.* Interius *monophyllum, ſemiquinquefidum, majus, latius, perſiſtens.* COR. Petala *quinque, baſi coalita, obcordata, præmorſa, plana.* STAM. Filamenta *numeroſa, inferne coalita in cylindrum, ſuperne laxa, corollæ inſerta.* Antheræ *reniformes.* PIST. Germen *orbiculatum.* Stylus *cylindraceus, brevis.* Stigmata *plurima, ſetoſa, longitudine ſtyli.* PER. Capſulæ *plures, articulatione conjunctæ orbiculum depreſſum referentes, diſcedentes, introrſum dehiſcentes.* Receptaculum *columnare, capſulas affigens.* SEM. *ſolitaria, reniformia.*

Foliis

Foliis angulatis.

Malva caule repente, foliis cordato-orbiculatis obſolete quinquelobis. Malva ſylveſtris minor *Park.* 299. ſylv. pumila *Ger.* 785. ſylv. folio rotundo *C. B. Pin.* 314. vulgaris flore minore, folio rotundo *J. B. II.* 949. *Small wild Mallow, or Dwarf-mallow.* Cum vulgari. Flores huic ex pallida purpura albicant.

Malva minor, flore parvo cœruleo. Malva ſylveſtris, foliis ſinuatis minoribus, floſculis minimis, Anglica *Boerh. Ind. Alt. P. I. p.* 268. Found by Mr. *J. Sherard*, in Company with Mr. *Rand*, at *Hythe* in *Kent*. Semina rugoſa, ſecus ac in prioribus ſpeciebus, ſunt.

Malva arborea marina noſtras *Merr. P. Park.* 301. ſine Icon. *Engliſh Sea-tree Mallow.* I have obſerved it in many Places by the Sea-ſide, as at *Hurſt-caſtle*, over-againſt the *Iſle of Wight*; in *Portland* Iſland; on the Rocks of *Caldey* Iſland; and on the *Baſſe* Iſland near *Edinburgh* in *Scotland*.

Magnitudine & ſtatura ſua, foliis lanuginoſis, floribus tamen parvis a vulgari Malva diſtinguitur, ut de loco ſileam.

Herba humectat, emollit, lenit dolores, laxat alvum, urinæ ardorem & acrimoniam mitigat [decocti vel aquæ deſtillatæ tres unciæ cum Syr. Violacei uncia una & dimidia] Calculos illico prima doſi expert. Ad tumores maturandos doloreſque ſedandos extrinſecus adhibetur in cataplaſmatis & in clyſteribus ad alvum leniendam.

Malva caule erecto herbaceo, foliis lobatis obtuſis, pedunculis petioliſque piloſis. Malva vulgaris *Park.* 299. ſylveſtris *Ger.* 785. ſylv. folio ſinuato *C. B. Pin.* 314. vulgaris flore majore, folio ſinuato *J. B. II.* 949. *Common Mallow.* Ad ſepes & ſemitas inque locis ruderatis.

Malva caule erecto, foliis multipartitis ſcabriuſculis. Alcea vulgaris *J. B. II.* 953. vulgaris major *C. B. Pin.* 316. vulgaris ſeu Malva verbenacea *Park.* 301. Malva verbenaca *Ger.* 785. *Vervain-mallow.* Ad agrorum margines, inque vepretis & ſepibus frequens. (Invenitur ſegmentis anguſtioribus & latioribus; *D. Doody Ann.*)

Alcea tenuifolia criſpa *J. B. II. App.* 1067. Circa Ciceſtriam frequens, ſignificante *D. Manningham.* An ſpecie a præcedente differat, vel folius naturæ luſus ſit, non immerito dubitaſſe videtur *J. Bauhinus.*

CLASSIS XVII.

DIADELPHIA.

STAMINA *Diadelphia* dicta, *Filamenta* duo, difformia: *alterum inferius* piſtillum involvens; *alterum ſuperius* piſtillo incumbens. *F. inferius* germen involvens, infra medium membranaceum, cylindraceum, longitudinaliter ſurſum dehiſcens, inde deſinit in partes novem ſubulatas, longitudinem & flexuram carinæ ipſius corollæ imitantes, e quibus radii intermedii ſeu inferiores, per paria alterna longiores ſunt. *F. ſuperius* ſubulato-ſetoſum, rimam filamenti prioris cylindracei teget, incumbens, ſitu reſpondens, ſimplex, & ſecundum gradus brevius exiſtens, baſi ſua dehiſcit a reliquis: & melli utrinque exitum parat. *Antheræ* ſimul numeratæ ut plurimum decem ſunt: *unicum* in filamento ſuperiore: *novem* (ſingula anthera ſingulo radio filamenti inferioris inſidente) vero in inferiore. Singulæ parvæ, æquales magnitudine, terminales.

FUMARIA.

CAL. Perianthium *diphyllum*: foliolis *oppoſitis, æqualibus, lateralibus, erectis, acutis, parvis, deciduis.* COR. *oblonga,*

ga, tubulata, ringens, palato prominente, faucem claudente. Labium ſuperius *planum, obtuſum, emarginatum, reflexum.* (Vexillum.) Nectarium *eſt baſis Lab. ſuperioris, pene prominens, obtuſa.* L. inferius *ſuperiori omnino ſimile ſuperiori verſus baſin carinatum.* (Carina.) Nectarium *eſt baſis carinata, licet in hoc minus prominens.* Faux *tetragona, obtuſa, perpendiculariter bifida.* (Alæ.) Stam. Filamenta *duo, æqualia, lata, intra ſingulum labium ſingula, incluſa, acuminata.* Antheræ *tres in ſingulo filamento, terminales.* Pist. Germen *oblongum, compreſſum, acuminatum.* Stylus *brevis.* Stigma *orbiculatum, erectum, compreſſum.* Per. Silicula *unilocularis.* Sem. *ſubrotunda.*

Fumaria pericarpiis monoſpermis racemoſis, caule diffuſo. Fumaria vulgaris *J. B. III.* 201. *Park.* 287. Officinarum & Dioſcoridis *C. B. Pin.* 143. purpurea *Ger.* 927. Capnos *Lob. Ic.* 757. Herba melancholifuga *Cat. Ald.* *Fumitory.* In ſatis & aggeribus terrenis frequens.

Fumaria pericarpiis monoſpermis racemoſis, foliis ſcandentibus ſubcirrhoſis. Fumaria major ſcandens flore pallidiore. Fumaria altera *Cæſ.* *The greater ramping Fumitory.* In ſatis, hortis & ad muros cum præcedente.

Purgat bilem & humores aduſtos, clarum ob id & purum efficit ſanguinem. [Noſtrates in hunc uſum verno tempore herbam in ſero lactis decoquunt & decoctum propinant.] Conducit igitur morbis omnibus hos humores ſequentibus, ut Lepræ, Scabiei, pruritui, impetigini & ſimilibus cutis vitiis; necnon Scorbuto & Lui Venereæ. Succus ejus vel aqua deſtillata oculis indita caliginem eorum diſcutit.

Fumaria ſiliquis linearibus, foliis cirrhiferis. Fumaria alba latifolia *Park.* 288. alba latifolia claviculata *Ger. Emac.* 1088. claviculis donata *C. B. Pin.* 143. Fumaria cum capreolis *J. B. III.* 204. *Climbing Fumitory.* In uliginoſis ſaxoſis arenoſiſve, & ad ripas lacuum fluviorumque reperitur, ſed rarius: As on the Banks of the River *Trent*, not far from *Ouſeley* in *Staffordſhire*; in the Hedges, as you go from *Bala* in *Merionethſhire* down to *Pimble-mear*; and in many other Places. Dr. *Tancred Robinſon* obſerved it near *Greenwich*, on the Top of the Hill where they dig Ballaſt. (On *Blackheath*, and in the Fields going from *Greenwich* to *Charlton*, the upper Road, as alſo in a Road leading from *Charlton* to *Woolwich*; Mr. *J. Sherard.* Planta ſatis vulgaris nobiſcum ad ſepes & juxta vias. Vere & æſtate floret; D. *Richardſon.*)

ardſon.) Upon the Rocks in *Chorley* Foreſt, near *Whitwick*, *Leiceſterſhire*; Mr. *Pultney*.

POLYGALA.

CAL. Perianthium *triphyllum*, *parvum*: foliolis *ovatis*, *acutis*: duobus *infra corollam*, unico *ſupra eandem*, *perſiſtentibus*. COR. *Papilionacea ex figura, numero petalorum indeterminato exiſtente.* Alæ *ſubovatæ*, *planæ*, *maximæ*, *extra reliquas corollæ partes poſitæ.* Vexillum *fere cylindraceum*, *tubulatum*, *breve*; ore *reflexo*, *parvo*; *bifidum.* Carina *concava*, *compreſſa*, *verſus apicem ventricoſa.* Appendix: Carinæ Corpora (*pleriſque*) *duo*, *tripartita*, *penicilliformia*, *carinæ affixa.* STAM. Filamenta *diadelphia* (*octo connata*,) *carina incluſa.* Antheræ *octo*, *ſimplices.* PIST. Germen *oblongum.* Stylus *ſimplex*, *erectus.* Stigma *terminale*, *craſſiuſculum*, *bifidum.* PER. Capſula *turbinato-cordata*, *compreſſa* margine *acuto*, *bilocularis*, *bivalvis*, diſſepimento *valvis contrario*, margine *utrinque dehiſcens.* SEM. *ſolitaria*, *ovata.* OBS. Appendix carinæ in diverſis diverſus eſt, nec omnibus pennicilliformis.

Polygala floribus criſtatis racemoſis, caulibus herbaceis ſimplicibus procumbentibus, foliis lineari-lanceolatis. Polygala *Ger.* 448. minor *Park.* 1332. vulgaris *C. B. Pin.* 215. Polygalon multis *J. B. III.* 386. *Milkwort.* In paſcuis ſiccioribus & montoſis ubique Maio & Junio floret.

Vaſcula ſeminalia Thlaſpeos, compreſſa, didyma, bina intus ſemina claudentia: Flores in ſpicis labiati & quodammodo galeati. Florum alæ non defluunt, ſed paulatim auctæ in colorem viridem degenerant & vaſculum & ſeminale utrinque obtegunt. Flores plerumque cœrulei; interdum albi, carnei aut varii. (Procumbit & flos naturaliter cœruleus; *D. Doody.*)

Polygala major *C. B. Pin.* 215. *Park.* 1332. vulgaris major *J. B. III.* 387. Magis erigitur & ſemper purpuraſcit; *D. Doody.*

Polygalia Myrtifolia paluſtris humilis & ramoſior.

Cauliculos habet duarum, trium & quatuor unciarum, procumbentes & ſparſos, foliis veſtitos parvis, brevibus, Myrti folia referentibus, e quorum ſummitatibus ſpica brevis & rarior, paucioribus videlicet floribus compoſita exit, qui quam in vulgari aliquanto minores ſunt, & colore ſaturatiore, alæ præſertim, tincti obſervantur. Flores autem colore plerumque cœruleo, rarius candido donantur. Provenit ericetorum locis

udis

udis & paluſtribus, v. gr. in the Bog beyond the Wood going from *John Coals* to *Croyden* Bogs; *D. Sherard.*

Si manipulus Polygalæ per noctem in vino maceretur, idque bibatur, bilem per alvum mire dejicit, nullo periculo, experientia *Geſneri.*

DECANDRIA.

Filamenta omnia baſi connexa.

SPARTIUM.

CAL. Perianthium *monophyllum, cordato-tubulatum: ſummo margine breviſſimum, verſus apicem quinque denticulis notatum, coloratum, parvum, ſub floris latere inferiori extenſum.* COR. *papilionacea, pentapetala.* Vexillum *obcordatum, totum reflexum, maximum.* Alæ *ovatæ, oblongæ, vexillo breviores, filamentis annexæ.* Carina *dipetala, oblonga, alis longior, margine carinali villis connexo, filamentis inſerta.* STAM. Filamenta *decem, connata, inæqualia, ſenſim longiora:* ſuperius *breviſſimum*; inferius *novemfidum.* Antheræ *oblongiuſculæ.* PIST. Germen *oblongum, hirſutum.* Stylus *ſubulatus, aſſurgens.* Stigma *adnatum, oblongum, villoſum, inflexum.* PER. Legumen *cylindraceum, longum, obtuſum, uniloculare, bivalve.* SEM. *plura, globoſo-reniformia.*

Spartium foliis ternatis ſolitariiſque, ramis inermibus angulatis. Geniſta anguloſa trifolia *J. B. I.* 388. anguloſa & Scoparia *C. B. Pin.* 395. vulgaris & Scoparia *Park.* 228. Geniſta *Ger.* 1130. & etiam Chamægeniſta *Ejuſd.* ex ſententia *C. B.* & *Johnſoni.* *Common Broom.*

Foliis in eodem pediculo ternis, viminibus tenuibus, anguloſis, confertis, ab aliis ſiliquoſis flore papilionaceo donatis fruticibus diſtinguitur. (Genus hoc Cytiſo Geniſta vocatur *Tournefortio*, cujus & ſequentium notas characteriſticas vid. in *Meth. Em. p.* 162. 163.)

Geniſta, anguloſa, hirſuta, foliis frequentioribus. Prope *Charlton* & alibi invenitur. Q. An diverſa a vulgari? *D. Doody.*

Splenetica & nephritica cenſetur, hinc & hepatica. Calculum pellit, feroſos humores educit tam per vomitum, quam per alvum & urinas. Hinc uſus ejus inſignis eſt in obſtructionibus hepatis, lienis & meſenterii, adeoque

que in hyprope, catarrhis & arthriticis affectibus *Schrod.* In uſu ſunt flores, ſemina & ſummitates. Florum gemmæ dum adhuc virides ſunt & nondum explicitæ, capparum modo cum aceto & ſale conditæ menſis inferuntur ad appetentiam excitandam. Obſtructiones reſerare & calculum comminuere creduntur: tantum abeſt ut emeticæ ſint aut nauſeam moveant.

GENISTA.

CAL. Perianthium *monophyllum, parvum, tubulatum, ſubbilabiatum*; labio ſuperiori *bidentato, profundius diviſo*; labio inferiori *tridentato, ſubæquali*. COR. *papilionacea*. Vexillum *ovato-acutum, a carina remotum, totum reflexum.* Alæ *oblongæ, laxæ, reliquis breviores.* Carina *recta, emarginata, vexillo longior.* STAM. Filamenta *decem, connata, e carina emergentia.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *oblongum.* Stylus *ſimplex, aſſurgens.* Stigma *acutum, involutum.* PER. Legumen *ſubrotundum, turgidum, uniloculare, bivalve.* SEM. *ſolitaria, ſæpius reniformia.*

Inermis.

Geniſta foliis lanceolatis, ramis ſtriatis teretibus erectis. Geniſtella tinctoria *Ger.* 1136. Geniſta tinctoria Germanica *C. B. Pin.* 395. tinctoria vulgaris *Park.* 228. Tinctorius flos *J. B. I.* 2. 391. *Green-wood, or Diers-weed, or Wood-waxen.* In paſcuis nimis frequens: ſiquidem vaccarum eam depaſcentium lac amarore inficit, unde & butyrum & caſeus ex eo facta amareſcunt.

Herba ejuſve flos luteum vel flavum colorem præbet, Glaſto autem ſuperinducta viridem reddit. Solent enim pictores ex cœruleo & luteo ſimul contritis viridem colorem efficere.

A Geniſta vulgari parvitate ſua, & foliis in eodem pediculo non ternis ſed ſingularibus differt.

Geniſta ſpinis ſimplicibus, ramis floriferis inermibus, foliis lanceolatis. Geniſta minor Aſpalathoides, ſive Geniſta ſpinoſa Anglica *C. B. Pin.* 395. Geniſtella minor Aſpalathoides *J. B. I.* 2. 401. *C. B. Pr.* 157. Geniſta aculeata *Ger.* 1140. Geniſtella aculeata *Park.* 1004.

1004. *Needle-furze, or Petty-whin.* In ericetis & humidioribus ſolo ſpongioſo.

Hanc Botanographi noſtrates pro Geniſta ſpinoſa minore Germanica *C. B.* (quæ nuſquam, quod ſciam, in Anglia invenitur,) habuerunt. Errandi anſam præbuit *C. Bauhinus*, qui Geniſtellam aculeatam *Lobelii* h. e. Geniſtam hanc aſpalathoidem noſtratem pro Geniſta ſpinoſa minore Germanica perperam accepit.

Altitudo cubitalis, cortex cinereus, folia glabra, glauca, Chamæſyces paria, e quorum alis ſpinæ, alias parvas e lateribus emittentes. Flores in ſummis ſurculis velut in ſpica, ſiliquæ breves habitiores.

ONONIS.

CAL. Perianthium *quinquepartitum, longitudine fere corollæ: laciniis linearibus, acuminatis, leviter ſurſum arcuatis:* infima *ſub carina.* COR. *papilionacea.* Vexillum *cordatum, lateribus depreſſum magis reliquis.* Alæ *ovatæ, vexillo dimidio breviores.* Carina *acuminata, alis fere longior.* STAM. Filamenta *decem, connata, aſſurgentia.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *oblongum, villoſum.* Stylus *ſimplex, aſſurgens.* Stigma *obtuſum.* PER. Legumen *turgidum, villoſum, uniloculare, bivalve.* SEM. *pauca, reniformia.*

Ononis floribus racemoſis geminatis, foliis ternatis, ramis ſpinoſis. Anonis ſpinoſa flore purpureo *C. B. Pin.* 389. *Park.* 994. An. ſive Reſta bovis *Ger.* 1141. An. ſive Reſta bovis vulgaris purpurea & alba ſpinoſa *J. B. II.* 391. deſcr. *Reſtharrow, Cammock, Petty-whin.* In paſcuis ſterilioribus paſſim. Variat interdum floris colore albo.

Anonis non ſpinoſa purpurea *Ger.* 1142. non ſpinoſa flore purpureo *Park.* 993. *J. B. II.* 393. ſpinis carens purpurea *C. B. Pin.* 389. *Purple Reſtharrow without Prickles.* In agrorum marginibus & paſcuis ſterilioribus paſſim. Hircum olet hæc planta.

Ononis caulibus diffuſis, ramis erectis, foliis caulinis ternatis. Anonis procumbens maritima noſtras foliis hirſutie pubeſcentibus. Ad maritimas arenoſas Cornubiæ oras reperta & ad nos delata eſt; D. *Plukenet Alm.* 33. (In a Field by *Charlton* Church, and Mr. *Phelps* betwixt the Gravel-pits and *Woolwich*, and towards *Graveſend*; Mr. *Doody.*

Doody. Near on *Sand-downs* by *Deal*, and near *Yarmouth*; Mr. *J. Sherard.*)

Radicis cortici vix ſuppar remedium invenitur in renum & veſicæ calculo; carnoſum ramicem abſumit, dentium dolores mulcet, icteritiæ confert.

ANTHYLLIS.

CAL. Perianthium *monophyllum, ovato-oblongum, parum inflatum, villoſum:* ore *quinquedentato, inæquali; perſiſtens.* COR. *papilionacea.* Vexillum *longius, lateribus reflexis, ungue longitudine calycis.* Alæ *duæ, oblongæ, vexillo breviores.* Carina *compreſſa, longitudine alarum, alis ſimilis.* STAM. Filamenta *decem, connata, aſſurgentia.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *oblongum.* Stylus *ſimplex, aſcendens.* Stigma *obtuſum.* PER. Legumen *ſubrotundum, tectum intra calycem, minimum, bivalve.* SEM. *unum, alterumve.*

Anthyllis herbacea, foliis pinnatis inæqualibus, capitulo duplicato. Vulneraria ruſtica *J. B. II.* 362. Anthyllis leguminoſa *Ger.* 1060. leguminoſa vulgaris *Park.* 1393. Loto affinis Vulneraria pratenſis *C. B. Pin.* 332. *Kidney-vetch, Ladies-finger.* In paſcuis ſiccioribus, præſertim cretaceis & arenoſis. About *Ruddington* Hills, near *Nottingham*, plentifully; Mr. *Pultney*. The Flowers of this Plant will be red in red Clays, white on white ones; *Linnæus.*

Vulneraria ſupina, flore coccineo. Hujus notitiam debeo D. *Lhwyd*, qui in agro Pembrochienſi illam invenit; *D. Richardſon.*

Stigmata pubeſcentia nec filamenta omnia baſi connexa.

PISUM.

CAL. Perianthium *monophyllum, quinquefidum, acutum, perſiſtens:* laciniis duabus ſuperioribus *latioribus.* COR. *papilionacea, tetrapetala.* Vexillum *latiſſimum, obcordatum, reflexum, emarginatum cum acumine.* Alæ *duæ, ſubrotundæ, conniventes, vexillo breviores.* Carina *compreſſa, ſemilunulata, alis brevior.* STAM. Filamenta *diadelpha* (unicum *ſimplex ſuperius, ſubulato-planum:* & novem *ſubulata infra medium in cylindrum, ſuperne fiſſum,*) *coalita.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *oblongum,*

4.



2

onis caulibus diffuſis, ramis
tis, foliis caulinis ternatis.

1

Vulneraria ſupina
flore coccineo.

oblongum, compreſſum. Stylus *aſcendens, triangulus, membranaceus, extrorſum flexis lateribus.* Stigma *angulo ſuperiori adnatum, oblongum, villoſum.* PER. Legumen *magnum, longum, teretiuſculum (vel compreſſum deorſum,) apice ſurſum acuminato, uniloculare, bivalve.* SEM. *plura, globoſa.* OBS. *Ochri T.* Semina cicatricula oblonga notantur. *Piſi T.* Semina cicatricula ſubrotunda alligantur.

Piſum ſtipulis inferne rotundatis crenatis, petiolis teretibus, pedunculis multifloris. Piſum ſylveſtre primum *Park.* 1059. arvenſe flore candido, fructu rotundo albo *C. B.* 342. minus *Ger.* 1045. Piſa potiſſimum vulgaria parva alba ſive hortenſia *J. B. II.* 297. *Common white Peaſe.*

Piſum arvenſe flore roſeo, fructu ex cinereo nigricante. An Piſum minus fructu ſubnigro *Matth. Gray-peaſe.* (Hujus flores duplo fere minores, quam ſequentis.)

Piſum arvenſe flore roſeo, fructu variegato. An Piſa minora rubra variegata *J. B. II.* 298. *Maple-peaſe.* Hæ tres ſpecies in agris vulgo feruntur.

Piſum umbellatum *Ger.* 1045. *C. B. Pin.* 342. Piſum proliferum *Tab. Ico.* 495. erectius comoſum *J. B. II.* 299. *Roſe-peaſe.* Seritur in agris comitatus *Dorceſtrienſis*; Mr. *Dubois.*

Piſum arvenſe fructu e luteo vireſcente *C. B. Pin.* 342. Piſum minus e luteo vireſcens *Lob. Ico.* 66. Seritur in agro *Dorceſtrienſi*, ubi *Pig-peaſe* dicitur; *Idem.*

Piſum petiolis ſupra planiuſculis, caule angulato, ſtipulis ſagittatis, pedunculis multifloris. Piſum marinum *Ger. Em.* 1250. ſpontaneum maritimum Anglicum *Park.* 1059, 1600. item Piſum aliud maritimum Britannicum *Ejuſdem. Ibid.* & *Ph. B.* Hæc enim duo non ſeparo. *Engliſh Sea-peaſe.* On the long Beech of Stones running from *Aldburgh* toward *Orford* in *Suffolk*, on the End next *Orford*, abundantly. We found it alſo near *Haſtings* in *Suſſex. Camden* in his *Britannia* tells us, that it grows among the Stones on the Weſt-ſide of *Dengeneſs*, near *Lyde* in *Kent*, in great plenty.

A Piſo differt foliis minoribus pluribus ad mediam coſtam annexis, fructu minore, pluribus in ſurculo ſiliquis aggregatis ſeminibus minoribus amaricantibus, ut diverſum genus conſtituere videatur.

Piſa flatulenta ſunt, minus tamen quam Fabæ, abſtergent quoque & ventrem laxant.

OROBUS.

OROBUS.

CAL. Perianthium *monophyllum, tubulatum, baſi obtuſum: ore obliquo, quinquedentato, breviſſimo:* denticulis tribus inferioribus *acutioribus*; duobus ſuperioribus *brevioribus, profundius & obtuſe diviſis*; *marceſcens.* COR. *papilionacea.* Vexillum *obcordatum, deſinens in dimidiatum cylindrum, calyce longiorem.* Alæ *duæ, oblongæ, longitudine fere vexilli, aſſurgentes, conniventes.* Carina *inferne manifeſte bifida, acuminata, aſſurgens:* marginibus *conniventibus, parallelis, compreſſis:* fundo *ventricoſo.* STAM. Filamenta *diadelpha (ſimplex & novemfidum,) adſcendentia.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *cylindraceum, compreſſum.* Stylus *ſurſum flexus, erectus.* Stigma *lineare, pubeſcens, lateri interiori a medietate ad apicem ſtyli adnatum.* PER. Legumen *teres, longum, apice acuminato adſcendente, uniloculare, bivalve.* SEM. *plurima, ſubrotunda.*

Orobus foliis pinnatis lanceolatis, ſtipulis ſemiſagittatis integerrimis, caule ſimplici. Orobus ſylvaticus foliis oblongis glabris *J. R. H.* 393. Aſtragulus ſylvaticus *Ger. Em.* 1237. ſylv. foliis oblongis glabris *C. B. Pin.* 351. Aſtragaloides ſeu Aſtragalus ſylvaticus, Aſtragalo magno Fuchſii ſeu Chamæbalano leguminoſæ affinis planta *J. B. II.* 334. Lathyrus ſylveſtris lignoſior *Park.* 1072. *Wood-peaſe, or Heath-peaſe.* In ſylvoſis & dumetis, Aprili floret & Maio ſemen perficit.

Saporem habent radicis tubera ad Glycyrrhizam accedentem. Folia duobus tribuſve pinnarum oblongarum paribus conſtant: Flores in ſurculo non longo duo treſve, pallide purpurei; Siliquæ rectæ, longæ, teretes, propendentes, ſeminibus octo aut pluribus ſubrotundis repletæ. Hujus tuberibus utuntur Scoti montani ad eoſdem affectus quibus Glycyrrhiza convenit; ad quam ſapore accedunt. Vid. *Hiſt. noſt. p.* 916.

LATHYRUS.

CAL. Perianthium *monophyllum, ſemiquinquefidum, campanulatum:* laciniis *lanceolatis, acutis: ſuperioribus duabus brevioribus, infima longiore.* COR. *papilionacea.* Vexillum *obcordatum, maximum, lateribus & apice reflexis.* Alæ *oblongæ, lunulatæ, breves, obtuſæ.* Carina *ſemiorbiculata, magnitudine alarum, iiſque latior, in medio introrſum dehiſcens.* STAM. Filamenta

menta *diadelpha (ſimplex & novemfidum,) aſſurgentia.* Antheræ *ſubrotundæ.* Pist. Germen *compreſſum, oblongum, lineare.* Stylus *ſurſum erectus, planus, ſuperne latior, apice acuto.* Stigma *viloſum, a medietate ſtyli ad apicem antice productum in diſco plano.* Per. Legumen *longiſſimum, cylindraceum vel compreſſum, acuminatum, bivalve.* Sem. *plura, cylindracea, globoſa, vel parum angulata.* Obs. *Lathyrus T.* folia conjugata cirrhifera. *Clymenum T.* folia pinnata cirrhoſa gerit. *Niſſolia T.* folia ſimplicia cirrhis carentia ferunt. *Aphaca T.* Stipulas promit abſque foliis. *Piſum* admodum affine eſt Lathyro: differt tamen manifeſte ſtylo.

Pedunculis unifloris.

Lathyrus pedunculis unifloris, cirrhis aphyllis, ſtipulis ſagittato-cordatis. Aphaca *Park.* 1067. *Ger. Emac.* 1250. Vicia quæ Pitine Anguillaræ, lata ſiliqua, flore luteo *J. B. II.* 316. Vicia lutea foliis Convolvuli minoris *C. B. Pin.* 345. *Yellow-vetching.* Inter ſegetes.

Foliis ſimplicibus, integris, triangulis & ex adverſo binis a Piſo & Lathyro diſtinguitur.

Lathyrus pedunculis unifloris, foliis ſimplicibus, ſtipulis ſubulatis. Catanance leguminoſa quorundam *J. B. II.* 309. Ervum ſylveſtre *Ger. Em.* 1249. ſylveſtre ſeu Catanance *Park.* 1079. Lathyrus ſylveſtris minor *C. B. Pin.* 344. Vicia folio gramineo, ſiliqua porrectiſſima *Merr. P. Crimſon-graſs Vetch.* In agrorum marginibus & inter vepres non raro invenitur cum floret Menſe Maio; alias ob folia graminea inventu non ita facilis. Mr. *Lawſon* obſerved it between the Glaſs-houſes and *Dent*'s Hole, near the North-ſhore-houſe by *Newcaſtle* upon *Tine*, plentifully. (On the Border of the Field going to *Pancraſs* Church and the Tile-hill; in a Cloſe on the right hand on the Side of a Houſe that's about half a Mile on this ſide *Chiſſelhurſt:* Alſo in a Cloſe, the Footway from *Dulwich* Green to the Wells; Mr. *Newton.)*

Foliis integris gramineis, caulibus erectis firmis teretibus, floribus pulchris ſanguineo colore micantibus, primo ſtatim aſpectu dignoſcitur.

Pe-

Pedunculis bifloris.

Lathyrus pedunculis bifloris, cirrhis diphyllis, foliolis li-neari-lanceolatis, leguminibus hirſutis, ſeminibus ſcabris. Lathyrus ſiliqua hirſuta *J. B. II.* 305. Lathyrus anguſtifolius ſiliqua hirſuta *C. B. Pin.* 344. *Rough-codded Chichling.* In the Fields about *Hockley* and *Raleghe*, and elſewhere in *Rochford* Hundred in *Eſſex.* (Forte Lathyrus perennis ſiliqua hirſuta *Merr. P.* At *Hadley* Caſtle, two Miles from *Lee* in *Eſſex.*)

Pedunculis multifloris.

Lathyrus pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis: foliolis lanceolatis: cirrhis ſimpliciſſimis. Lathyrus luteus ſylveſtris dumetorum *J. B. II.* 304. ſylv. flore luteo *Park.* 1062. *Ger. Emac.* 1231. ſylv. luteus, foliis Viciæ *C. B. Pin.* 344. Neſcio cur Viciæ folia ei attribuit. *Tare everlaſting, common yellow Baſtard-vetchling.* In dumetis & ſepibus, non raro etiam in pratis & paſcuis.

Lathyrus pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis: foliolis enſiformibus. Lathyri majoris ſpecies flore rubente & albido minore dumetorum, ſive Germanicus *J. B. II.* 302. Lath. ſylveſtris *Dod.* P. 522. anguſtifolius Cluſii ex ſententia *J. B.* 303. ſylv. major *C. B. Pin.* 344. ſylv. Dodonæi *Park.* 1061. *The other great wild Lathyrus, or Everlaſting-peaſe.* This, or another like it, with a ſmaller or paler Flower than the precedent, I found near *Poynings*, a Village on the Downs in *Suſſex.* The ſame Mr. *Dale* obſerved near *Caſtle-campes*, in the Hedges by the way that leads thence to *Bartlow* in *Cambridgeſhire.* (In a riſing Meadow as you go to the Oak of *Honourhill*, from *Peckham*, on the right Hand towards the Hedge, and at the Side of a Meadow, as you go down the Back-ſide of that Hill, at the Eaſt-end of the Wood; Mr. *Rand*, and Mr. *Doody.* By *Comb-park-gate*, in the Hedge by the Road-ſide, going to *Mitcham* in *Surrey*; Mr. *Dubois.*) In *Stocking* Wood, and in a Lane leading from *Belgrave* to *Thurcaſton* in *Leiceſterſhire*; Mr. *Pultney.* In the Road between *Canterbury*

terbury and *Sittingbourn*. Alſo near the 26 Mile Stone going to *Rocheſter*; Dr. *Watſon*. In *Wimbleton* Park, near the great Pond; Dr. *Martyn*.

Lathyrus pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis: foliolis lanceolatis, internodiis membranaceis. Lathyrus major latifolius *Ger. Emac.* 1229. major perennis *Park.* 1061. latifolius *C. B. Pin.* 344. major latifolius flore majore purpureo ſpecioſior, *J. B. II.* 303. Clymenum *Matth. P. II.* 320. *Ed. Valgr.* *Peaſe-everlaſting.* In ſylvis apud nos invenitur, ſed rarius, as in *Madingley*, and other Woods near *Cambridge*. Mr. *Lawſon* obſerved it on the Rocks by Red *Neeſe* by *Whitehaven* cop. *Cumberland*.

Lathyrus pedunculis multifloris, cirrhis polyphyllis ſtipulis lanceolatis. Lathyrus viciæformis, ſeu Vicia Lathyroides noſtras *Chichling-vetch*. Lathyrus ex cæruleo & rubro mixtus *Merret. Pin.* Vicia Lathyroides noſtras, ſeu Lathyrus Viciæ formis Raji *Pluk. Alm.* 387. *T.* 71. *f.* 2. Hujus folia compoſita ſunt ex tribus aut quatuor pinnularum medio nervo adnexarum conjugationibus, claviculis donata, glauca. Flores in communi pediculo prælongo e foliorum ſinubus exeunt tres aut quatuor, aut quinque ampli, purpureo-cærulei. Found by *Tho. Williſel* in *Peckham* Field, on the Back of *Southwark*, in a ſqualid watery place. Upon the Bogs in *Chorley* Foreſt, near *Bardon* Hill, *Leiceſterſhire*; Mr. *Pultney*.

VICIA.

CAL. Perianthium *monophyllum, tubulatum, erectum, ſemiquinquefidum, acutum, ſurſum obliquum:* dentibus ſuperioribus *brevioribus, conniventibus:* omnibus *æqualis latitudinis.* COR. *papilionacea.* Vexillum *ovale, ungue lato oblongo, apice emarginatum cum acumine, lateribus reflexum, linea longitudinali compreſſa elevata.* Alæ *duæ, oblongæ, erectæ, ſemicordatæ, ungue oblongo, vexillo breviores.* Carina *ungue oblongo bipartito, ventriculo compreſſo ſemiorbiculato, alis breviore.* STAM. Filamenta *diadelpha (ſimplex & novemfidum.)* Antheræ *erectæ, ſubrotundæ, quadriſulcæ.* Nectarii glandula, *intra ſtamen compoſitum & germen e receptaculo oritur, brevis, acuminata.* PIST. Germen *lineare, compreſſum, longum.* Stylus *filiformis, brevior, ad angulum erectum aſcendens.* Stigma *obtuſum, inferne undique barbatum.* PER. Legumen *longum, coriaceum, bivalve, uniloculare, acumine terminatum.* SEM. *plura, ſubrotunda.* *Fabæ*

T. Semina ovata, compreſſa. *Viciæ* Riv. Semina ſubrotunda.

Pedunculis elongatis.

Vicia pedunculis multifloris, foliolis ovalibus, ſtipulis denticulatis. Vicia ſylvatica multiflora maxima *P. B.* perennis multiflora ſpicata major *Moriſ. Hiſt. II.* 61. *inter* 1. & 2. multiflora maxima perennis, tetro odore, floribus albentibus, lineis cæruleis ſtriatis *Pluk. Alm.* 387. *T.* 71. *f.* 1. Bathonienſis, vel maxima ſylvatica *Merr. P. Great tufted Wood-vetch.* I obſerved it in a Wood near *Caerwent* in *Monmouthſhire*, and in other Places of the *Weſt.* Mr. *Johnſon* hath obſerved it growing plentifully in the Woods about *Greta* Bridge in *Yorkſhire.* (In *Smoakhall* Wood by the *Bath*, and at the *Devizes*, *Wiltſhire*, Mr. *Goodyer*; *Merr. P.* Supra pontem *Kerby Luneſdale* Weſtmorlandia in dumetis mihi primum oſtendit D. *Lawſon*; ex quo mihi viſa fuit prope *Hackneſs*, oppidum, quatuor milliaria Scarburgo diſtans; D. *Richardſon.*)

Sequenti ſimilis, verum elatior & ramoſior, floribus dilute cæruleſcentibus, ſaturatioribus lineis cæruleis ſtriatis; cum illius purpureo ſaturatiore imbuantur.

Vicia pedunculis multifloris, floribus imbricatis, foliolis lanceolatis pubeſcentibus, ſtipulis integris. Cracca *Riv. Ir. Tetr. Ic.* Aracus *Tab. Ic.* 506. ſeu Cracca minor *Merr. Pin.* Vicia multiflora *C. B. Pin.* 345. Vicia multiflora ſeu ſpicata *Park.* 1072. multiflora nemorenſis perennis ſeu dumetorum *J. B. II.* 314. ſylveſtris ſpicata *C. B. Pin.* 345. *Tufted Vetches.* In dumetis & ſepibus, non raro etiam in pratis. Florum in eodem pediculo in ſpicas ſatis longas excurrentium purpureo-cæruleorum multitudine ab aliis ſpeciebus diſtinguitur. (Folia plerumque glauca; nonnunquam cum foliis viridibus invenitur; *Dood. Not.*)

Floribus axillaribus, ſubſeſſilibus.

Vicia leguminibus ſeſſilibus ſubbinatis erectis, foliis retuſis ſtipulis notatis. Vicia *Ger.* 1052. vulgaris ſativa *Park.* 1072. *J. B. II.* 310. ſativa vulgaris, ſemine nigro

gro *C. B. Pin.* 344. *Common Vetch, or Tare.* Seritur in agris. Semina huic non exacte ſphærica, ſed paululum compreſſa ; fuſca : Flores hilari purpura nitent.

Vicia ſepium perennis *J. B. II.* 713. máxima dumetorum *C. B.* 345. *Ger. emac.* 1727. *Park.* 1072. *Buſh Vetch.* In dumetis & ſepibus Maio menſe florens ubique reperitur.

Vicia folio ſubrotundo, brevi, obtuſe mucronato, pediculo brevi inſidente, flore Viciæ ſepium ſeu dumetorum vulgaris. *The other Buſh Vetch, with a ſhorter and blunter Leaf.* In agro Eboracenſi a D. *Robinſon* inventa.

Vicia ſylveſtris ſive Cracca major *Ger. Em.* 1227. Aracus ſeu Cracca major *Park.* 1070, 1071. Vicia vulgaris ſylveſtris ſemine parvo & nigro frugum *J. B. II.* 312. Vicia ſemine rotundo nigro *C. B. Pin.* 345. *Strangle Tare, or wild Vetch.* Non inter ſegetes tantùm apud nos occurrit, ſed etiam ad ſepes & in aggeribus, præſertim locis arenoſis. Maio menſe floret.

Hujus ſpeciem ſeu varietatem majorem obſervavimus, [Ego & D. *Dale*] in marginibus agrorum quorundam ſupra molam fullonicam Bockingæ in Eſſexia.

Viciæ ſativæ ſimilis eſt, flores habet pulchre purpureos, umbilico albo, ad ſingulas foliorum alas plerunque binos raro ternos, in ſolo ſteriliore ſingulos duntaxat; ſiliquas longas, teretiuſculas, rectas, ſemina octo aut decem continentes, ex fuſco & luteo-viridi varia, non penitus nigra, prout ea deſcribit J. Bauhinus. Variat ergo ſeminum colore.

Vicia ſylveſtris flore ruberrimo, ſiliqua longa nigra, D. *Bobart.* Vicia vulgaris acutiore folio, ſemine parvo nigro *C. B. Pin.* 345. On *Shotover* and divers other Places. An eadem præcedentis ſpeciei Varietati ſecundæ ?

Vicia leguminibus ſeſſilibus reflexis piloſis ſolitariis pentaſpermis, corollæ vexillis glabris. Vicia luteo flore ſylveſtris *J. B. II.* 313. ſylveſtris lutea ſiliqua hirſuta N. D. *C. B. Pin.* 345. *Yellow Vetch with a rough Pod.* On Glaſtenbury *Tornehill.*

Vicia minima præcox Pariſienſium *H. R. Par. J. R. H.* 397. minima *Riv. Ir. Tetr. Ic.* pratenſis verna, ſeu præcox Solonienſis ſemine cubico ſeu hexaedron referente *H. Ox. II.* 63. *S.* 2. *T.* 4. *f.* 14. Forte Puſillum Piſum aliud ſylveſtre ſpontaneum *Lob. Illuſtr.* 164. Found by Mr. *J. Sherard* and Mr. *Rand*, on the chalky Banks near *Greenhithe* in *Kent.* Eodem in loco & trans Thameſin etiam in Eſſexiæ campis elatioribus ſe reperiſſe *Lobelius* ſcribit, ſi modo eandem intelligat plantam. Primo vere

 floret.

floret. Flos rubicundus. Figura hujus plantæ apud *Rivinum* accuratior eſt quam apud *Moriſonum.*

Vicia caule erecto, petiolis abſque cirrhis. Faba minor ſeu equina *C. B. Pin.* 338. minor ſylveſtris *Park.* 1054. ſive communis *Ger. emac.* 1210. *Field Beans, or Horſe Beans.*

Faba *C. B. Pin.* 338. Faba, Cyamos leguminoſa *J. B. II.* 278. major hortenſis *Ger.* 1036. *Garden Beans.* Color ſeminis plerunque albus eſt, interdum tamen ruber.

Farina fabarum non tantum intra corpus utilis eſt in diarrhœa & dyſenteria, lienteria, &c. ſed & extra in maculis a Sole contractis aliiſque cutis ſordibus extergendis (ſi illa fricentur) in ſugillatis diſcutiendis. Aqua deſtillata ex floribus diuretica eſt, maximique uſus in maculis faciei extergendis eaque fucanda; *Schrod.* Fabæ flatulentæ quidem ſunt, non tamen magis quam alia legumina, ideoque in cibis minime damnandæ.

ERVUM.

CAL. Perianthium *quinquepartitum, longitudine fere corollæ: laciniis linearibus, acuminatis, ſubæqualibus.* COR. *papilionacea.* Vexillum *planum, leviter reflexum, ſubrotundum, majus.* Alæ *obtuſæ, vexillo dimidio breviores.* Carina *alis brevior, acuminata.* STAM. Filamenta *diadelpha (ſimplex & novemfidum,) aſſurgentia.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *oblongum.* Stylus *ſimplex, aſſurgens.* Stigma *obtuſum.* PER. Legumen *oblongum, obtuſum, teres, ſeminibus protuberantibus nodoſum.* SEM. *quatuor, fere ſubrotunda.* OBS. Differt a Vicia ſolo ſtigmate.

Ervum ſeminibus compreſſis convexis. Lens *J. B. II.* 317. minor *Ger.* 1049. *Park.* 1068. vulgaris *C. B. Pin.* 346. *Lentils.* Seritur in agris Cantabrigienſibus, Huntingtonienſibus, &c. ſola, & hordeo mixta.

Lens major a minore magnitudine omnium partium præcipue differt; alicubi apud nos ſeri aiunt.

Alvum ſiſtit ſi cum cortice edatur, aqua tamen in qua decoquitur ventrem ſolvit. Decorticata vim adſtringendi amittit, ſi veteribus fides. Uſus ergo ejus internus ad fluxus alvi quoſcunque, externus in cataplaſmatis ad duritias & tumores. Viſum hebetat ventriculum inflat, gravia ſomnia inducit, pulmoni, capiti & nervoſo generi incommoda cenſetur.

Ervum

Ervum pedunculis ſubbifloris, ſeminibus globoſis quaternis. Cracca minor ſiliquis ſingularibus, floſculis cœruleſcentibus *Hoffm. C. H. Alt.* Viciæ ſeu Craccæ minimæ ſpecies cum ſiliquis glabris *J. B. II.* 315. Vicia ſegetum ſingularibus ſiliquis glabris *C. B. Pin.* 345. *Tine tare with ſmooth Pods.* Inter ſegetes non raro & in locis humidioribus. A priore differt glabritie ſua, paucioribus in eodem pediculo, eoque tenuiore, floribus pallide cæruleis, ſtriatis.

Ervum pedunculis multifloris, ſeminibus globoſis binis. Cracca minor *Riv. Ir. Tetr. Ic.* Vicia ſegetum cum ſiliquis plurimis hirſutis *C. B. Pin.* 345. parva ſeu Cracca minor cum multis ſiliquis hirſutis *J. B. II.* 315. ſylveſtris *Ger.* 1052. ſylveſtris ſeu Cracca minima *Ger. Em.* 1028. Aracus ſeu Cracca minor *Park.* 1070. *Small Wild-tare, or Tine-tare.* Segetum peſtis eſt.

Floribus ex cœruleo albentibus in communi pediculo plurimis, quibus ſuccedunt totidem ſiliquæ hirſutæ, ſemina continentes nigricantia rotunda, ut & parvitate ſua a reliquis facile diſtinguitur.

Calyces bilabiati, nec filamenta omnia baſi connexa, nec ſtigmata pubeſcentia.

U L E X.

CAL. Perianthium *diphyllum, perſiſtens:* foliolis *ovato-oblongis, concavis, rectis, æqualibus, carina paulo brevioribus: quorum* ſuperius *bidentatum*, inferius *tridentatum.* COR. *papilionacea, pentapetala.* Vexillum *obcordatum, emarginatum, rectum, maximum.* Alæ *oblongæ, obtuſæ, vexillo breviores.* Carina *dipetala, recta, obtuſa, margine inferiore connivens.* STAM. Filamenta *diadelpha (ſimplex & novemfidum.)* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *oblongum, cylindraceum, hirſutum.* Stylus *filiformis, aſſurgens.* Stigma *obtuſum, minimum.* PER. Legumen *oblongum, turgidum, calyce fere tectum, rectum, uniloculare, bivalve.* SEM. *pauca, ſubrotunda, emarginata.*

Ulex foliis villoſis acutis, ſpinis ſparſis. Geniſta ſpinoſa vulgaris *Ger. Em.* 1319. ſpinoſa major longioribus aculeis *C. B. Pin.* 394. ſpinoſa major vulgaris, ſive Scorpius Theophraſti, quem Gaza Nepam tranſtulit *Park.* 1003. Geniſtellæ ſpinoſæ affinis, Nepa quibuſdam *J. B. I.* 2,

 400,

400. *Furze, Whins, or Gorſſe.* In ſabuloſis ſterilioribus & ericetis paſſim. Primo vere florere incipit.

Ramuli conferti denſiſſimo ſpinarum ſemper virentium vallo obſiti, ut nec lumen tranſmittant. Non deſtituitur tamen foliis hic frutex, nec ſpinam pro folio habet, ut nonnulli volunt, ſed vere folia emittit parva, ex rotundo acuminata, interdum longiora, quæ brevi decidunt.

Geniſta ſpinoſa minor *Park.* 1003. aculeata minor ſive Nepa Theophraſti *Ger.* 1140. ſpinoſa major, brevibus aculeis *C. B. Pin.* 394. *The leſſer Furze buſh.* Cum priore, qua minor & humilior eſt, ſpinis brevioribus, tenuioribus, pallidius virentibus non tamen minus crebris. An ſpecie a præcedente differat necne, mihi nondum conſtare fateor. Floret præcipue ſub Autumnum, quando prior maximam partem jam florere deſiit.

Geniſta ſpinoſa minor *Park.* a vulgari majore ejuſdem differt. Præterquam enim quod ramuli humi ſemper ſtrati ſunt & ſpinulæ breviores tenuiores & mitiores, flores ante Autumnum non producit, iique pallidiores quam majoris ſpeciei ſunt; *Dood. Syn. Ed. II. App.* 344.

GLYCYRRHIZA.

CAL. Perianthium *monophyllum, tubulatum, bilabiatum, perſiſtens.* Labium ſuperius *tripartitum:* laciniis lateralibus *linearibus:* intermedia *latiore, bifida.* Labium inferius *ſimpliciſſimum, lineare.* COR. *papilionacea, tetrapetala.* Vexillum *ovato-lanceolatum, rectum, longius.* Alæ *oblongæ, carinæ ſimillimæ, ſed paulo majores.* Carina *dipetala, acuta, ungue longitudine calycis.* STAM. Filamenta *diadelpha (ſimplex & novemfidum,) carina abſcondita, recta.* Antheræ *ſimplices, ſubrotundæ.* PIST. Germen *calyce brevius.* Stylus *ſubulatus, longitudine ſtaminum.* Stigma *obtuſum, adſcendens.* PER. Legumen *ovatum ſ. oblongum, compreſſum, acutum, uniloculare.* SEM. *pauciſſima, reniformia.*

Glycyrrhiza leguminibus glabris. Glycyrrhiza vulgaris *Ger. Emac.* 1302. vulg. ſiliquoſa *Park.* 1098. ſiliquoſa vel Germanica *C. B. Pin.* 352. radice repente vulgaris Germanica *J. B.* 328. *Liquorice.* It is planted for Sale about *Pontefract* in *Yorkſhire*, and *Workſop* in *Nottinghamſhire.*

Caliditate & frigiditate temperata eſt, in reliquis ad humiditatem inclinat, pulmonica ac nephritica, acrimoniam mitigans, expectorationem promovens, aſperitatem leniens,

leniens, alvum infantum leniter emolliens. Uſus præcip. in tuſſi, raucedine, phthiſi, pleuritide, veſicæ eroſione, urinæ acrimonia; *Schrod.* Succus inſpiſſatus ad hæc mala præcipuæ eſt æſtimationis.

Adipſos nonnullis dicitur, quod famem ſitimque ſedet; *Columella*, unde nonnulli hydropicis eam dedere auctore *Galeno*, ne ſitirent, inſigni ægrorum levamine. *Theophraſto* Scythica radix dicta eſt, quia Scythæ hac & Hippace, i. e. caſeo equino, ad 12. dies durare poſſe dicuntur in fame & ſiti.

Orobus ſylvaticus noſtras *Syn. II.* 191. *Comm. Ac. R. Sc. An.* 1706. *p.* 87. *&* 90. *ic. & deſcr. Engliſh Wild-wood, or bitter Vetch.* At *Gamleſby* in *Cumberland*, about ſix Miles from *Pereth*, in the Way to *Newcaſtle*, in the Hedges and Paſtures plentifully. Obſerved alſo by *Tho. Williſel* below *Brecknock* Hills, in the Way to *Caerdyff*, and in *Merionethſhire*, not far from *Bala.* The ſame Mr. *Sutherland* hath found plentifully in *Scotland.* Dr. *Sherard* near *Roſs-trevor* in *Ireland*, as alſo in the upper part of *Merley* Wood, near *Oxford.*

Radice nititur craſſa, lignoſa, perenni, ſapore leguminoſo; unde *Caules* exoriuntur numeroſi, pedales aut cubitales, hirſuti, ſtriati, ramoſi, in terram reclinati, quamvis ſatis rigidi ſint. Folia Viciæ vulgaris minora, ad eandem coſtam adnexa ad ſeptem aut octo paria, nullo in extremo neque impari folio, neque clavicula, ſuperne obſcure viridia, inferne glabra. Flores ſex aut ſeptem, aut etiam plures in eodem communi pediculo, figura ſua ad Viciæ ſylv. multifloræ aut Glycyrrhizæ ſylv. flores accedunt, e tenui pediculo pariter dependentes, colore exterius ſubrubente, interius albo purpureis lineis ſtriato. Siliquæ breves, latæ, glabræ, duo vel tria, rarius plura, ſemina compreſſa, parva, viridiuſcula continent.

Stigma ſimplex, nec filamenta omnia baſi connexa, nec ſtigmata pubeſcentia, nec calyces bilabiati.

ORNITHOPUS.

CAL. Perianthium *monophyllum, tubulatum,* ore *quinquedentato, ſubæquali, perſiſtens.* COR. *papilionacea.* Vexillum *obcordatum, integrum.* Alæ *ovatæ, rectæ, magnitudine vix vexilli.* Carina *compreſſa, minima.* STAM. Filamenta *diadelpha (ſimplex & novemfidum.)* Antheræ *ſimplices.* PIST. Ger-

men *lineare.* Stylus *ſetaceus, adſcendens.* Stigma *punctum terminale.* PER. Legumen *ſubulatum, teres, incurvatum, articulis plurimis diſcedentibus connexum.* SEM. *ſolitaria, ſubrotunda.*

Ornithopus foliis pinnatis, leguminibus ſubarcuatis. Ornithopodium radice nodoſa *Park.* 1093. radice tuberculis nodoſa *C. B. Pin.* 350. item Ornithopodium majus *C. B. Ibid. Park. Ib.* ut & Ornithopodium minus *Eorundem & Ger. Em.* 1241. Ornithopodium flore flaveſcente *J. B. II.* 350. & Ornithop. tuberoſum Dalechampii *Ejuſdem* 351. *Birdsfoot.* In arenoſis & glareoſis plurimis in locis occurrit, æſtate florens. Floſculi purpuraſcunt, ſiliquæ articulatæ recurvæ ſunt. (Etiamſi ſiliquas non producat, ſe tamen obſervatione *Doodiana* propagat granulis ſeu tuberculis fibris radicum interſperſis, quare radice nodoſa denominatur.

HIPPOCREPIS.

CAL. Perianthium *monophyllum, quinquedentatum:* denticulis duobus ſuperioribus *conjunctis, minuſque diviſis; perſiſtens.* COR. *papilionacea.* Vexillum *cordatum, ungui longitudine calycis inſidens.* Alæ *ovato-oblongæ, obtuſæ.* Carina *lunulata, compreſſa.* STAM. Filamenta *diadelpha (ſimplex & novemfidum,) adſcendentia.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *tenue, oblongum, deſinens in* Stylum *ſubulatum, adſcendentem.* Stigma *ſimpliciſſimum.* PER. Legumen *compreſſo-planum, longiſſimum, reflexum, a ſutura inferiori fere ad ſuperiorem inciſum multoties, ſinubus ſubrotundis; hinc* articulis *conſtans obtuſe trigonis, plurimis, ſutura ſuperiore connexis.* SEM. *ſolitaria in ſingulo articulo, oblonga, incurva.* OBS. Eſſentialis character in Legumine, ſoleæ equinæ forma conſtat.

Hippocrepis leguminibus pedunculatis confertis: margine exteriore repandis. Ferrum equinum Germanicum ſiliquis in ſummitate *C. B. Pin.* 349. equinum comoſum *Park.* 1091. Ornithopodio affinis, vel potius Soleæ aut Ferro equino herba *J. B. II.* 348. Hedyſarum glyzyrrhizatum *Ger.* 1056. *Ic. Tufted Horſeſhoe-vetch.* On the chalky Grounds about *Gogmagog* Hills, and elſewhere in *Cambridgeſhire*; alſo on the Northern Mountains. In rupibus calcariis prope *Malham, Settle & Wharf* copioſe; D. *Richardſon.* In collibus cretaceis inter Northflied & Graveſend; D. *Dillenius.*

Flores in ſummis ſurculis radiatim penduli velut in corolla,

rolla. Semina figura arcuata ſoleam equinam referentia hujus notae ſunt.

HEDYSARUM.

CAL. Perianthium *monophyllum, ſemiquinquefidum:* laciniis *ſubulatis, erectis, perſiſtentibus.* COR. *papilionacea, ſtriata.* Vexillum *reflexo-compreſſum, ovato-oblongum, emarginatum, longum.* Alæ *oblongæ, reliquis anguſtiores, rectæ.* Carina *recta, compreſſa, extrorſum latior, fere truncata, a baſi ad gibbum bifida.* STAM. Filamenta *diadelpha (ſimplex & novemfidum,) ad angulum rectum inflexa.* Antheræ *ſubrotundæ, compreſſæ.* PIST. Germen *tenue, compreſſum, lineare.* Stylus *ſubulatus, ut ſtamina inflexus.* Stigma *ſimpliciſſimum.* PER. Legumen *articulus ſubrotundus, compreſſus, monoſpermus, bivalvis.* SEM. *reniforme, ſolitarium.*

Hedyſarum foliis pinnatis, leguminibus monoſpermis aculeatis, corollarum alis calyce brevioribus. Onobrychis ſeu Caput gallinaceum *Ger.* 1063. vulgaris *Park.* 1082. foliis Viciæ, fructu echinato major *C. B. Pin.* 350. Polygalon Geſneri *J. B. II.* 335. *Medick-vetchling, or Cock's-head,* commonly, but falſely, called *St. Foin.* On *Gogmagog* Hills, and the Balks of the Corn-fields thereabouts, plentifully; alſo on *Newmarket* Heath and *Saliſbury* Plain, in cretaceis. Between *Croxton* and *Grantham,* in *Lincolnſhire*; Mr. *Pultney.*

ASTRAGALUS.

CAL. Perianthium *monophyllum, tubulatum, quinquedentatum, acutum*; denticulis inferioribus *gradatim minoribus.* COR. *papilionacea.* Vexillum *longius reliquis, lateribus reflexum, emarginatum, obtuſum, rectum.* Alæ *oblongæ, vexillo breviores.* Carina *longitudine alarum, emarginata.* STAM. Filamenta *diadelpha (ſimplex & novemfidum,) fere recta.* Antheræ *ſubrotundæ.* PIST. Germen *teretiuſculum.* Stylus *ſubulatus, aſcendens.* Stigma *obtuſum.* PER. Legumen *biloculare:* loculis *ad alterum latus magis flexis.* SEM. *reniformia.* *Aſtragalus* Riv. Siliqua gaudet oblonga polyſperma. *Glaux* Riv. Siliculam gerit cordatam.

Aſtragalus cauleſcens proſtratus, leguminibus ſubtriquetris arcuatis, foliis ovalibus pedunculo longioribus. Aſtragalus luteus perennis procumbens, vulgaris ſive ſylveſtris *Hiſt. Ox.*

Ox. II. 107. Glaux vulgaris leguminoſa ſeu Glycyrrhiza ſylveſtris *Park.* 1098. *deſcr.* non *Ic.* ceu quæ Aſtralagi Monſpeſſulani *J. B.* Glycyrrhiza ſylveſtris floribus luteo palleſcentibus *C. B. Pin.* 352. Fœnum Græcum ſylveſtre ſeu Glycyrrhiza ſylveſtris quibuſdam *J. B. II.* 330. Hedyſarum Glycyrrhizatum *Ger. Emac.* 1233. *Wild Liquorice, or Liquorice-vetch.* In a Lane near Captain *Jenkinſon*'s Lodge, in *Wichwood* Foreſt. Alſo in a Gravel-pit near *Charlton.* In dumetis, ad latera montium inque pratorum marginibus non raro occurrit.

Siliquis geminatis, ſeminibus talum aut Aſtragalum imitatis, guſtu herbæ dulci Glycyrrhizæ, tum magnitudine ſua ab aliis leguminibus disjungitur.

Aſtragalus ſubcauleſcens procumbens, floribus ſubracemoſis erectis, foliis tomentoſis. Aſtragalus incanus parvus purpureus noſtras *Pluk. Alm. p.* 59. Glaux exigua montana purpurea noſtras *Syn. I.* 192. *Purple Mountain Milkwort.* On *Gogmagog* Hills, *Newmarket* Heath, *Royſton* Heath, &c. The ſame we obſerved in the like Grounds about *Haſelwood* in *Yorkſhire.* (Nullibi copioſius quam ſecus viam agrorum *Pigburnenſium*, non procul Doncaſtria agri Eboracenſis ; D. *Richardſon.* On the Side of the Hill going up from the River *Leath*, a little beyond *Allſworth* ; Mr. *Sherard* and Mr. *Rand.* Vid. Tab. XII. F. 3. ubi litera *a* vaſculum ſeminale diſſectum ſeorſim exhibetur.)

Spicis florum purpureorum pro plantulæ modo amplorum, ſiliquis brevibus hirſutis in duo loculamenta partitis, a reliquis hujus generis haud difficulter diſtinguitur. Deſcriptionem vid. *Hiſt. noſt. I.* 939.

TRIFOLIUM.

CAL. Perianthium *monophyllum, tubulatum, quinquedentatum, perſiſtens.* COR. *papilionacea, ſæpius perſiſtens, marceſcens.* Vexillum *reflexum.* Alæ *vexillo breviores.* Carina *alis brevior.* STAM. Filamenta *diadelpha (ſimplex & novemfidum.)* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germen *ſubovatum.* Stylus *ſubulatus, aſcendens.* Stigma *ſimplex.* PER. Legumen *breve, univalve.* SEM. *pauciſſima, ſubrotunda.* OBS. Characterem hujus generis abſolutum cum nota ſua vera & eſſentiali, inter omnes dare difficillimum judico. Genus hoc naturale eſſe docent facies & attributa varia ſpecierum : nec limites invenerunt,

qui

qui dilacerare tentarunt. *Triphylloides* Pont. Corolla monopetala, coalitis ſcilicet in unum vexillo, alis & carina, gaudet. *Trifoliaſtri* Mich. Legumen calyce longius: Floſculi in capitulum congeſti. *Lupulini* Riv. Corolla perſiſtens, Vexillo inflexo plaho. *Lagopi* Riv. Calyx longitudine corollæ villoſus. *Meliloti* T. Legumen calyce longius. *Lupinaſter B.* Legumina polyſperma. Folia quinata.

Meliloti leguminibus nudis polyſpermis.

Trifolium leguminibus racemoſis nudis diſpermis, caule erecto. Melilotus vulgaris *Park.* 719. Germanica *Ger. Emac.* 1205. *deſcr.* Officinarum Germaniæ *C. B. Pin.* 331. Trifolium odoratum ſive Melilotus vulgaris flore luteo *J. B. II.* 370. *Common Melilot.* Ad ſepes & in vepretis, interdum & inter ſegetes.

Leniter reſolvit, digerit, emollit, dolores ſedat. Hinc emplaſtris & cataplaſmatis digerentibus ac reſolventibus, nec non concoquentibus, tum & acopis omnibus utiliter admiſcetur. Emplaſtrum de Meliloto Meſues egregium eſt anodynum.

Trifolium leguminibus nudis octoſpermis ſubternis calyce duplo longioribus, caulibus declinatis. Fœnugræcum humile repens, Ornithopodii ſiliquis brevibus erectis. Trifolium ſiliquis Ornithopodii noſtras *Syn. II.* 195. 17. ſiliquoſum Loto affine ſiliquis Ornithopodii *Pluk. Alm.* 375. *T.* 68. *f.* 1. *Fenugreek with Birdsfoot Trefoil-pod.* Found by *Th. Williſel* among the Corn, half a Mile on this Side *Tadcaſter*, toward *Sherborn*, going up the Hill; alſo near *Oxford* in the like Grounds. Mr. *Newton*, in our Company, found it on the ſandy Banks by the Sea-ſide, at *Toleſbury* in *Eſſex*, plentifully. Mr. *Doody* in *Tothilfields*, *Weſtminſter.*

E radice alba ſimplici multos emittit cauliculos, in terram reclinatos, in humidiore aut pinguiore ſolo palmares aut ſeſquipalmares, alias vix quadrantales, ſatis craſſos pro plantulæ modulo, ſolidos, ramoſos. Folia perexigua e membranea appendice cauliculos amplectente exeunt, pediculis prælongis, circa margines velut ſpinulis dentata, obtuſa aut extremis ſubrotunda. E foliorum ſinubus exeunt pediculi ſemunciales aut breviores, tres plerunque floſculos pallide purpureos ſuſtinentes, interdum binos,

binos, vel etiam unicum; quibus ſuccedunt totidem ſiliquæ craſſiuſculæ, curtæ, recurvæ, ſeminibus majuſculis arcte ſtipatis ad octo aut decem, per maturitatem palentibus, farctæ. Vid. Tab. Xiv. Fig. 1. ubi ad lit. a. ſemina ſeorſim exhibentur.

Trifolium capitulis umbellaribus, leguminibus tetraſpermis, caule repente. Trifolium pratenſe album *C. B. Pin.* 327. *Park.* 1110. minus pratenſe, flore albo, ſeu 2. *Ger. Em.* 1185. pratenſe flore albo minus & fœmina glabrum *J. B. II.* 380. *White-flowered Meadow-trefoil.* In pratis & paſcuis. Flore carneo near *Iſlington*; Dr. *Watſon.*

Floribus minoribus in longis pediculis, ſiliquis parvis curtis quatuor aut quinque intus ſeminibus a Trifolio purpureo vulg. differt.

Lagopoda calycibus villoſis.

Trifolium capitulis villoſis quinquefloris, involucro centrali reflexo rigido fructum involvente. Trifolium pumilum ſupinum, floſculis longis albis *P. B.* parvum Monſpeſſulanum album cum paucis floribus *J. B. II.* 380. Trifol. album tricoccum ſubterraneum reticulatum *Moriſon. H. Ox. II.* 138. *S. II. T.* 14. *f.* 5. (vitioſ.) Trifol. ſubterraneum ſeu folliculos ſub terram condens *Magnol. Botan. Monſp.* 265. Multis in locis ſolo arenoſo aut glareoſo, as at *Gamlingay*, not far from the Windmills: in the Road from *Eltham* to *Deptford* in *Kent*: In the Road between *Brentwood* and *Brookſtreet* in *Eſſex*, plentifully. On *Blackheath*, in *Tothilfields*, and on *Richmond* Common, very plentifully; Dr. *Robinſon.*

(Calices floſculis exaridis deorſum tendunt, radiceſque extremitatibus ſuis agere videntur, mox vero laciniis eorum ſurſum verſis peculiaribus fibris humo affiguntur, quo tempore unum alterumve ſemen terreni humoris beneficio intumeſcit, novæque plantæ productioni inſervit. Ceterum ſemen nigricat, cortice cinereo glabro, vel a calice, vel a membrana ſiliculam involvente ſtaminaque ferente producto, obvolutum, unde an reticulatum illud *Moriſoni* idem cum hoc ſit, merito dubium videtur. Vid. Tab. xiii. Fig. 2. quæ ad ſpontaneam plantam facta eſt, & non parum tum a *Moriſoni*, tum a *Rivini* figuris Trifolii ſubterranei recedit Lit. *a.* Calices, quando primum terræ

ap-



TAB. XIV.
Pag. 380.
a
Fig. 1.
Fig. 2. p. 382
a
b
Fig. 3.
p384.
Fig. 4.
p 384

TAB. XIII. Pag. 381



approximantur, ſemen que adhuc extra terram poſitum continent, *b.* ubi jam peculiares radices egerint, laciniis calycis ſurſum verſis, ſemine veroin terra intumeſcente & huic immerſo, Lit. *c.* vero eadem ſemina ſeorſum & a calyce liberata exhibentur : *d. d.* ſunt folia exarida.)

Trifolium pratenſe hirſutum majus, flore albo-ſulphureo, ſeu ὠχρολεύκῳ *Syn. II.* 193. 3. lagopoides annuum hirſutum pallide luteum ſeu ochroleucum *H. Ox. II.* 141. *S. II. T.* 12. *f.* 12. montanum majus, flore albo-ſulphureo *Merr. P. The great white or yellowiſh Meadow-trefoil.* In paſcuis ſiccioribus & dumetis frequens. (Betwixt *Northfleet* and *Gad*'s Hill, in *Kent* ; *Merr. P.)*

Florum ſpica quod ad figuram non valde diſſimile eſt Trifolii pratenſis purpurei ſpicæ, aſt florum color ochroleucos ; folia non crenata, ima minora, ſumma majora, a reliquis congeneribus hanc ſpeciem diſtinguunt.

Trifolium ſpicis ſubvilloſis, cinctis ſtipulis oppoſitis membranaceis, corollis monopetalis. Trifolium pratenſe purpureum *C. B. Pin.* 327. prat. purp. vulg. *Park.* 1110. prat. *Ger.* 1017. purp. vulgare *J. B. II.* 374. *Common purple Trefoil, or Honeyſuckle Trefoil.* In pratis & paſcuis ubique.

Trifolium pratenſe purpureum minus, foliis cordatis. Priori minus eſt, foliis parvis cordatis, leviter piloſis, floribus pro plantulæ magnitudine majuſculis, capitulo nudo, petiolo modice longo inſidente. Folia ad ſuperiorem caulis partem plerumque ex adverſo naſcuntur, quod ſingulare in hac ſpecie. Obſerved by Mr. *Rand* betwixt *Peckham* and *Camberwell.* Vid. Tab. xiii. Fig. 1.

Trifolium purpureum majus ſativum, pratenſi ſimile. *Clovergraſs.* In agris ſeritur pro jumentorum pabulo.

A penultimo differt quod omnibus ſuis partibus majus ſit & erectius, foliis aliquanto pallidioribus, tenerius, nec adeo vivax & durabile, nec ſeipſum ſerat ut præcedens : Flores etiam quam illius nonnihil pallidiores videntur.

Trifolium purpureum majus, foliis longioribus & anguſtioribus, floribus ſaturatioribus *Syn. II.* 194. 6. montanum purpureum majus *C. B. Pin.* 328. majus Cluſ. 2. non album ſed rubrum *J. B. II.* 375. *Long-leafed purple Trefoil with deeper coloured Flowers.* In paſcuis & ad ſepes.

Eſt hoc genus majus præcedente vulgari purpureo. Folia pro magnitudine plantæ anguſtiora ſunt, longiora, magiſque venoſa. Flores ſaturatius purpurei, in ſpicas ſeu capitula majora brevioraque coaggeſti. Serius etiam floret quam præcedens.

Tri-

Trifolium ſpicis villoſis ovalibus, dentibus calycinis ſetaceis æqualibus. Trifolium arvenſe humile ſpicatum ſeu Lagopus *C. B. Pin.* 328. Lagopus vulgaris *Park.* 1107. trifolius quorundam *J. B. II.* 377. Lagopodium ſive Pes leporis *Ger.* 1023. *Haresfoot, or Haresfoot Trefoil.* Inter ſegetes.

Foliis anguſtis, mollibus incanis, ſed præcipue ſpica molli & villoſa leporinos pedes imitata innoteſcit.

Lagopus perpuſillus ſupinus perelegans maritimus Lobelii *Ph. Br.* perpuſillus ſupinus elegantiſſimus Anglicus *Lob. Illuſtr.* 158. Prope caſtrum maritimum, *South-ſea Caſtle*, milliari Anglico a *Portſmouth* diſtante ad lævam ſe inveniſſe *Lobelius* ſcribit cujus fidem liberavit D. *Dillenius*, qui eandem plantam in ora maritima Suſſexiæ prope *Brackelſham* præterita æſtate obſervavit. Upon the Banks of the Raw Dikes in St. *Mary*'s Field, *Leiceſter*; Mr. *Pultney*. Cauliculis eſt prociduis uncialibus, bi & triuncialibus, e quorum alis breviſſimis pediculis naſcuntur numeroſa capitula ſubrotunda, mollia & ſplendentia, floſculis donata albis vel dilute carneis. Folia anguſta mollia: Radix oblonga profunde deſcendit. Perennis videtur planta, de quo tamen certi quid affirmare nondum licet. Vid. Tab. XIV. Fig. 2.

Trifolium ſpicis piloſis, calycibus patentibus, caule diffuſo, foliolis cuneiformibus. Trifolium ſtellatum glabrum *Ger. Em.* 1208. *Pluk. Alm.* 376. *T.* 113. *f.* 4. capitulis Dipſaci quorundam. *Smooth Star-headed Trefoil, or Teaſel-headed Trefoil.* Obſerved by Dr. *Johnſon* in *Dartford* Saltmarſh. I found it by the Water-ſide at *Lighe* in *Eſſex*, and at little *Holland* in the ſame County, plentifully. Alſo in *Somerſetſhire*. (Found alſo about *Tilbury* Fort by Mr. *Petiver*. Plentifully about *Sheerneſs*; Mr. *Doody*.) It ſeemeth to affect Salt-Waters. Still common near *Sheerneſs*; Dr. *Watſon*.

In ſummis caulibus & ramulis capitula Dipſaci aut Eryngii ſimilia, quibus ſubſunt duo folia adverſa, hanc ſpeciem a reliquis diſtinguunt.

Trifolium capitulis ſeſſilibus globoſis, calycibus ſtriatis patulis æqualibus. Trifolium cum glomerulis ad caulium nodos rotundis *Syn. Ed. II.* 194. 9. nodiflorum, vel juxta folia floridum N. D. *Ph. Br.* parvum rectum, flore glomerato cum unguiculis *J. B. II.* 378. *Knotted Trefoil with round Heads.* I found it about *Saxmundam* in *Suffolk*. *Tho. Williſel* found it about *London*. (About *Blackheath*,

Blackheath, and near *Greenhithe*; Mr. *Doody.)* In the Cloſes oppoſite Needleſs-Inn, near *Loughborough* in *Leiceſterſhire*; Mr. *Pultney.* Folia crenata, Globuli ſeſſiles ad alas foliorum non ſpinoſi ſed molles, floſculi pallide purpurei.

Trifolium capitulis ſeſſilibus ovatis, calycibus villoſis inæqualibus. Trifolium floſculis albis, in glomerulis oblongis aſperis, cauliculis proxime adnatis *Syn. II.* 194. 10. cujus caules ex geniculis glomerculos oblongos proferunt *J. B. II.* 378. *Knotted Trefoil with oblong Heads.* At *Newmarket* where the *Seſamoides Salamanticum* grows, and divers other Places. (In collibus cretaceis juxta Thameſin inter Northflied & Graveſend. Maio floret; Dr. *Dillenius.)* On the dry Banks in Saint *Mary*'s Field, *Leiceſter*; Mr. *Pultney.*

Trifolium capitulis ſeſſilibus ſublateralibus ovatis, calycibus ſtriatis rotundatis. Trifolium parvum hirſutum floribus parvis dilute purpureis in glomerulis mollioribus & oblongis, ſemine magno. *Knotted Trefoil with ſofter Heads, and large Seed.* In paſcuis præſertim ſterilioribus, frequens.

Hæc ſpecies eſt, ne quis decipiatur, quam in *Cat. Pl. Cant.* Trifolium dilute purpureum glomerulis florum oblongis, ſine pediculis caulibus adnatis denominavimus. In *Catal. Plant. Angl.* Trif. nodiflorum glomerulis mollioribus & rotundioribus. (Deſcriptionem vid. in *Hiſt. I.* 945. & in *Cat. Cant.* Iconem Tab. XII. Fig. 3. ubi Lit. *a* Flos, *b* vero ſemen ſeorſim exhibetur.)

Veſicaria calycibus inflatis ventricoſis.

Trifolium capitulis ſubrotundis, calycibus inflatis bidentatis reflexis, caulibus repentibus. Trifolium fragiferum *Ger. Emac.* 1208. fragiferum Friſicum *C. B. Pin.* 329. *Cluſ. Cur. poſt. in fol.* 39. *Park.* 1109. *Strawberry Trefoil.* Julio & Auguſto menſibus floret in locis aquoſis ubi per hyemem aquæ ſtagnarunt.

Capitula, florum calycibus in veſiculas turgidas hirſutas deorſum flexas bicornes extumeſcentibus. Fragi figuram imitantur. Floſculi exigui pallide purpurei, gradatim ſe aperientes, evanidi.

Trifolium

Trifolium fragiferum noſtras purpureum, folio oblongo *Hiſt. Oxon. II.* 144. Folia hujus in extremo minime bifida ſeu crenata ſunt, quo a Trifolio fragifero *Cluſii* differt ni id accidentalis potius varietas ſit, ejuſmodi enim folia non raro in *Cluſiana* planta, dum junior eſt obſervantur.

Trifolium ſpicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis perſiſtentibus, calycibus nudis, caule erecto. Trifolium pratenſe luteum capitulo Lupuli, vel agrarium *C. B. Pin.* 328. pratenſe luteum fœmina flore pulchriore ſive Lupulino, *J. B. II.* 381. luteum minimum *Ger. Emac.* 1186. *Lob. Ic.* 29. *Park.* 111. *Hop-trefoil.* Inter ſegetes & alibi in arenoſis.

Capitula Lupuli flores imitata, cum floribus luteis huic ad diſtinctionem ſufficiunt.

Trifolium ſpicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis perſiſtentibus, caulibus procumbentibus. Trifolium Lupulinum alterum minus *Syn. II.* 194. 14. Trifolium luteum flore lupulino minus *J. B. II.* 381. in deſcr. antec. *The leſſer Hop-trefoil.* In paſcuis. Capitula huic minora minuſque ſpecioſa ; folia etiam minora. Caules infirmiores, paris cum præcedente longitudinis, aut etiam majores & ramoſiores ; Vid. Tab. XIV. Fig. 3. ubi *a* ſemen, *b* flos ſeorſim exhibetur. Caulis teres ; Dr. *Martyn.*

Trifolium ſpicis ſubimbricatis, vexillis deflexis perſiſtentibus, calycibus pedicellatis, caulibus procumbentibus. Trifolium lupulinum minimum *H. Ox. II.* 142. *Inſt. R. H.* 404. Omnium minimum eſt, cauliculis magis procumbentibus, foliis parvis glabris, floribus exiguis caducis, ternis ſaltem, quaternis & quinis in eodem brevi pediculo naſcentibus, quo a priori differt. Locis arenoſis ſubhumidis circa *Putney*, *Blackheath*, & alibi. Maio & Junio floret. Vid. Tab. XIV. Fig. 4.

LOTUS.

CAL. Perianthium *monophyllum, teres, ſemiquinquefidum ; dentibus acutis, æqualibus, erectis ; perſiſtens.* COR. *papilionacea.* Vexillum *ſubrotundum, deorſum flexum : ungue oblongo, concavo.* Alæ *ſubrotundæ, vexillo breviores, latæ, ſurſum conniventes.* Carina *inferne gibba, ſuperne clauſa, acuminata, aſcendens, brevis.* STAM. Filamenta *diadelpha (ſimplex & novemfidum,) aſcendentia, apicibus latiuſculis.* Antheræ *parvæ, ſimplices.* PIST. Germen *teres, oblongum.* Stylus *ſimplex, aſcendens.*

aſcendens. Stigma *punctum inflexum.* PER. Legumen *cylindraceum, ſtrictum, quaſi tranſverſaliter multiloculare, bivalve; uniloculare.* SEM. *plura, ſubrotunda.*

Lotus leguminibus ſolitariis membranaceo-quadrangulatis, bracteis ovatis. Lotus ruber ſiliqua anguloſa *C. B. Pin.* 332. ſiliquoſa, flore fuſco, tetragonolobus *J. B. II.* 365. ſiliquaquadrata *Ger. Em.* 1198. quadripinnatis ſiliquis *Park.* 1101. In hortis vulgo colunt in Septentrionalibus Angliæ pro uſu culinari, ubi ſiliquas juninores Aſparagorum inſtar, quos ſapore æmulantur, coquunt.

Lotus capitulis depreſſis, caulibus decumbentibus, leguminibus cylindricis. Lotus corniculata glabra minor *J. II.* 356. Lotus ſeu Melilotus pentaphyllos minor glabra *C. B. Pin.* 332. Trifolium ſiliquoſum minus *Ger.* 1022. *Birdsfoot Trefoil, or ſmall ſtrait-codded Trefoil.* In paſcuis ubique.

Lotus pentaphyllos minor anguſtioribus foliis fruticoſior. Trifolium corniculatum glabrum ſurrectum anguſtifolium N. D. *Ph. Br.* An Lotus pentaphyllos fruteſcens tenuiſſimis glabris foliis *C. B. The leſſer buſhy narrow-leafed Birdsfoot Trefoil.* Inter ſegetes & in locis humidioribus.

Loti corniculatæ major ſpecies *J. B. II.* 355. Lotus pentaphyllos flore majore luteo ſplendente *C. B. Pin.* 332. Trifolium corniculatum majus hirſutum *Ph. Br. Merr. P.* Trifolii ſiliquoſi varietas major *Ger. Emac.* 1190. *The greater Birdsfoot Trefoil.* In pratis humidis & ad ſepes.

Folia huic, ſed præcipue capitula antequam flores aperiuntur, valde lanuginoſa plerunque ſunt.

Lotus pentaphyllos medius, piloſus *N. D.* vel potius Lotus corniculata major, minus hirſuta. Found in the Fields behind *Mother Huffs*; Mr. *Doody.*

Lotus corniculata minor, foliis ſubtus incanis *N. D.* In the Chalk-pits at *Greenhithe*; Mr. *Doody.*

MEDICAGO.

CAL. Perianthium *monophyllum, rectum, campanulato-cylindraceum, ſemiquinquefidum, acuminatum, æquale.* COR. *papilionacea.* Vexillum *ovatum, integrum, marginibus inflexis, totum reflexum.* Alæ *ovato-oblongæ, appendice carinæ affixæ, lateribus conniventibus ſub carina.* Carina *oblonga, bifida, patens, obtuſa, reflexa & hians a vexillo.* STAM. Filamenta *diadelpha, coalita fere ad apices.* Antheræ *parvæ.* PIST. Germen *oblongum, incurvatum, compreſſum, pedicello inſidens, filamentis involutum,*

volutum, e carina exſiliens, vexillum reflectens, deſinens in Stylum *brevem, ſubulatum, fere rectum.* Stigma *terminale, minimum.* PER. Legumen *compreſſum, longum, inflexum.* SEM. *plura, reniformia vel angulata.* OBS. *Cochleatæ* R. Siliqua ſpiraliter cochleata. *Falcatæ* R. Siliqua arcuata, falcata.

Medicago ſpicis ovalibus, leguminibus reniformibus monoſpermis, caule procumbente. Trifolium luteum lupulinum *Ger. Emac.* 1186. montanum lupulinum *Park.* 1105. pratenſe luteum, capitulo breviore *C. B. Pin.* 328. prat. luteum mas flore minore, ſemine multo *J. B. II.* 380. Melilotus minor a *Trago*, & recte inſcribitur; eſt enim Meliloti genuina ſpecies. *Melilot Trefoil.* In paſcuis ſterilioribus frequentiſſimum. Caulis quadratus; Dr. *Martyn.*

Medicago leguminibui cochleatis, ſtipulis dentatis, caule diffuſo. Trifolium cochleatum folio cordato maculato *C. B. Pin.* 329. cordatum *Ger.* 1021. Medica Arabica Camerarii, ſive Trifolium cordatum *Park.* 1115. Medica echinata glabra cum maculis nigricantibus *J. II.* 384. *Heart-trefoil, or Claver.* In paſcuis ſiccioribus & arenoſis, maritimis præſertim, frequens eſt.

Medica echinata minima *J. B. II.* 386. ſpinoſa globoſa *Merr. P.* echinata parva recta *Park.* 1115. ſed male, non enim erigitur, ſed procumbit. Trifolium echinatum arvenſe fructu minore *C. B. Pin.* 330. *The ſmalleſt Hedgehog Trefoil.* In arenoſis ſed rarius.

Trifolium cochleatum modiolis ſpinoſis *Syn. II.* 197. 3. Medica minor orbiculato compreſſo fructu, circum oras ſpinis molliuſculis echinato *Pluk. Alm.* 243. *T.* 113. *f.* 6. *Hedgehog Trefoil, with a ſmall Fruit like the Segment of a Cone, or Nave of a Cart-wheel.* At *Orford* in *Suffolk*, on the Seabank, cloſe by the Sea, plentifully.

Medica polycarpos fructu minore compreſſo ſcabro *Dood. Syn. Ed. II. App.* 348. cochleata minor polycarpos annua, capſula nigra minus hiſpida *H. Ox. II. p.* 154. *n.* 19. *S. II. T.* 15. *f.* 14. Trifolium cochleatum polycarpon ſive Medica racemoſa *Park.* 1114. *deſcr.* Fructus ſeu Cochleæ 10. circiter in uno pediculo, minores, leviter compreſſæ, non echinatæ, verum tuberculis plurimis ſpinularum loco ſcabræ. In *Peckham* Fields, among the Corn, plentifully. (In the Cornfields near *Paddington*, and behind *Pindar's-end*, near *Endfield.*)

Medica marina ſupina noſtras, foliis viridibus ad ſummos ramulos villoſis *D. Plukn. Almag.* 245. Forte Medicæ mari-

næ

hæ ſpinoſæ ſpecies *Ger. Emac.* 1200. Medica marina major & minor ſpinoſa *Park. Theat.* 1115.

Medicago pedunculis racemoſis, leguminibus lunatis, caule proſtrato. Medica ſylveſtris *J. B. II.* 383. fruteſcens flavo flore Cluſii *Park.* 1114. Trifolium luteum ſiliqua cornuta *Ger. Emac.* 1191. Trifolium luteum ſylveſtre, ſiliqua cornuta, vel Medica fruteſcens *C. B. Pin.* 330. *Yellow Medick with flat wreathed Cods.* In montoſis & campis patentibus inter ſegetes, &c. (Betwixt *Watford* and *Buſhyhill*, the Footway; Mr. *Doody.*)

Radice perenni, ſiliquis paucioribus volutis intortis, iiſque non contiguis ſibi invicem a Medica annua differt.

Vel variat florum colore purpuraſcente, vel quam conſpeximus itinere a *Lenna* Norfolciæ oppido ad *Nordvicum* urbem copioſe naſcentem non procul *Nordvico*, Trifolium Burgundiacum dictum erat ſeu Medica legitima, *Saint Foine* dicta. (Medica major erectior, flore purpuraſcente *J. B. II.* 382. which Mr. *Buddle* ſays differs not only in the Colour of the Flower, but in the Shape of the Leaf from this, which is bifide; Mr. *Doody.)*

CLASSIS XVIII.

POLYADELPHIA.

POLYANDRIA.

HYPERICUM.

CAL. Perianthium *quinquepartitum:* laciniis *ſubovatis, concavis, perſiſtentibus.* COR. Petala *quinque, oblongo-ovata, obtuſa, patentia, ſecundum motum ſolis rotata.* STAM.

 Fila-

Filamenta *numeroſa, capillaria, baſi coalita in quinque corpora diſtincta.* Antheræ *parvæ.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Styli *tres (interdum duo ſ. quinque,) ſimplices, diſtantes, longitudine ſtaminum.* Stigmata *ſimplicia.* PER. Capſula *ſubrotunda,* loculis *numero ſtyli.* SEM. *plurima, oblonga.* OBS. *Laſianthius* Pentagynia, Seminibus alatis. *Aſcyrum T.* Pentagyna, Seminibus ſimplicibus. *Hypericum T.* Trigynia, Pericarpio membranaceo. *Androſæmum T.* Trigynia, Pericarpio molli colorato.

Hypericum floribus trigynis, fructu baccato, caule fruticoſo ancipiti. Hypericum maximum Androſæmum vulgare dictum. Androſæmum vulgare *Park.* 575. max. fruteſcens *C. B. Pin.* 280. Siciliana, aliis Ciciliana vel Androſæmum *J. B. III.* 384. Clymenum Italorum *Ger.* 435. *Tutſan, or Park-leaves.* In dumetis & ſepibus. In the Lady *Holme* in *Winander-mere, Weſtmoreland.* On *Hampſtead* Heath; Dr. *Watſon.* By the Smiths on the Hill, a Mile from *Denham,* towards *Rickmanſworth,* 1750.

Vaſculum ſeminale rotundum baccam ſimulat; ante exſiccationem ſc. pericarpio tegi videtur.

Hypericum floribus trigynis, caule quadrato herbaceo. Hypericum Aſcyron dictum caule quadrangulo *J. B. III.* 382. deſcr. Aſcyron *Ger.* 434. *Dod. Pemp.* 78. vulgare *Park.* 575. St. *Peter's Wort.*

Caulibus quadratis, floſculis minoribus, loco natali circa rivulos, inque riguis & pratenſibus humidis ab Hyperico facile diſtinguitur.

Hypericum floribus trigynis: calycibus ſerrato glanduloſis, foliis ſubovatis hirſutis. Aſcyron ſupinum villoſum paluſtre *C. B. Pin.* 280. *Park.* 574. ſupinum ἑλῶδες Cluſii *Ger. Emac.* 542. *Marſh St. Peter's Wort with hoary Leaves.* On boggy Grounds, Moſſes, and ſhallow Pools of Water in the Weſtern Parts of *England*; eſpecially towards the Land's-end in *Cornwal,* abundantly. (In the little Bog near *Charlton.* Mr. *Doody* obſerved it on *Bagſhot* Heath.) On *Hampſtead* Heath, in the boggy Places, Dr. *Watſon.*

Statura humili, foliis lanuginoſis, cæteris Hypericis rotundioribus; floribus paucioribus, locoque natali a congeneribus diſtinguitur. Addit *Cluſius* flores tritos ſanguineo ſucco non inficere.

Hypericum

Hypericum floribus trigynis, caule ancipiti, foliis obtuſis pellucido-punctatis. Hypericum *Ger.* 432. vulgare *C. B. Pin.* 279. *Park.* 572. vulgare ſeu Perforata, caule rotundo, foliis glabris *J. B. III.* 381. *St. John's Wort.* In dumetis & ad ſepes.

Diureticum eſt & vulnerarium inſigne. Decoctum & potum febri tertianæ & quartanæ medetur, exſcreationes ſanguinis ſiſtit, vulneribus & eroſionibus internis auxiliatur: calculum renum atterit & lumbricos expellit. Semina in pericarpiis ſeu ſummitates ad vulneraria balſama nulli ſecunda. Oleum ex iiſdem in vulneribus ſanandis balſamo cuivis naturali præferendum. Vid. *Hiſt. noſt. p.* 1018. Idem præſtat tum herba recens, tum ſicca in decocto adhibita, interne æque ac externe in vulneribus ac ulceribus quibuſvis. Tinctura florum Hyperici egregium eſt medicamentum in mania intus ſumptum; *Sala, Grembs:* mihi quoque ſæpius expertum: idem præſtat & in melancholia; D. *Needham.*

Hypericum floribus trigynis, caulibus ancipitibus proſtratis. Hypericum minus ſupinum *Park.* 572. minimum ſupinum *J. B. III.* 384. minus ſupinum, vel ſupinum glabrnm *C. B. Pin.* 279. ſupinum glabrum *Ger.* 541. *The leaſt trailing St. John's Wort.* In paſcuis arenoſis, & ſterilioribus requietis agris. On *Chiſſelhurſt* Common; Dr. *Watſon.*

Hypericum floribus trigynis: calycibus ſerrato-glanduloſis, caule erecto, foliis ovatis. Hypericum elegantiſſimum non ramoſum folio lato *J. B. III.* 383. Aſcyron ſeu Hypericum bifolium glabrum non perforatum *C. B. Pin.* 280. Androſæmum Matthioli *Park.* 575. quoad deſcr. Androſæmum campoclarenſe *Col. Ec. I.* 74. *Elegant imperforate St. John's Wort.* Frequent in the Weſtern Parts of *England*, and not very rare in the North and Midland: præſertim in montoſis dumetis, as upon St. *Vincent*'s Rock near *Briſtol*, and a Hill on the Weſt Side of *Denbigh* in *Wales.* On *Conzick-ſcar* by *Kendal*, and on the Rocks by the Rivulet between *Shap* and *Anna* Well, *Weſtmoreland.* Obſerved by Mr. *Lawſon.* In *Charlton* Wood; Dr. *Watſon.*

Folia inferna parte per margines punctulis rubris inſcripta ſunt.

Hypericum Androſæmum dict. *J. B. III.* 382. deſcr. Androſæmon hirſutum *C. B. Pin.* 280. alterum hirſutum *Col. Ec. I.* 74. Ic. & deſcr. *Tutſan St. John's Wort.* In dumetis & ad ſepes.

 A vulgari

A vulgari differt quod tota pallidior eſt, caules hirſuti minus ramoſi lineis extantibus carent; folia hirſuta majora, latiora & in caule crebriora; flores minores, pallidioreſque quam illius.

(Obſervandum eſt, duas diverſas Plantas a C. *Bauhino in Pinace* ſub hac ſpecie tradi; quarum altera hujus loci eſt, altera ad Hypericum paluſtre caule quadrangulo pertinet.)

Hypericum floribus trigynis: calycibus ſerrato glanduloſis, foliis cordatis glabris. Hypericum pulchrum Tragi *J. B. III.* 383. quint. ſeu pulchrum Tragi *Ger. Emac.* 540. minus erectum *C. B. Pin.* 279. *Small upright St. John's Wort.* In ericetis inque dumetis, ſolo præſertim arenoſo aut glareoſo. In *Trowgill*, near *Clibburn*, *Weſtmoreland*; Mr. *Lawſon.*

Minor & humilior eſt præcedente ſpecie, folia ſuperne obſcure viridia, glabra, lata baſi caulem amplexa, mucrone acuto, ut triangula videantur; minora & ſolidiora ſunt quam illius.

CLASSIS XIX.

SYNGENESIA.

Floſculi Character Naturalis.

CALYX. Corona ſeminis, apici germinis inſidens (*vide ſeminis coronam.*) COROLLA monopetala, *Tubo* anguſtiſſimo, longo, germini inſidens: *eſt vel* α. TUBULATA: *Limbo* campanulato, quinquefido: *laciniis* reflexo-patentibus. β. LIGULATA: *Limbo* lineari, plano, extrorſum verſo, apice integro, tridentato vel quin-

quinquedentato, truncato. γ. NULLA: *Limbo* deſtituta, *tuboque* ſæpe carens. STAMINA. *Filamenta* quinque, capillaria, breviſſima, collo corollulæ inſerta. *Antheræ* totidem, lineares, erectæ, lateribus coalitæ in cylindrum tubulatum, quinquedentatum, longitudine limbi. PISTILLUM. *Germen* oblongum, receptaculo floſculi ſubjectum. *Stylus* filiformis, erectus, ſtaminum longitudine, Antherarum cylindrum perforans. *Stigma* bipartitum, *laciniis* revolutis, patentibus. PERICARPIUM verum nullum, licet in quibuſdam *Cruſta* coriacea. SEMEN unicum, oblongum, ſæpe tetragonum, baſi ſæpius anguſtiore. *Coronatum* PAPPO *radiis* plurimis in orbem poſitis *ſimplicibus*, vel *radiatis*, vel *ramoſis*: eoque pappo vel *ſeſſili* vel *ſtipiti* inſidente. PERIANTHIO parvo, ſæpe quinquedentato perſiſtente. *Corona* deſtitutum.

FLOSCULOSUS flos, *Compoſitus* eſt ex floſculis pluribus. RECEPTACULUM COMMUNE FRUCTIFICATIONIS plures Floſculos ſeſſiles recipit.

SPECIES COMPOSITORUM Florum ſequentes ſunt: componuntur enim vel ex 1. Floſculis tubuloſis hermaphroditis in diſco; tubuloſis hermaphroditis in radio. 2. Floſculis tubuloſis hermaphroditis in diſco; tubuloſis femineis in radio. 3. Floſculis tubuloſis hermaphroditis in diſco; tubuloſis neutris in radio. 4. Floſculis tubuloſis hermaphroditis in diſco; ligulatis hermaphroditis in radio. 5. Floſculis tubuloſis hermaphroditis in diſco; ligulatis femineis in radio. 6. Floſculis tubuloſis hermaphroditis in diſco; ligulatis neutris in radio. 7. Floſculis tubuloſis hermaphroditis in diſco; nudis femineis in radio. 8. Floſculis tubuloſis maſculinis in diſco; nudis femineis in radio. 9. Floſculis ligulatis hermaphroditis in diſco; ligulatis hermaphroditis in radio.

Ordines itaque nobis a recepto fructificationis Syſtemate erint

α. Polygamia æqualis. *ſpecies* 9. 1. 4. β. Polygamia ſuperflua. —— 2. 5. 7. γ. Polygamia fruſtranea. —— 3. 6. δ. Polygamia neceſſaria. —— 8. ε. Monogamia. *Floſculis non compoſita, ſed ſimplex.*

POLYGAMIA ÆQUALIS.

Corollulæ planipetalæ.

TRAGOPOGON.

CAL. Communis *ſimplex, octophyllus:* foliolis *acuminatis, æqualibus*; alternis *interioribus*; omnibus *coalitis baſi.* COR. Compoſita *imbricata, uniformis:* corollulis hermaphroditis *multis,* exterioribus *paulo longioribus.* Propria *monopetala, ligulata, truncata, quinquedentata.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Antheræ *cylindracea, tubulata.* PIST. Germen *oblongum, infra corollam propriam.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigmata *duo, revoluta.* PER. *nullum.* Calyx *connivens, acuminatus, longitudine ſeminum, ventriculoſus,* SEM. *ſolitaria, oblonga, utrinque attenuata, angulata, ſcabra, ſtipite ſubulato, longo, pappigero terminata.* Pappus *plumoſus, planus, radiis circiter triginta duobus.* REC. Commune *nudum, planum, ſcabrum.* OBS. *Tragopogonis* Vaill. Semina recta, Calyx corolla longior. *Tragopogonoides* Vaill. Semina incurvata, Calyx corolla brevior.

Tragopogon calycibus corollæ radium æquantibus, foliis integris ſtrictis. Tragopogon luteum *Ger.* 595. *Park. Parad.* 514. flore luteo *J. B. II.* 1058. pratenſe luteum majus *C. B. Pin.* 274. *Yellow Goats-beard, Go to Bed at Noon.* In pratis & paſcuis.

Tragopogon calycibus corollæ radiis longioribus, foliis integris ſtrictis, pedunculis ſuperne incraſſatis. Tragopogon purpureum in Anglia ſponte provenire nobis affirmavit *D. Fitz-Roberts.* (Idem obſervavit *D. J. Sherard. Gerard,* p. 596. tells us, that it grows in *Lancaſhire,* upon the Banks of the River *Chalden,* near to Lady *Heſgeth*'s Houſe, two Miles from *Whawley.* Tragopogon purpureum *Ger.* 595. *Park.* 412. *ic.* flore purpureo *J. B. II.* 1059. purpuro-cœruleum Porrifolio, quod Artifi vulgo *C. B. Pin.* 274. In many Places of *Cornwal*; Dr. *Gunthorp*; Merr. Pin. In the Fields about *Carliſle* and *Roſe-Caſtle, Cumberland*; Mr. *Nicholſon.* Cambd. Br. Ed. Gibſ. p. 846.)

Radices

Radices in deliciis habentur tum coctæ, tum crudæ in acetariis ; valde nutriunt, unde tabidis & macilentis conducunt. Tuſſi, reſpirationi difficili, necnon pleuriſi mederi dicuntur ; urinæ quoque ſtillicidio ſubvenire & calculum expellere.

PICRIS.

CAL. Communis *duplicatus.* Exterior *maximus pentaphyllus:* foliolis *cordatis, planis, laxis, conniventibus.* Interior *imbricatus, ovatus,* ore *dehiſcens.* Cor. Compoſita *imbricata, uniformis:* corollulis hermaphroditis *numeroſis.* Propria *monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.* Stam. Filamenta *quinque, capillaria, vix notabilia.* Anthera *cylindracea, tubulata.* Pist. Germen *infra corollam propriam.* Stylus *longitudine ſtaminum.* Stigmata *duo, reflexa.* Per. *nullum.* Calyces *immutati.* Sem. *ſolitaria, ventricoſa, obtuſa, corona* Pappo *plumoſo.* Rec. *nudum.* Obs. In aliis *Semina inflexa* pappo *ſeſſili* coronata. In aliis *regularia* pappum *ſtipite* brevi ſuſtinentia.

Picris perianthiis involucro maximo cinctis. Hieracium echioides capitulis Cardui benedicti *C. B. Pin.* 128. capitulis Cardui benedicti maximum, Buglosſum echioides quibuſdam *J. B. II.* 1028. Bugloſſum luteum *Ger.* 655. Bugloſſum luteum ſeu Lingua bovis *Park.* 800. *Lang de bœuf.* Ad agrorum margines, non raro & in ſylvis cæduis ac ſepium aggeribus. A noſtratibus uſurpatur pro olere in cibis. Folia huic integra, capitula Cardui benedicti.

Hieracium parvum in arenoſis naſcens, ſeminum pappis denſius radiatis *Syn. Ed. II.* 73. 8. minimum *Col. Ec. I.* 27. *ic.* alterum lævius minimum *Ejuſd. lb.* 28. *deſcr.* Found on the gravelly Grounds near *Middleton* in *Warwickſhire.* Hanc ſpeciem in Hiſtoria omiſi, quia mihi non conſtabat an ſpecies ſit a reliquis diſtincta, an varietas tantum Hieracii alicujus.

Variat & ſubinde ramoſum invenitur hoc Hieracium, quod nomine Hieracii annui ramoſi, caule aphyllo *Doody Syn. Ed. II. App.* 341. deſignavit, cujus obſervatione folia gerit biuncialia, anguſta, mollia, ſinuata, 8. vel 9. circa radicem, quæ ſimplex & tenuis eſt, unum alterumve vel plures emittens caules aphyllos, in tres quatuorve ramos diviſos, quorum ſinguli ſingulos ſuſtinent flores, petalis vix longioribus quam ſunt ſquamæ calicis, qui ſatis longus & gracilis eſt more Chondrillarum. Semen

men & ejus pappus longus pro magnitudine plantæ. Affinis eſt Hieracio longius radicato. *In the Fields between* Kingſton *and* Richmond; *Dood.*

Picris perianthiis imbricatis. Hieracium aſperum majori flore in agrorum limitibus *J. B. II.* 1029. Cichoreum pratenſe luteum aſperum *Park.* 777. Cichoreum pratenſe luteum hirſutie aſperum, vel Hieracium hirſutum foliis caulem ambientibus *C. B. Pin.* 126. & Cichoreum montanum anguſtifolium hirſutie aſperum *Ejuſdem* ex ſententia fratris J. Bauhini. Hierac. aſperum *Ger.* 214. *Rough Hawkweed, with a large Flower, yellow Succory.* In agrorum marginibus. Foliorum ſinuatorum aſperitate cum Hierac. echioide capitulis Cardui benedicti convenit, capitulorum forma ab eodem differt.

Hieracium pumilum ſaxatile aſperum præmorſa radice *C. B. Pin.* 128. *Pr.* 66. *ic.* & *deſcr.* montanum ſaxatile *Col. Ec. I.* 243. *Dwarf rough Stone Hawk-weed with bitten Roots.* On the Banks of new Parks, and divers other Places about *Oxford*; Mr. *Bobart.*

SONCHUS.

CAL. Communis *ventricoſus:* ſquamis *plurimis, linearibus, inæqualibus.* COR. Compoſita *imbricata, uniformis:* corollulis hermaphroditis *numeroſis, æqualibus.* Propria *monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Anthera *cylindracea, tubulata.* PIST. Germen *infra corollam propriam.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigmata *duo, reflexa.* PER. *nullum.* Calyx *connivens in globum depreſſum, acuminatum.* SEM. *ſolitaria, oblongiuſcula, coronata* Pappo *ſimplici.* REC. *nudum.*

Sonchus pedunculis calycibuſque hiſpidis ſubumbellatis, foliis baſi ſagittatis. Sonchus tricubitalis, folio cuſpidato *Mer. Pin.* arboreſcens alter *Ger. Em.* 294. lævis altiſſimus, vel Sonchus lævior Auſtriacus 5. altiſſimus *Cluſ. Hiſt. CXLVII.* Sonchus aſper arboreſcens *C. B. Pin.* 124. *Ed. II.* Hieracium arboreſcens paluſtre *Ejuſd. Ed. I. The greateſt Marſh-tree Sow-thiſtle.* Ad ripas Thameſis fluvii non procul Greenvico, & circa *Blackwall.* Hic a præcedente altitudine inſigni, floribus tamen minoribus differt; uterque a reliquis radice repente.

Son-

Sonchus pedunculis calycibuſque hiſpidis ſubumbellatis, foliis baſi cordatis. Sonchus repens, multis Hieracium majus *J. B. II.* 1017. arboreſcens *Ger. Em.* 294. Hieracium majus folio Sonchi *C. B. Pin.* 126. *Tree Sow-thiſtle.* C. Bauhinus ex una hac ſpecie duas, ni fallor, facit. Flores amygdalas amaras olent; Dr. *Watſon.*

Sonchus pedunculis tomentoſis, calycibus glabris. Sonchus lævis *Ger.* 229. lævis laciniatus latifolius *C. B. Pin.* 124. lævis vulgaris *Park.* 805. (cujus tamen icon non reſpondet) laciniatus non ſpinoſus *J. B. II.* 1015. *Smooth or unprickly Sow-thiſtle, or Hares-lettuce.* In cultis hortis, vineis, &c. præſertim lætiori ſolo. (Q. an Sonchus lævis, ſegmentis anguſtioribus, purpuraſcens, a cæteris diſtinguitur? *D. Doody.*)

Sonchus lævis minor paucioribus laciniis *C. B. Pin.* 124. lævis latifolius *Ger.* 230. minus laciniosus mitior ſive minus ſpinoſus *J. B. II.* 1014. *Smooth Sow-thiſtle with fewer Jaggs.* Cum priore.

Sonchus aſper laciniatus *Park.* 804. *C. B. Pin.* 124. lacin. ſpinoſus *J. B. II.* 1016. aſperior *Ger. Em.* 291. *Prickly Sow-thiſtle with jagged Leaves.*

Sonchus aſper non laciniatus *C. B. Pin.* 123. aſper *Ger. Em.* 291. aſper major non laciniatus *Park.* 803. minus laciniosus aſperior ſive ſpinoſior *J. B. II.* 1014. *Prickly Sow-thiſtle with leſs jagged Leaves.* Promiſcue naſcuntur præcedentes omnes Sonchi ſpecies, unde eas revera ſpecie differre non auſim affirmare, at neque negare. Cui vacat & animus eſt experiatur an ex eodem ſemine oriantur.

Sonchus ſubrotundo folio noſtras, læviſſimis ſpinulis circa foliorum oras exaſperatus *Pluk. Alm.* 354. *T.* 61. *f.* 5. rotundo folio *Pet. H. B.* 14. 1. Inter ſegetes circa Londinum.

Sonchus ἀφυλλόκαυλος anguſto & oblongo folio noſtras, per foliorum ambitum creberrimis ſpinulis aſperatus *Pluk. Alm.* 354. *T.* 62. *f.* 4. anguſtifolius *Pet. H. B.* 14. 3.

Sonchus aſper dentatus *Pet. H. B.* 14. 4. tertius aſperior *Dod. Pempt.* 643. *fig.* 3. Circa *Londinum* in arvis incultis Julio & Auguſto.

Sonchus lævis laceratus *Pet. H. B.* 14. 10. In hortis & locis incultis circa *Londinum* Julio & Auguſto. A prima ſpecie parum aut non differre videtur.

Soncho nonnulli in hyeme dum viridis eſt & tener pro olere & in acetariis utuntur. Nos cuniculis & leporibus eum commanducandum relinquimus. Iiſdem cum Lactuca viribus pollere exiſtimamus, juniorem ſcil. & tenerum refrigerare, adultum & cauleſcentem potius excalfacere.

LAC-

L A C T U C A.

CAL. Communis *imbricatus, ovato-oblongus:* ſquamis *plurimis, acuminatis.* COR. Compoſita *imbricata, uniformis:* corollulis hermaphroditis *plurimis, æqualibus, calyce brevioribus.* Propria *monopetala, ligulata, truncata, quadri-quinqueve-dentata.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Antheræ *cylindracea, tubulata.* PIST. Germen *infra corollam propriam.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigmata *duo, reflexa.* PER. *nullum.* Calyx *connivens, ovato-cylindraceus.* SEM. *ſolitaria, ovata, acuminata, compreſſa, terminata* Stipite *longo, inferne attenuato, ſuperne craſſiore, proferente* Pappum *ſimplicem.* REC. *nudum.*

Lactuca foliis carina aculeatis dentatis. Lactuca ſylveſtris major odore Opii *Ger. Em.* 309. *ic.* ſylv. odore viroſo *C. B. Pin.* 123. Endiviæ foliis, odore viroſo *Park.* 813. ſylv. lato folio, ſucco viroſo *J. B. II.* 1002. *The greater ſtrong-ſcented wild Lettuce.* In aggeribus foſſarum ſaxoſiſque locis. Prima ſeu inferiora hujus folia integra ſunt, non laciniata.

Lactuca ſylveſtris coſta ſpinoſa *C. B. Pin.* 123. ſylv. laciniata *Park.* 814. ſylv. foliis diſſectis *Ger. Em.* 309. ſylv. ſeu Endivia multis dicta, folio laciniato, dorſo ſpinoſo *J. B. II.* 1003. *Milder-ſcented, cut-leafed, wild Lettuce.* Ad ſepes & agrorum margines, inque vineis & hortis, præſertim ſaxoſis. Hæc præcedente aliquanto minor eſt, ejuſque ima etiam folia ſinuata.

Lactuca ſylv. folio non laciniato *Syn. II.* 70. 3. ſylveſtris altera folio non laciniato, odore minus vehemente *Merr. P.* ſylveſtris latifolia *Pet. H. B.* 15. 1. ſylv. 2. *Ger. Em.* 309. *Endive-leafed wild Lettuce.* Cum priore, cujus varietas eſt, ſed rarius.

Lactuca ſylveſtris minima *Cat. Cant.* Chondrilla viſcoſa humilis *C. B. Pin.* 130. *Pr.* 68. *ic. & deſcr. Park.* 783. *Ger. Em.* 287. *The leaſt wild Lettuce, or Dwarf-gum Succory.* On a Bank, and in a Ditch, by the Side of a ſmall Lane, or Grove, leading from *London* Road to *Cambridge* River, juſt at a Water-brook croſſing the Road about a Quarter of a Mile from the Spittle-houſe end. *Tho. Williſel* obſerved and ſhewed it about *Pancras* Church near *London.* (By the Path on the left Hand in the Cloſe next this Side *Pancras*; and by the

Road-ſide

Road-ſide in the ſame Cloſe; Mr. *Newton.)* By Mr. *Dale* it was found in *Eriſſe* Marſhes in *Kent.* In *Hollinghall* and *Buddon* Woods near *Loughborough*; in Lanes near *Sheepſtead* and *Thrinkſton*, in *Leiceſterſhire*; alſo in a hollow way at *Carleton*, near *Nottingham*; Mr. *Pultney.* Near *Sheerneſs*, in the Marſhes; Dr. *Watſon.*

Primam ſpec. narcoticam eſſe & ſoporiferam Opii vehemens & viroſus odor abunde convincit; unde appetitus Venereos irritat potius quam extinguit, ſaltem moderate ſumpta, contra quam tradiderunt Veteres. Lactucam tamen ſativam dum adhuc in herba eſt, necdum in caulem abiit, frequentius & copioſius ſumptam Venerem extinguere ut quod maxime concedimus, nec immerito Eunuchion & Aſtulida Veteribus dictam; ideoque iis qui liberis operam dare vellent fugiendam.

PRENANTHES.

CAL. Communis *auctus, cylindraceus, glaber,* ore *patulo:* ſquamis *numero corollularum æqualibus cylindri*; tribus *inæqualibus breviſſimis baſeos.* COR. Compoſita *vix imbricata:* corollulis hermaphroditis *quinque ad octo, æqualibus, in orbem ſimplicem poſitis.* Propria *monopetala, ligulata, truncata, quadridentata.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Antheræ *cylindracea, tubulata.* PIST. Germen *infra corollam propriam.* Stylus *filiformis, ſtaminibus longior.* Stigma *bifidum, reflexum.* PER. *nullum.* Calyx *cylindraceus, ore leviſſime connivens.* SEM. *ſolitaria, cordata, coronata* Pappo *capillari.* REC. *nudum.* OBS. Datur ſpecies quæ pappum ſtipite ſuſtentat.

Prenanthes floſculis quinis, foliis lyrato-haſtatis. Lactuca ſylveſtris murorum flore luteo *J. B. II.* 1004. Sonchus lævis muralis *Ger.* 293. lævis alter parvis floribus *Park.* 805. lævis laciniatus muralis parvis floribus *C. B. Pin.* 124. Sonchus Hederæ folio vulgo. Sonchus folio ſinuato, hederaceo *Merret. Pin. Ivy-leafed Sow-thiſtle, or wild Lettuce.* In muris & aggeribus umbroſis. Hujus notæ ſunt folia mollia hederacea, locus umbroſus.

LEONTODON.

CAL. Communis *imbricatus, oblongus:* ſquamis interioribus *linearibus, parallelis, æqualibus, apice dehiſcentibus.*

S. ex-

S. exterioribus *paucioribus, ſæpe reflexis ad baſin.* Cor. Compoſita *imbricata, uniformis:* corollulis hermaphroditis *numeroſis, æqualibus.* Propria *monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.* Stam. Filamenta *quinque, capillaria, vix notabilia.* Anthera *cylindracea, tubulata.* Pist. Germen *infra corollam propriam.* Stylus *filiformis, longitudine ferme corollæ.* Stigmata *duo, revoluta.* Per. *nullum.* Calyx *oblongus, rectus.* Sem. *ſolitaria, oblonga, ſcabra, terminata* Stipite *longiſſimo, pappigero.* Rec. *nudum, punctatum.*

Leontodon calyce inferne reflexo. Dens leonis *Ger.* 228. vulgaris *Park.* 780. latiore folio *C. B. Pin.* 126. Hedypnois ſeu Dens leonis Fuchſii *J. B. II.* 1035. Aphaca ex olerum genere Theophraſti 7. Hiſt. 10. *C. B. Jo. Bod.* Urinaria, Gallis pueris Lectiminga *Ad. Lob. Dandelion.* In paſcuis frequentiſſimus eſt & primo vere floret.

Dens leonis anguſtioribus foliis *Park.* 780. leonis anguſtiore folio *C. B. Pin.* 126. leonis anguſtifolius *Pet. H. B.* 11. 8. *Narrow-leafed Dandelion.* Cum priore, a quo differt foliis paucioribus & anguſtioribus, profundius laciniatis, ſemine etiam rufo, cum illius citrinum ſit.

Leontodon calycibus erectis, pedunculis ſquamoſis, foliis glabris dentatis integerrimis. Hieracium minus præmorſa radice *Park.* 794. minus præmorſa radice, ſive Fuchſii *J. B. II.* 1031. minus ſive leporinum *Ger. Em.* 296. Chondrillæ folio glabro, radice ſucciſa majus *C. B. Pin.* 127. *Hawk-weed with bitten Roots, yellow Devil's-bit.* In paſcuis frequens, Julio & Auguſto menſibus floret. Variat magnitudine & foliorum hirſutie.

Hieracium præmorſum laciniatum *Pet. H. B.* 12. 2. In paſcuis circa *Londinum* Julio & Auguſto. (Obſerved alſo by Mr. *Bacon.*)

Hieracium folio acuto minus *Pet. H. B.* 12. 3. Ad ſepes circa *Londinum* Julio & Auguſto.

Hieracium folio obtuſo minus *Pet. H. B.* 12. 4. Ibidem eodem tempore.

Hieracium Lactucæ folio *Pet. H. B.* 12. 5. In paſcuis circa *Londinum.* Hæ Hieracii ſpecies omnes novæ non ſunt, ſed quoniam de iis an Angliæ indigenæ ſint non prorſus conſtat, ſynonyma addere noluimus.

Leontodon calyce toto erecto hiſpido, foliis hiſpidis dentatis integerrimis. Dens leonis hirſutus λεπτόκαυλος, Hieracium dictus. Hieracium caule aphyllo hirſutum *J. B. II.* 1038. Dentis leonis folio hirſutum *Ger. Em.* 303. aſperum flore magno Dentis leonis *C. B. Pin.* 127. aſperum

rum foliis & floribus Dentis leonis bulboſi *Park.* 788. *Rough Dandelion, commonly called Dandelion Hawk-weed.* Floret omnium quæ apud nos ſponte oriuntur Hieraciorum primum, menſe ſcil. Maio, eſtque in pratis & paſcuis ubique frequens. Icon quam adhibent hujus plantæ *Ger.* & *Park.* nimirum Hieracii foliis & floribus Dentis leonis bulboſi *Lob. ic.* ei minime convenit.

Dens leonis montanus anguſtifolius. Hieracium montanum anguſtifolium *Park.* 799. montan. anguſtifol. nonnihil incanum *C. B. Pin.* 129. montanum 6. Cluſii *Ger. Em.* 302. mont. 6. Cluſio anguſtifolium *J. B. II.* 1038. *Narrow-leafed Mountain Dandelion, or Hawk-weed.* Ad ſummitatem montis *y Glyder* prope *Lhan Berys*; *D. Lhwyd.* In the Gravel-walks of the Garden at *Breakſpears*, near *Harefield.*

Dens leonis ramoſus glaber *Pet. H. B.* 11, 12. In paſcuis.

Epaticum eſt cum Endivia conveniens, qua tamen potentius operatur. Uſus præcip. in febribus putridis inveteratis; *Schrod.* Cocta herba Stomachum diſſolutum aſtringit, cruda alvum ſiſtit. Radices & folia decocta in vino aut juſculo, in phthiſi, tabe, cachexia commendat *Parkinſonus.* Cruda in acetariis ſumpta diuretica eſt, & lotium copioſum ad veſicam derivat, unde & vulgo *Piſs-a-bed*, i. e. Lectiminga dicitur.

HIERACIUM.

CAL. Communis *craſſiuſculus:* ſquamis *pluribus, linearibus, valde inæqualibus, longitudinalibus & incumbentibus.* COR. Compoſita *imbricata, uniformis:* corollulis hermaphroditis *numeroſis, æqualibus.* Propria *monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Anthera *cylindracea, tubulata.* PIST. Germen *infra corollam propriam.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigmata *duo, recurva.* PER. *nullum.* Calyx *conniνens.* SEM. *ſolitaria, obtuſe tetragona, brevia, coronata* Pappo *ſimplici.* OBS. *Hieracii* V. Caulis ramoſus. *Piloſellæ* V. Scapus ſimplex.

Scapo nudo unifloro.

Hieracium foliis oblongis integris dentatis, caule ſubnudo unifloro, calyce piloſo. Hieracium villoſum Alpinum flore magno

magno ſingulari, caule nudo. Pro Hieracio 5. villoſo *Cluſ. H. CXLI.* recenſetur in *Syn. prior. Edit.* a quo differt novaque planta ideo eſt, quod caules ipſius (una alterave ligula excepta) foliis deſtituantur, quod unus ſaltem in eodem caule flos ſemper appareat, quodque folia quæ ad radicem plura locantur, obtuſiora ſint. Folia ceterum inferiora raris quibuſdam & vix conſpicuus inciſuris per margines notantur. Radix ex medio deſcendit & ſpargitur tuberculo. Proxime accedit ad Hieracium pumilum 2. *Col. Ec. P. II. p.* 29. 30. idemque videri queat, ni flos major eſſet & calix totaque planta piloſior. Examinent alii & conferant *Col.* plantam cum noſtra icone, quæ accurate & ad vivum depicta exhibetur Tab. VI. fig. 2. In editioribus Venedotiæ & Proviſiæ rupibus paſſim naſcitur, ubi a *D. Lhwyd* primum obſervata eſt hæc ſpecies. Cultura & in hortis plurimum variat, ligulas in caule plures, folia vero multo longiora & acutiora acquirit.

Hieracium foliis integerrimis ovatis, caule repente, ſcapo unifloro. Piloſella repens *Ger.* 573. minor vulgaris repens *Park.* 690. major repens hirſuta *C. B. Pin.* 262. majori flore, ſeu vulgaris repens *J. B. II.* 1039. *Common creeping Mouſe-ear.* In paſcuis ſiccioribus ubique Junio & Julio menſibus floret. Foliis integris, pilis rigidiuſculis obſitis, Flagellis reptatricibus a Pulmonaria Gal. (quacum ſemine parvo nigro convenit) reliquiſque Hieraciis diſtinguitur. Floribus in ſingulis cauliculis nudis ſingulis cum Dente leonis concordat, ut niſi tota facie ad reliquas Piloſellas accederet, pro repente Dentis leonis ſpecie haberi poſſet.

Aſtringit & ſiccat vehementer, hinc dyſenteriam alioſque alvi & uteri fluxus ſiſtit, bilem æſtuantem ſedat, hernias curat. Sunt qui ad Regium morbum & incipientem hydropem commendant. Vulneraria eſt, additurque utiliter tum potionibus vulnerariis, tum emplaſtris & unguentis. Succus herbæ illitus herpetem miliarem efficaciter compeſcit & ſanat. Ob adſtrictoriam facultatem ovium gregibus noxia cenſetur.

Scapo folioſo.

Hieracium caule ramoſo, foliis radicalibus ovatis dentatis;


TAB. VI.
Pag. 400
a
b
c
d
i
e
f
g
k
Fig. 1. p. 89
Fig. 2

tis ; *caulino minori.* Hieracium murorum folio piloſiſſimo *C. B. Pin.* 129. murorum Bauhini, quod eſt Pulmonaria Gallorum Lobelii *Park.* 801. Pulmonaria Gallica ſeu aurea latifolia *Ger. Em.* 304. Piloſella major quibuſdam, aliis Pulmonaria flore luteo *J. B. II.* 1033. *French or Golden Lungwort.* In ſylvis, muris antiquis, & aggeribus umbroſis. Prope *Cuckfield* Suſſexiæ vicum in dumetis, foliis maculis & lituris atro rubentibus pulchre variegatis obſervavimus.

Hieracium Pulmonaria dictum anguſtifolium. Pulmonaria Gallica ſeu aurea anguſtifolia *Ger. Em.* 304. *Narrow-leafed golden Lungwort.* Found in an old *Roman* Camp at *Sidmonton*, not far from *Newberry*. Dr. *Johnſon* tells us that *Lobel*, and *C. Bauhin*, confound this with the former. Vide *Ger. Em.* (In rupibus occidentem verſus, juxta lacum *Lhyn y cwin*, prope Divi Periſii eccleſiam *D. Richardſon.*)

Hieracium macrocaulon hirſutum folio rotundiore *D. Lawſon.* An Hieracium fruticoſum folio ſubrotundo *C. B. Pin.* 129. *Pr.* 67. *Round-leafed rough Hawk-weed with a tall Stalk.* Found by Mr. *Newton* in *Edinburgh* Park in *Scotland*; by Mr. *Lawſon* near *Buckbarrow* Well in *Langsledale*, *Weſtmoreland.* (In loco declivi *Gordil* dicto prope Malham Cravoniæ vicum ; Dr. *Richardſon.* Hieracii murorum folio piloſiſſimo *C. B.* varietatem facit *D. Vaillant. Comm. Ac. R. Sc. A.* 1721. *p.* 185. quo etiam refert ſequentem ſpeciem.)

Hierac. λεπτόκαυλον hirſutum folio longiore *D. Lawſon.* On the Rocks by the Rivulet between *Shap* and *Anna* Well, *Weſtmoreland.* Folia huic in caule, quantum memini, nulla, ſed ad imum tantum caulem e radice exeunt. Caulis ſatis procerus gracilis, prope ſummitatem in ramulos aliquot diviſus, flores ſuſtinens majores ſpecioſos.

Piloſellæ majoris ſeu Pulmonariæ luteæ ſpecies anguſtifolia *J. B. II.* 1034. Hieracium murorum laciniatum minus piloſum *C. B. Pin.* 129. *Golden Lungwort with more jagged Leaves.* Saxis grandioribus & collapſis rupibus vallis Periſianæ innaſcitur ; *Idem.* (Non differt a Pulmonaria Gallica Lobelii ; *D. Richardſon.*)

Hieracium fruticoſum Alpinum latifolium minus, uno vel altero flore. On the higher Rocks about *Lhanberis*, plentifully ; *Idem.* Hujus ſpecimen ad me miſſum caule erat dodrantali, tereti, pluribus foliis Hieracii fruticoſi vulgaris ſimilibus, ſed multo minoribus veſtito, unico alterove in ſummo flore luteo, mediocri. (Returning from Mr. *Evans*'s at *Lhanberis*, we found it on a Rock called the *Old-Woman's Cave* ; Dr. *G.* and *J. Sherard.*)

Hieracii ſeu Piloſellæ majoris ſpecies humilis, foliis longioribus rarius dentatis plurimis ſimul, flore ſingulari noſtras *Syn. II.* 75. 11. Hieracium ſeu Piloſellæ majoris ſpecies, foliis rarius dentatis, flore ſingulari noſtras *Pluk. Alm.* 183. *T.* 37. *f.* 3. On a dry Bank at the Edge of a Wood in a Lane leading from *Hornhill* to *Rickmanſworth* in *Hertfordſhire.*

Hieracium caule erecto multifloro, foliis ovato-lanceolatis dentatis ſemiamplexicaulibus. Hieracium fruticoſum latifolium hirſutum *C. B. Pin.* 129. *Park.* 802. Hieracii Sabaudi varietas duplex *J. B. II.* 1030. *Buſhy Hawk-weed, with broad rough Leaves.* This is very common in Woods and Groves, as about *Hampſtead* and *Highgate* near *London.*

Altius aſſurgit quam Pulmonaria Gallorum: Caulis quoque major eſt & rigidior, pluribus foliis veſtitus.

Hieracium fruticoſum latifolium glabrum *Park.* 801. frut. latif. foliis dentatis glabrum *C. B. Pin.* 129. fruticoſum latifolium glabrum *Ejuſd. Pr.* 67. majus latifolium, Pannonicum 2. Cluſii *J. B. II.* 1027. *The ſmoother broad-leafed buſhy Hawk-weed.* Prope ſtagnum *Hulſwater* dictum in Weſtmorlandia.

Hoc a præcedente differt foliis brevi & vix conſpica lanugine obductis; deinde maturius floret.

Hieracium foliis linearibus ſubdentatis ſparſis, floribus ſubumbellatis. Hieracium fruticoſum anguſtifolium majus *C. B. Pin.* 129. *Park.* 801. Intybaceum *Ger.* 234. rectum rigidum, quibuſdam Sabaudum *J. B. II.* 1030. Pulmonaria fruticoſa longifolia hirſuta *Pet. H. B.* 13. 8. it. Pulm. anguſtifolia hirſuta *Ej. Ib.* 10. In ſylvis circa *Hamſtedium.* *Narrow-leafed buſhy Hawk-weed.* In locis ſabuloſis & petræis inter frutices. Quantum memini Opii non obſcurum odorem exſpirat.

Pulmonaria anguſtifolia glabra *Pet. H. B.* 13. 11. In ſylvulis circa *Hamſtedium* Julio & Auguſto.

Pulmonaria graminea *Pet. H. B.* 13. 12. Circa Londinum, ſed rarius, Julio & Auguſto floret. Foliis plane integris, glabris, obſcure viridibus ab aliis differt.

CREPIS.

CAL. Communis *duplex*: Exterior *breviſſimus, patulus, deciduus.* Interior *ovatus, ſimplex, ſulcatus, perſiſtens: ſquamis linearibus, conniventibus.* Cor. Compoſita *imbricata, uniformis;* corollulis hermaphroditis *plurimis æqualibus.* Propria

pria *monopetala*, *ligulata*, *linearis*, *truncata*, *quinquedentata*. STAM. Filamenta *quinque*, *capillaria*, *breviſſima*. Anthera *cylindracea*, *tubulata*. PIST. Germen *infra corollam propriam*. Stylus *filiformis*, *longitudine ſtaminum*. Stigmata *duo*, *reflexa*. PER. *nullum*. Calyx *ſubrotundus*. SEM. *ſolitaria*, *oblonga*, *coronata* Pappo *longo*, *plumoſo*, *petiolato*. REC. *nudum*.

Crepis foliis pinnato-haſtatis ſcabris: baſi ſuperne dentatis, calycibus muricatis. Hieracium luteum glabrum ſive minus hirſutum *J. B. II.* 1024. Cichoreum pratenſe luteum lævius *C. B. Pin.* 126. *Park.* 778. Item, ex ſententia *J. B.* Hieracium foliis & facie Chondrillæ *Lob. Ic.* 239. *Park.* 794. necnon Hieracium Aphacoides *Tab. Ic.* 182. *Ger.* 234. *C. Bauhinus* has plantas ſeparat, & tres ſpecies facit. Cæterum quæ nobis hoc titulo intelligitur, in Anglia paſſim provenit, eſtque ſemper glabra, quantum hactenus obſervavimus.

Eandem pro Hieracio foliis & facie Chondrillæ *Lobelii* habet D. *Johnſonus* in *Ger. Em.* ut & Hier. Aphacoide *Tab.* Caulis tamen noſtræ firmior eſt & robuſtior quam in icone *Lobelii* pingitur, ſtriatus inſuper, nec adeo æqualiter teres. Duas hoc anno [1691.] ſpecies obſervavi, alteram majorem robuſtiorem, caule firmiore & elatiore, quæ vulgaris; alteram minorem, humiliorem, foliis minus ſectis ſeu laciniatis. *Smooth Succory Hawkweed.* In paſcuis frequens occurrit, & æſtate floret. Hujus flores, capitula, & ſemina omnium quæ in Anglia ſponte exeunt Hieraciorum minima ſunt, Hyoſeride excepta; caulis autem major fere & firmior reliquis.

Hieracium aphacoides acutum *Pet. H. B.* 12. 7. In paſcuis circa *Londinum* Julio & Auguſto. A priori parum differre videtur.

Hieracium montanum Cichorei folio noſtras. An Hieracium Britannicum *Cluſii? Succory-leafed Mountain Hawk-weed.* In montoſis Septentrionalibus, locis udis & humectis, præſertim ſylvoſis. (In pratis humidis & juxta rivulos *Cravoniæ* montoſos abundat; *D. Richardſon.*) Ad Hieracium fruticoſum latifolium accedit, in multis tamen ab eo differt, ut v. g. quod caulis concavus ſit, quem folia baſi ſua amplectuntur, quod ſemen citrinum. Hæc ſpecies eſt, quam pro Hieracio montano latifolio glabro minore in *Cat. Ang.* habui. (Hieracium montanum latifolium glabrum minus *C. B. Pin.* 129. montanum minus latifolium *J. B. II.* 1032. *Tab. Ic.* 186. huic idem eſt.)

Hieracium maximum Chondrillæ folio aſperum *C. B. Pin.* 127. *Pr.* 64. *deſcr.* Hier. Cichorei folio majus *Pet. H. B.* 12. 10. *The greateſt rough Succory-leafed Hawk-weed.* Alicubi in Cantio invenit *D. Newton.* (Very plentifully in the Road from *Sittingburn* to *Rocheſter*; Mr. *J. Sherard.)*

HYOSERIS.

CAL. Commuis *decaphyllus:* ſquamis *lanceolatis, erectis, æqualibus, baſi auctus ſquamis breviſſimis.* Proprius *germini inſidens, quinquepartitus, breviſſimus, acutus, perſiſtens.* COR. Compoſita *ſubimbricata, uniformis:* corollulis hermaphroditis *per orbem unum alterumve diſpoſitis.* Propria *monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Anthera *cylindracea, tubulata.* PIST. Germen *intra receptaculum commune & proprium.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigmata *duo reflexa.* PER. *nullum.* Calyx Comm. *rectus.* SEM. *ſolitaria oblongiuſcula, compreſſa, longitudine calycis, coronata* Calyculo *proprio &* Pappo *capillari pauco ſimul, vel ſolo.* REC. *nudum.*

Hyoſeris caule diviſo nudo. Hieracium minimum Cluſii, Hyoſeris Tabernamontani & Gerardi *Park.* 791. Hieracium minus folio ſubrotundo *C. B. Pin.* 127. Hyoſeris *Cat. G. App.* 144. *Tab.* 8. maſcula *Ger.* 227. *Small Swines Succory, or Hawk-weed.* Provenit inter ſegetes locis arenoſis aut terra friabili. Hanc herbam ſemina ſolida & pappo deſtituta producere nos monuit *D. Doody* (qui eam circa *Hampton-court* copioſe obſervavit.) In a Corn-field at *Walthamſtow*; Dr. *Watſon.*

In hoc petala floris extima ſeu marginalia calycis folia quibus incumbunt longitudine vix excedunt.

HYPOCHOERIS.

CAL. Communis *imbricatus, baſi ventricoſus:* ſquamis *lanceolatis, acutis.* COR. Compoſita *imbricata, uniformis:* corollulis hermaphroditis *æqualibus, numeroſis.* Propria *monopetala, ligulata, linearis, truncata, quinquedentata.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Anthera *cylindracea, tubulata.* PIST. Germen *infra corollam propriam.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigmata *duo, reflexa.* PER. *nullum.* Calyx *connivens, globoſo-acuminatus.* SEM. *ſolitaria, oblonga, deſinentia in ſtipitem ſubulatum pappigerum.* REC. Pa-

lcis

leis *lanceolato-linearibus, ſeminum longitudine, ſeminibus interpoſitis.*

Hypochæris caule ſubnudo: ramo ſolitario, foliis ovato-oblongis integris dentatis. Hieracium primum latifolium *Cluſ. Pann. & Hiſt. CXXXIX.* Pannonicum latifolium 1. Cluſio, Piloſellæ majori vel pulmonariæ luteæ accedens, maculoſum & non maculoſum *J. B. II.* 1026. Alpinum latifolium, hirſutie incanum, magno flore *C. B. Pin.* 128. *Broad-leafed Hungarian Hawk-weed.* Found on the Banks of the Devil's Ditch near *Reche*, not far from *Newmarket*; alſo on *Bernak* Heath in *Northamptonſhire.*

Hæc eſt illa ſpecies quam in *Cat. Ang.* Hieracium montanum non ramoſum caule aphyllo, flore pallidiore denominavi, minus recte, nam caulis unum plerumque emittit ramulum. In *Hiſt. Plant.* pro Dentis leonis ſpecie habui ab Hieracio Pannonico diverſa; verum cum in horto *D. Dale* cultum viderim, genuinam Dentis leonis ſpeciem non eſſe agnovi; ſed Hier. Pannon. 1 *Cluſ.* plane eandem.

Hypochæris foliis dentato-ſinuatis ſcabris, caule ramoſo nudo, pedunculis ſquamoſis. Hieracium longius radicatum *Ger. Em.* 298. *Park.* 790. Dentis leonis folio obtuſo majus *C. B. Pin.* 127. macrocaulon junceum ſive minus, primum Dodonæi *J. B. II.* 1031. *Long-rooted Hawk-weed.* Junio, Julio & per totam æſtatem floret, in paſcuis ubique. Semina rufa in longos & tenues mucrones exeunt; caules juncei & fere aphylli.

Hieracium Caſtorei odore Monſpelienſium. Hieracium Cichorei vel potius Stœbes folio hirſutum *Cat. Cant.* Caſtorei odore *Pet. H. B.* 12. 8. In paſcuis circa *Cantabrigiam* & alibi, ſed rarius. I found it laſt Summer [1690] plentifully in a Field near my Houſe, called *Stanfield*, which had lain a while ſince it was ploughed. (In *Charlton* Chalk-pits Julio & Auguſto; *Pet.*) Convenit odore cum Hieracio Apulo flore ſuave-rubenti *Col.* item incano propendente a flore delapſo barbitio; floris colore differt. Capitula in hac ſpecie antequam aperiuntur deorſum nutant.

Hieracium Cichorei folio minus *Pet. H. B.* 12. 9. In paſcuis circa *Charlton* & *Greenwich.* Priori ſimile, nec multum ab eo, quantum figura monſtrat, differre videtur.

LAPSANA.

CAL. Communis *auctus, ovatus, angulatus:* Squamis tubi *octo, æqualibus, linearibus, cavo-canaliculatis, carinatis, acutis;* S. baſeos *ſex, imbricatis, parvis, alternis, minimis.* COR. Compoſita *imbricata, uniformis:* Corollulis hermaphroditis *circiter ſedecim, æqualibus.* Propria *monopetala, ligulata, truncata, quinquedentata.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Anthera *cylindracea, tubulata.* PIST. Germen *infra corollam propriam.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigma *bifidum, reflexum.* PER. *nullum.* Calycis ſquamæ tubi *ſemina proxima amplectuntur.* SEM. *ſolitaria, oblonga, cylindraceo-trigona.* REC. *nudum, planum.*

Lapſana calycibus fructus angulatis, pedunculis tenuibus ramoſiſſimis. Lampſana *Ger. Em.* 255. vulgaris *Park.* 810. Lampſana Dodonæi *J. B. II.* 1028. Soncho affinis Lamp. domeſtica *C. B. Pin.* 124. *Nipplewort.* In hortis & cultis frequentiſſima eſt, Junio ac Julio florens.

CICHORIUM.

CAL. Communis *(ante explicationem) cylindraceus:* ſquamis octo *anguſto-lanceolatis, æqualibus, cylindrum conſtituentibus;* quinque *vero incumbentibus, brevioribus.* COR. Compoſita *plana, uniformis:* corollulis hermaphroditis *viginti, in orbem poſitis.* Propria *monopetala, ligulata, truncata, profunde quinquedentata.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Anthera *cylindraceo-pentagona, tubulata.* PIST. Germen *infra corollam propriam.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigmata *duo, revoluta.* PER. *nullum.* Calyx *cylindraceus, apice connivens.* SEM. *ſolitaria, compreſſa, angulis acutis, coronata* Margine *brevi, quinquedentato.* REC. paleis *inſtructum.*

Cichorium caule ſimplici, foliis dentato-ſinuatis. Cichoreum ſylveſtre *Ger. Em.* 284. *Park.* 776. *Sec.* i. e. ſylveſtre ſive Officinarum *C. B. Pin.* 125. Cichoreum ſylveſtre & ſativum *J. B. II.* 1007. qui aſſerit hoc ab illo non aliter differre quam cultura; & ſativum ſi non colatur fieri ſylveſtre. *Wild Succory.* Secus vias & ſemitas locis incultis, & in agrorum limitibus.

Cichoreum pleriſque Botanicis frigidum cenſetur, unde & in febribus commendatur; quod nobis non probatur: nam ſapor amarus caliditatem arguit. Diureticum eſſe, attenuare,

attenuare, abſtergere ſcribit Schroderus cui aſſentimur; unde in obſtructionibus hepatis utile eſſe poteſt. Notat Spigelius Cichorei ſylv. herbam podagricis valde conferre. Vide *Hiſt. noſt. p.* 255. Aqua e floribus deſtillata inflammationibus & caligini oculorum mederi dicitur.

Corollulæ tubipetalæ.

ARCTIUM.

CAL. Communis *globoſus, imbricatus*: ſquamis *lanceolatis, deſinentibus in* aculeos *ſubulatos, longos, apice reflexo-hamatos.* COR. Compoſita *tubulata, uniformis:* corollulis hermaphroditis *æqualibus.* Propria *monopetala, tubulata:* tubo *tenui, longiſſimo:* limbo *ovato, erecto, quinquefido:* laciniis *linearibus, æqualibus.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Anthera *cylindracea, tubulata, longitudine corollæ, quinquedentata.* PIST. Germen *oblongum, infra corollulam, apice villoſo.* Stylus *filiformis, ſtaminibus longior.* Stigma *bifidum, reflexum.* PER. *nullum.* Calyx *connivens.* SEM. *ſolitaria, verticaliter pyramidata,* angulis *duobus oppoſitis obliteratis, extrorſum gibba: coronata* pappo *ſimplici, ſemine breviore.* REC. *planum,* paleis *ſetaceis inſtructum.*

Arctium foliis cordatis inermibus petiolatis. Lappa major Arcium Dioſcoridis *C. B. Pin.* 198. Perſonata ſive Lappa major aut Bardana *J. B. III.* 570. Bardana major *Ger.* 664. vulgaris major *Park.* 1222. *Great Burdock, Clot-burr.* Hujus capitula inter penitus glabra & villoſa medio ſe habent, tum quoad figuram, i. e. nec baſis ita lata eſt, nec villoſorum inſtar tam rotunda ſunt, tum quoad lanuginem, quæ rara & vix perceptibilis eſt. Flos purpureus. Omnium eſt vulgatiſſima, & ad vias ſæpeſque copioſe naſcitur.

Lappa vulgaris major capitulis folioſis *Pluk. Alm.* 205. roſea *C. B. Pr.* 210. Prioris varietas eſt. Obſerved by Mr. *J. Sherard.*

Lappa major capitulis parvis glabris. Lappa major capitulis minoribus *Cæſalp.* 537. Bardana capite minore *Pet. H. B.* 23. 3. Capitula nucis avellanæ magnitudine ex baſi latiuſcula ſenſim anguſtantur, & non tam ac villoſarum rotunda ſunt, colore donata ſpadiceo. Flos purpureus. Found by Mr. *J. Sherard.*

Lappa major montana, capitulis tomentoſis ſive Arctium Dioſcoridis *C. B. Pin.* 198. Perſonata vulgaris capitulis minus tomentoſis *Raj. Syn. II.* 88. Bardana major lanuginoſis capitulis *Park.* 1222. major altera *Ger. Em.* 810. capite majore incano *Pet. H. B.* 23. 5. Hujus capitula ſubrotunda ſunt & majuſcula, coloris ex ſpadiceo purpuraſcentis, tomento albicante obducta; flos purpureus; caulis obſcure rubet. Paſſim ad vias locis ruderatis.

Lappa major montana, capitulis minoribus, rotundioribus & magis tomentoſis *Inſt. R. H.* 450. Perſonata montana capitulis magis tomentoſis *Syn. II.* 88. altera cum capitulis villoſis *J. B. III.* 571. Bardana capite minore incano *Pet. H. B.* 23. 4. Juxta *Hallifax.* Capitula ejuſdem cum 3. ſpecie magnitudinis & coloris, ſed rotundiora & copioſo araneoſo tomento obducta ſunt.

Lappa major ex omni parte minor, capitulis parvis eleganter reticulatis *Pluk. Alm.* 205. Bardana capite araneoſo *Pet. H. B.* 23. 6. Capitula quam prioris aliquantum minora, minus copioſa, ſed tenerius intertexta lanugine obſita ſunt, colore non ſpadiceo, vel, ut in priore, purpuraſcente, ſed ex albo virente. Found by *M. J. Sherard.*

Lappa major capitulo glabro maximo. Hujus capitula penitus glabra & omnium maxima ſunt, in baſi latiora, pollicem in diametro æquantia, colore ſemper virente, flos purpuraſcens. Tota planta etiam reliquis altior eſt. Common before you come to *New-croſs* in *Kent*; Mr. *J. Sherard.*

Radix pulmonica cenſetur, diuretica, diaphoretica, ſiccat, exterget, ſubaſtringit. Hinc convenit in aſthmate, calculo, expuitione ſanguinis, vulneribus inveteratis, tumore lienis, inque Arthriticis morbis, quibus peculiari proprietate conferre ſtatuitur. Folia extrinſecus imponuntur vulneribus inveteratis, articulis luxatis, ambuſtis, &c. Caules deraſo cortice antequam lappæ gignantur crudi coctique mandi cœpere; *P. Lauremberg.* qui validam vim calculum frangendi, augendi ſemen, excitandi Venerem eis attribuit. Semen inſigne lithontripticum habetur in pulverem comminutum, & in Zythogalo potum.

SERRATULA.

CAL. Communis *oblongus, cylindraceo ſubventricoſus, imbricatus:* ſquamis *lanceolatis, acuminatis, inermibus.* COR. Compoſita *tubuloſa, uniformis:* corollulæ hermaphroditæ *æquales.* Propria *monopetala, infundibuliformis:* tubo *inflexo;* limbo *ventricoſo, quinquifido.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Antheræ *cylindraceæ, tubulatæ.* PIST.

Ger-

Germen *ovatum*, *coronatum*. Stylus *filiformis*, *longitudine ſtaminum*. Stigmata *duo*, *oblonga*, *reflexa*. PER. *nullum*. Calyx *immutatus*. SEM. *ſolitaria*, *verticaliter ovata*, *coronata* pappo. REC. *nudum vel paleis diſtinctum*. OBS. *pappus* in aliis plumoſus, in aliis piloſus eſt.

Serratula foliis pinnatifidis: pinna terminali maxima. Serratula *J. B. III.* 23. *C. B. Pin.* 235. purpurea *Ger.* 576. vulgaris flore purpureo *Park.* 474. *Saw-wort.* In ſylvis & pratis frequens. Foliis non ſpinoſis a Carduo, iiſdem ſerratis a Jacea differt. (Variat flore albo, ut & foliis, quæ plus minuſve diviſa ſunt, & aliquando ad ſummitatem uſque indiviſa obſervantur; vid. *Cambd. Brit. Ed. Gibſ. p.* 846.

Vulneraria eſt, ulcera mundat & carne replet, hæmorrhoidum dolores mulcet, enterocelas ſanat.

Serratula calycibus ſubhirſutis ovatis. Cirſium humile montanum Cynogloſſi folio, polyanthemum. Carduus mollis, flore cœruleo *Merret. Pin.* In ſummis rupibus Arvoniæ, v. g. *Clogwyn y Carnedh yſcolion duon*, &c. (On the higheſt Rock of *Snowdon*, and in *Brearcliff*, near *Brunly*, Lancaſhire; *Merr. Pin.*) Carduus mollis folio Lapathi *Cluſii* huic perſimilis eſt, niſi quod folia ſint ſubtus incana & ad baſin latiora; *D. Lhwyd.*

Cirſium montanum polyanthemum Salicis folio anguſto denticulato. Hanc prioris varietatem potius quam ſpeciem diſtinctam tantum non ſuſpicor: alii diligentius conferant. Juxta rivulum in rupe *Rhiw'r Glyder*, ſupra lacum *Lhyn y Cwn*, prope *Lhan-berys* in Arvonia. *Idem.* (Præcedentis tantum varietas; *D. Richardſon.*)

Serratula foliis dentatis ſpinoſis. Carduus vulgatiſſimis viarum *Ger. Em.* 1173. ceanothos ſive viarum & vinearum repens *Park.* 959. vinearum repens folio Sonchi *C. B. Pin.* 377. item Carduus in Avena proveniens *Ejuſdem Ib.* ſerpens lævicaulis *J. B. III.* 59. *Common Way-thiſtle, or rather creeping Thiſtle.* In arvis nimis frequens, nec rarius in paſcuis & ad vias. Profunde ſub terra repit; qua nota ab aliis congeneribus facile diſtinguitur. (Hujus invenitur varietas foliis lævioribus, vix ſpinoſis non ſinuatis nec tam profunde diviſis. Amongſt the Corn in *Batterſea* Fields, over-againſt *Chelſea*, cui examuſſim reſpondet figura Cardui arvenſis *Tabernæmontani Ic. p.* 700. quem Carduum in Avena provenientem vocat *C. Bauhinus*, quemque priori plerique Botanici eundem

eundem faciunt; ſed ſi non, quod probabile videtur, ſpecies diverſa ſit, inſignem ſaltem varietatem eſſe, nemo qui plantam viderit, negaverit.)

CARDUUS.

CAL. Communis *ventricoſus, imbricatus:* ſquamis *numeroſis, lanceolatis, acuminatis, deſinentibus in aculeum.* COR. Compoſita *tubuloſa, uniformis:* corollulæ hermaphroditæ *fere æquales, reflexæ.* Propria *monopetala, infundibuliformis:* tubo *tenuiſſimo,* limbo *erecto, baſi ovato, quinquefido:* laciniis *linearibus, æqualibus,* unica *profundius ſeparata.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Anthera *cylindracea, longitudine corollulæ, ore quinquedentata.* PIST. Germen *ovatum, coronatum.* Stylus *filiformis, ſtaminibus longior.* Stigma *ſimplex, ſubulatum, nudum, emarginatum.* PER. *nullum.* Calyx *parum connivens.* SEM. *ſolitaria, obovata, tetragona, obliteratis* angulis *oppoſitis duobus; coronata* Pappo *ſeſſili, longiſſimo.* REC. commune *planum, villis tectum.*

Foliis decurrentibus.

Carduus foliis decurrentibus haſtato-pinnatis ſpinoſis: laciniis divaricatis, calycibus ovatis ſpinoſis villoſis, caule piloſo. Carduus lanceatus *Ger.* 1011. lanceatus latifolius *C. B. Pin.* 385. lanceatus latifolius ſeu major *Park.* 982. lanceolatus ſeu ſylveſtris Dodonæi *J. B. III.* 58. *Spear-thiſtle.* In incultis & ad ſepes ubique fere. Hujus notæ capitula magna, foliorum laciniæ extremæ in longos mucrones productæ.

Carduus lanceatus flore & capite minoribus *Merr. Pin.* This I have obſerved about the Walls of *York.* It is a leſs Plant, and bears a great Number of ſmaller Heads on one Stalk; Dr. *Richardſon.* On the Ditch-ſides beyond St. *James's*; *Merr.*

Carduus lanceatus major: an Carduus lanceolatus ferocior *J. B. III.* 58? Humanam altitudinem non raro ſuperat, capitulis vulgari lanceolato duplo majoribus, floribus purpureis patulis. Folia læte virent. Planta eſt elegantiſſima. Ad vias publicas ab Eboraco Maltonam verſus frequens occurrit; Dr. *Richardſon.*

Carduus foliis ſpinoſis ſemidecurrentibus, floribus cernuis: ſquamis calycinis ſuperne patentibus. Carduus nutans *J. B.*

III.

III. 56. moſchatus *Pet. H. B.* 21. 1. Cirſium tertium, tota ſua ſtirpe magis ſpinoſum *Dod. Pempt.* 737. deſcr. *Cluſ. Hiſt. CL.* majus ſingulari capitulo magno *C. B. Pin.* 377. Carduus moſchatus capite nutante magno. *Muſk-thiſtle with a bending Head.* In incultis & requietis agris. (Quamvis vulgatiſſima ubique naſcatur hæc Cardui ſpecies, figura tamen bona ipſius nondum proſtat, accuratam ceterum deſcriptionem videſis *Hiſt. Raj. I.* 308.)

Carduus foliis ſinuatis decurrentibus margine ſpinoſis, calycibus pedunculatis ſolitariis erectis villoſis. Carduus ſpinoſiſſimus capitulis minoribus *P. B.* Carduus Acanthoides *J. B. III.* 56. *Welted Thiſtle with ſmall Flowers.* In aggeribus foſſarum & locis ruderatis, non tamen valde frequens. Folia ad radicem primo erumpentia Cardui lactei aliquatenus ſimilia ſunt: Flores parvi, pallide purpurei, in ſummo caule conferti.

Carduus foliis ſinuatis decurrentibus: margine ſpinoſis, floſculis aggregatis terminalibus nudis. Carduus caule criſpo *J. B. III.* 59. ſpinoſiſſimus anguſtifolius vulgaris *C. B. Pin.* 385. polyacanthos *Park.* 982. polyacanthos primus *Ger. Em.* 1173. Aculeoſa Gazæ *Ad.* 374. & Polyacantha *Tab. Ic.* 701. ex ſententia *Johnſoni*, *Thiſtle upon Thiſtle.* In aggeribus foſſarum ad ſepes & inter vepres. Caule elatiore, & capitulis minoribus vix nutantibus a præcedente diſtinguitur. Variat flore albo circa *Chiſſelhurſt*; Dr. *Watſon.*

Carduus foliis dentatis decurrentibus: margine ſpinoſis, floribus racemoſis erectis, pedunculis inermibus. Carduus paluſtris *C. B. Pin.* 377. *Pr.* 156. *Pet. H. B.* 21. 4. *Park.* 983. An Onopyxos alter *Lugd?* *Marſh-thiſtle.* In paluſtribus & pratis humidis oritur, humanam altitudinem ſuperans, quibus notis a congeneribus ſatis diſtinguitur.

Carduus paluſtris mitior, Bardanæ capitulo in ſummo caule ſingulari *Pluk. Alm.* 82. qui in paluſtribus Elienſibus eum invenit & quærit an non ſit, Carduus mollis latifolius, Lappæ capitulis *C. B.*

Carduus foliis lanceolatis decurrentibus denticulis inermibus, calyce ſpinoſo. Cirſium Anglicum *Ger. Em.* 1183. *Lob. Ic.* 583. Anglicum primum *Park.* 961. Anglicum radice Hellebori nigri modo fibroſa, folio longo

J. B.

J. B. III. 45. majus ſingulari capitulo magno, vel incanum varie diſſectum *C. B. Pin.* 377. (perperam, cum nec capitulo magno ſit, nec foliis varie diſſectis.) *The Engliſh ſoft or gentle Thiſtle.* In paluſtribus frequens Junio menſe floret. In the boggy Ground at *Woodhouſe*, near *Buddon* Wood; *Leiceſterſhire*; Mr. *Pultney*. Radice eſt reptatrice.

Foliis amplexicaulibus.

Carduus foliis amplexicaulibus haſtato-pinnatifidis ſpinoſis, calycibus aphyllis: ſpinis canaliculatis duplicato-ſpinoſis. Carduus Mariæ *Ger.* 989. Mariæ vulgaris *Park.* 976. Marianus ſeu lacteis maculis & lineis notatus *J. B. III.* 52. Carduus albis maculis notatus vulgaris *C. B. Pin.* 381. *Common Milk-thiſtle, or Ladies-thiſtle.* Ad agrorum margines & in aggeribus foſſarum.

Carduus Mariæ hirſutus non maculatus, n. d. *P. B. Merr. Pin.* Carduus Mariæ non maculatus *Mor. Prælud.* 245. *Ladies-thiſtle without Spots.* Shewn me near *Clerkenwell* by Mr. *George Horſenell.* (In a Ditch near my Lord *Southampton*'s Houſe, and about *Iſlington*; *Merr. P.* On a Bank juſt beyond a Garden-Wall on the left Hand, in the Road a little beyond *Shoreditch*, to *Hackney*; Mr. *J. Sherard.*) On the Bank of the Ditch, on the right Hand, going from *London-Spaw* to the New-river-head; Dr. *Watſon.*

Carduus foliis ſeſſilibus bifariam pinnatifidis, laciniis alternis erectis, calycibus globoſis villoſis. Carduus tomentoſus Corona fratrum dictus *Park.* 978. item Carduus tomentoſus Anglicus *Ejuſdem* 979. Carduus capite tomentoſo *J. B. III.* 57. eriocephalus *Ger. Em.* 1152. ejuſdemque Card. globoſus capitulo latiore 1151. Carduus capite rotundo tomentoſo *C. B. Pin.* 382. ejuſdemque Carduus tomentoſus capitulo majore. *Woolly-headed Thiſtle.* In montoſis, interdum & campeſtribus. In *Walkot* Wilderneſs, and in *Wichwood* Foreſt; Mr. *Blackſtone.* About the *Stocking* Wood near *Leiceſter*; upon the Wolds about *Dalby* and *Waltham.* Upon *Cotgrave* Wolds near *Nottingham.* Alſo about *Kettering* and *Rowel* in *Northamptonſhire*; Mr. *Pultney.* Near *Bugden*, in a Field by the Road-ſide; Dr. *Watſon.* Concinna foliorum diviſura & capitulis tomentoſis a priore differt, quo etiam multo rarior eſt.

Car-

Carduus foliis lanceolatis dentatis amplexicaulibus: ſpinulis inæqualibus ciliatis, caule inermi. Cirſium Britannicum Cluſii repens *J. B. III.* 46. aliud Anglicum *Park.* 961. ſingulari capitulo ſquamato, vel incanum alterum *C. B. Pin.* 377. altiſſimum, foliis latioribus & albidioribus *Merr. Pin.* *The great Engliſh ſoft or gentle Thiſtle, or melancholy Thiſtle.* Folia huic ſuperne virent, ſubtus albicant. Magnitudine ſua a præcedente differt. In montoſis agri Eboracenſis & Weſtmorlandici reperitur; necnon in monte *Snowdon* Cambriæ. (In ſeveral Places of *Wales*, and on a Moor two Miles Eaſt from *Croydon*; *Merr. P.* On *Hounſlow* Heath; Mr. *Doody* Not.)

ONOPORDUM.

CAL. Communis *ſubrotundus, ventricoſus, imbricatus: ſquamis numeroſis, aculeo terminatis, undique prominentibus.* Cor. Compoſita *tubuloſa, uniformis:* corollulæ hermaphroditæ *æquales.* Propria *monopetala, infundibuliformis:* tubo *tenuiſſimo;* limbo *erecto, ventricoſo, quinquefido:* laciniis *æqualibus,* unica *profundius ſeparata.* Stam. Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Anthera *cylindracea, tubuloſa, longitudine corollæ, quinquedentata.* Pist. Germen *ovatum, coronatum.* Stylus *filiformis, ſtaminibus longior.* Stigma *coronatum.* Per. *nullum.* Calyx *leviter connivens.* Sem. *ſolitaria, coronata* Pappo *capillari.* Rec. *nudum, planum, punctatum, reticulatum.*

Onopordum calycibus ſquarroſis, foliis ovato-oblongis ſinuatis. Carduus tomentoſus, Acanthium dictus, vulgaris. Acanthium vulgare *Park.* 979. album *Ger.* 988. (inepte, ſi a floris colore, qui plerunque purpureus eſt.) Spina alba ſylveſtris Fuchſio *J. B. III.* 54. Spina alba tomentoſa latifolia ſylveſtris *C. B. Pin.* 382. *Common Cotton-thiſtle.* Ad vias & in incultis. Tomento candicante, quo tota planta obducta eſt, a reliquis Carduis noſtratibus ſatis diſtinguitur.

CARLINA.

CAL. Communis *ventricoſus, imbricatus:* ſquamis *numeroſis, acutis, quarum* interiores *in orbem poſitæ, longiſſimæ, nitidæ, colorate, coronantes florem compoſitum, patentes.* Cor. Compoſita *uniformis, tubuloſa:* Corollulæ hermaphroditæ *æquales.*

quales. Propria *monopetala, infundibuliformis:* tubo *tenui;* limbo *campanulato, quinquefido.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Anthera *cylindracea, tubuloſa.* PIST. Germen *breve, coronatum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigma *oblongum, bifidum vel integrum.* PER. *nullum.* Calyx *immutatus.* SEM. *ſolitaria, teretiuſcula, villoſa.* REC. *planum,* paleis *ſive* ſetis *tectum.*

Carlina caule multifloro corymboſo, floribus terminalibus. Carlina ſylveſtris quibuſdam aliis Atractylis *J. B. III.* 81. ſylv. maj. *Ger.* 997. Cnicus ſylveſtris ſpinoſior *C. B. Pin.* 378. *The common wild Carline-thiſtle.* In paſcuis ſiccioribus & ericetis frequens habetur.

Annua eſt, caule ſingulari hirſuto, florum ſtaminibus fuſcis.

Q. An & quomodo Cnicus ſylv. ſpinoſior alter flore aureo perennis *Hort. Reg. Pariſ.* differat ab Acarna ſive Acorna altera Apula *Col?* Nos in Gallia Narbonenſi, Italia & Sicilia non longe a mari copioſe provenientem obſervavimus Carlinæ ſylv. ſpeciem radice perenni; caule multiplici, rubente, glabro; floris diſco luteo, barbulis aureis; quam pro Cnico ſylv. ſpinoſiore altero flore aureo, perenni *Cat. Pariſ.* prædicto habemus; eundem etiam fuiſſe cum Acarna altera Apula *Col.* in Hiſtoria noſtra ſuſpicati ſumus: verum multitudo caulium in noſtra floreſque majores contrarium ſuadent. *D. Plukenet* Carlinam ſylv. *Cluſ.* pro Carlina noſtra ſylveſtri ſpontanea habet, quamvis icon plantæ non bene reſpondeat: noſtrum autem Cnicum ſylv. ſpinoſiorem aureum perennem pro Heracantha. *Tab. Ic.* 697. Heracantham *Tab.* pro Cnico ſylv. ſpinoſiore polycephalo *C. B. Pin.* 379.

CARTHAMUS.

CAL. Communis *ovatus, imbricatus:* ſquamis *numeroſis, inferne arctis, auctis apice* appendiculo *foliolaceo, ſubovato, plano, patente.* COR. Compoſita *uniformis, tubuloſa:* corollulæ hermaphroditæ *æquales.* Propria *monopetala, infundibuliformis:* limbo *quinquepartito, erecto, fere æquali.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Anthera *cylindracea, tubuloſa.* PIST. Germen *breviſſimum.* Stylus *filiformis, ſtaminibus longior.* Stigma *ſimplex.* PER. *nullum.* Calyx *connivens.* SEM. *ſolitaria.* REC. *planum,* piloſum, *pilis ſemine longioribus.*

Car-

Carthamus foliis ovatis integris ſerrato-aculeatis. Carthamus ſive Cnicus *J. B. III.* 79. *Ger.* 1007. Cnic. ſativus ſive Carthamum officin. *C. B. Pin.* 378. *Baſtard-ſaffron, or Saf-flower.* In agris ſeritur.

BIDENS.

CAL. Communis *erectus:* foliolis *ſæpe æqualibus, oblongis, canaliculato-concavis.* COR. Compoſita *uniformis, tubuloſa:* corollulæ hermaphroditæ *tubuloſæ in diſco. Interdum* Feminæ *nudæ in ambitu.* Propria *infundibuliformis:* limbo *quinquefido, erecto.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Anthera *cylindracea, tubuloſa.* PIST. *Utriſque* Germen *oblongum.* Stylus *ſimplex, longitudine ſtaminum.* Stigmata *duo, oblonga, reflexa.* PER. *nullum.* Calyx *immutatus.* SEM. Utriſque *ſolitaria, obtuſa, angulata, coronata* paleis *duabus pluribuſve, oblongis, rectis, acutis.* REC. *planum,* paleis *deciduis inſtructum.*

Bidens corollis floſculoſis, calycibus ſubfolioſis, ſeminibus erectis, foliis trifidis. Verbeſina ſeu Cannabina aquatica flore minus pulchro, elatior & magis frequens *J. B. II.* 1073. Cannabina aquatica folio tripartito diviſo *C. B. Pin.* 321. Eupatorium Cannabinum fœmina *Ger. Em.* 711. aquaticum duorum generum *Park.* 595. *Water-hemp Agrimony with a divided Leaf.* In paluſtribus & aquoſis, ubi aqua ſtat aut reſidet.

Bidens ſeminibus erectis: foliis lanceolatis amplexicaulibus, floribus cernuis. Verbeſina pulchriore flore luteo *J. B. II.* 1074. Cannabina aquatica folio non diviſo *C. B. Pin.* 321. Eupatorium cannabinum *Ger.* 574. aquaticum folio integro *Park.* 596. Eupat. Cannabinæ fœminæ varietas altera *Ger. Em.* 711. *Water-hemp Agrimony with an undivided Leaf.* Cum priore: verum quæ apud nos frequentiſſime oritur flore eſt nudo, nec ullis barbulis cincto, ut eam deſcribunt Botanici. Reperiri tamen non raro in Anglia eam quæ flore eſt radiato, ab amicis certior factus ſum. In Hibernia certe frequentiſſime occurrit; *D. Sherard.*

EUPATORIUM.

CAL. Communis *oblongus, imbricatus:* ſquamis *lineari-lanceolatis, erectis, inæqualibus.* COR. Compoſita *uniformis, tubuloſa:*

tubuloſa: corollulæ hermaphroditæ *æquales.* Propria *infundibuliformis:* limbo *quinquefido, patulo.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Anthera *cylindracea, tubuloſa.* PIST. Germen *minimum, coronatum.* Stylus *filiformis, longiſſimus, ad ſtamina uſque bifidus, ramis rectis erectiſque.* Stigmata *tenuia.* PER. *nullum.* Calyx *immutatus.* SEM. *oblonga, coronata,* Pappo *longo.* REC. *nudum.*

Eupatorium foliis digitatis. Eupatorium Cannabinum *Park.* 595. *C. B. Pin.* 320. cannabinum mas *Ger. Em.* 711. adulterinum *J. B. II.* 1065. Avicennæ creditum *Geſn. Hort.* 258. Herba S. Kunigundis *Trag.* 491. *lat. Common Hemp-agrimony, or Dutch Agrimony.* Ad fluminum & rivulorum ripas, ſcrobium & ſtagnantium aquarum margines. Foliis digitatis, floribus nudis purpureis a congeneribus differt.

Eupatorium cannabinum folio integro, ſeu non digitato. Found by Mr. *Martyn,* and by Dr. *Dillenius,* before you come to *Lee* in the Road to *Eltham.* Varietas prioris; folia ſuperiora ſolummodo ſunt indiviſa, inferiore trifida.

Epaticum eſt ac vulnerarium. Uſus præcipuus in cachexia, catarrhis & tuſſi, inque urina & menſibus retentis. Radicibus vim purgativam ineſſe ſatis validam experimento proprio didicit Geſnerus. Vid. *Hiſt. noſt. p.* 293.

POLYGAMIA SUPERFLUA.

Flores Floſculoſi.

TANACETUM.

CAL. Communis *hemiſphæricus, imbricatus:* ſquamis *acutis, compactis.* COR. Compoſita *tubuloſa, convexa:* corollulæ hermaphroditæ *numeroſæ, tubuloſæ in diſco.* Femineæ *nonnullæ in radio.* Propria Hermaphroditi *infundibuliformis:* limbo *quinquefido, reflexo.* Feminea *trifida, introrſum profundius diviſa.* STAM. *Hermaphroditis* Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Anthera *cylindracea, tubuloſa.* PIST. *Hermaphroditis* Germen *oblongum, parvum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigma *bifidum revolutum.* *Feminis* Germen *oblongum.* Stylus *ſimplex.* Stigmata *duo, reflexa.* PER. *nullum.* Calyx *immutatus.* SEM. *ſolitaria, oblonga, nuda.* REC. *convexum, nudum.*

Ta-

Tanacetum foliis bipinnatis inciſis ſerratis. Tanacetum *Ger.* 525. vulgare *Park.* 81. vulgare luteum *C. B. Pin.* 132. vulgare flore luteo *J. B. III.* 131. *Common Tanſy.* In montoſis Angliæ Borealibus plurimum oritur: alibi etiam ſecus vias & in agrorum marginibus non infrequens.

Tanacetum foliis criſpis *C. B. Pin.* 132. criſpum flore luteo *J. B. III.* 132. criſpum *Park.* 81. criſpum Anglicum *Ger.* 525. *Curled Tanſy.* Varietas eſt præcedentis in Anglia primum obſervata.

Tanaceti Characteriſticæ ſunt flores nudi, flavi, in umbellæ formam digeſti, folia laciniata.

Vulnerarium, uterinum ac nephriticum eſt. Uſus præcip. in lumbricis [Corymbor. & ſem.] quos efficaciter expellit, flatibus & torminibus ventris, calculo renum & veſicæ, menſibus obſtructis, hydrope, &c. Succus manuum pedumque rimas ſanat.

ARTEMISIA.

CAL. Communis *ſubrotundus, imbricatus:* ſquamis *rotundatis, conniventibus.* COR. *compoſita:* corollulæ hermaphroditæ *tubuloſæ, plures in diſco.* Femineæ *petalis ferme nudæ, in ambitu.* Propria hermaphroditi *infundibuliformis:* limbo *quinquefido.* STAM. *Hermaphroditis* Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Anthera *cylindracea, tubuloſa, quinquedentata.* PIST. *Hermaphroditis* Germen *parvum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigma *bifidum, revolutum.* *Feminis* Germen *minimum.* Stylus *filiformis, hermaphroditis longior.* Stigma *hermaphroditis ſimile.* PER. *nullum.* Calyx *vix mutatus.* SEM. Hermaphroditis *ſolitaria, nuda.* Feminis *ſolitaria, nuda.* REC. *planum, nudum, aut villoſum.*

Artemiſia foliis multifidis linearibus, caulibus procumbentibus virgatis. Abrotanum campeſtre *C. B. Pin.* 136. *Park.* 94. *Ger.* 944. Artemiſia tenuifolia ſeu leptophyllos, aliis Abrotanum ſylv. *J. B. III.* 194. *Fine-leafed Mugwort, by ſome Southern-wood.*

Duplex eſt, aliud cauliculis albicantibus, aliud rubentibus. At a Place called *Elden* in *Suffolk,* twelve Miles beyond *Newmarket,* in the Way towards *Lynne,* on the Balks of the Corn-fields, and by the Way-ſides abundantly, for a Mile in Length and Breadth; alſo a Mile from *Barton* Mills, where a ſmall Stone ſtands in the

Way to *Lynne*, to direct Paſſengers; and in the Furze-buſhes under the Hill plentifully; obſerved by *Tho. Williſel.*

Artemiſia foliis multipartitis tomentoſis, racemis cernuis, floſculis femineis ternis. Abſinthium marinum album *Ger.* 940. Abſ. Seriphium Belgicum *J. B. III.* 178. *C. B. Pin.* 139. *Engliſh Sea Wormwood.* In maritimis. Londino olim accepimus nomine Abſinthii Romani, unde Officinis pro eo habitum ſuſpicamur. Locus natalis, & folia valde incana, & in tenues lacinias diſſecta, ſtatura etiam minor & caules non perennantes hanc ſpeciem a vulgari ſatis diſtinguunt.

Abſinthium maritimum Seriphio Belgico ſimile, latiore folio, odoris grati *D. Plukenet.* Seriphii Belgici varietas major nobis videtur. Ad oras maritimas Angliæ noſtræ invenimus; *D. Plukenet.* (Et prope *Sheerneſs* in inſula *Shepey D. J. Sherard.*) Ab aliis differt foliis incanis lanuginoſis, ramis expanſis, capitulis minoribus, non erectis ut in quinta ſpecie, ſed pendulis ceu in vulgari. Hoc *Petiverus* nomine marini Gallici *H. Br. T.* 20. *f.* 3. exhibuiſſe videtur.

Abſinthii maritimi latiore folio ſpeciem quondam in inſula Merſeia prope Colceſtriam invenit *D. Dale.* An Plukenetianæ prædictæ eadem ſit, an potius Abſinthio Seriphio Gallico *C. B.* i. e. Seriphio Narbonenſi *Park.* Seriphio tenuifolio maritimo Narbonenſi *J. B.* dubitat. (Eandem *D. Jac. Sherard* prope *Sheerneſs* in inſula *Shepey* obſervavit. Ex ſententia *D. Dale* eadem eſt cum Abſinthio Seriphio Germanico *C. B. Pin.* 139. marino Miſnenſi *Cluſ. H.* 339. *deſcr.* Seriphio Germanico ſucculento folio, ſive Miſnico *J. B. III* 178. An autem a vulgari maritimo ſpecie differat, merito dubium videtur.)

(In Abſinthio ſane maritimo maxima eſt varietas, tum quoad folia, tum quoad caules ramoſque & corymbos, dum folia modo latiora, modo anguſtiora, coloris nunc ſubvirentis, nunc magis candidi obſervantur; caules autem & rami modo craſſiores magiſque ſparſi, modo ſtrictiores & magis congeſti eſſe ſolent. Corymbi etiam vel capitula nunc craſſiora, nunc anguſtiora ſunt, eaque vel ſparſa & diffuſa, vel propius admota & in ſpicas congeſta, pendula alias & nutantia, alias vero erecta magis, quæ omnes differentiæ ætati, loci conditioni & aliis accidentibus ortum præcipue debere videntur. Ideoque ne ſpecies præter neceſſitatem multiplicemus, eas communi varietatis titulo complecti, quam peculiaribus nominibus indigitare ſatius duximus.)

Abſinthium Seriphium tenuifolium marinum Narbonenſe *J. B.*

J. B. III. 177. minus tenuifolium alte inciſis foliis, cinereum ſalſum Hiſpanicum *Barr. O.* 1008. *Ic.* 460. Found by Mr. *Dale* at *Harwich*, on the Marſh-banks on the Weſt Side of the Town, and in *Merſey* Iſland. Alſo by Mr. *J. Sherard* near *Sheerneſs*, in *Shepey* Iſland. Capitulis anguſtis, erectis, ſpicatim digeſtis & foliis anguſtis a prioribus differt.

Abſinthium maritimum noſtras D. Preſton *Raj. Hiſt. III.* 231. ubi deſcriptionem vide. In maritimis variis in locis oritur, ſpeciatim in ſaxis & rupibus prope *Fifeneſs* in Scotia.

Artemiſia foliis compoſitis multifidis, floribus ſubgloboſis pendulis: receptaculo villoſo. Abſinthium vulgare *Park.* 98. vulgare majus *J. B. III.* 168. latifolium ſeu Ponticum *Ger.* 937. Ponticum ſeu Romanum Officinarum ſeu Dioſcoridis *C. B. Pin.* 138. *Common Wormwood.* In incultis & ruderatis locis ſecus vias publicas paſſim.

Calfacit & ſiccat, ventriculum ac hepar roborat; appetentiam excitat, obſtructiones reſerat, & inde natos affectus tollit, ut Icterum, Hydropem, &c. Febribus putridis etiam diuturnis confert; vitioſos humores per urinam expurgat: pellit præterea interaneorum vermes; tandemque veſtes a tineis conſervat. In uſu ſunt ſuccus ejus expreſſus, aqua deſtillata, ſal fixus, ſyrupus, oleum, quodque reliquis præſtare videtur, Cereviſia ſeu vinum Abſinthites, quod tamen concitationem ad Venerem inhibere creditur. *D. Bowle* in hyſtericis & hypochondriacis affectibus cereviſiæ aut vino aquam Abſinthiten parva quantitate a prandio aut cœna ſumptam præfert, quia caput non tentat aut vaporibus replet. Radicem Abſinthii præſtantiſſimis ſtomachicis annumerat *D. Grevius.* Vid. *Hiſt. noſt. p.* 367. Frequens Abſinthii uſus oculis noxius eſſe dicitur.

Artemiſia foliis pinnatifidis planis inciſis: ſubtus tomentoſis, racemis ſimplicibus, floribus ovatis: radio quinquefloro. Artemiſia vulgaris *J. B. III.* 184. *Park.* 90. vulgaris major *C. B. Pin.* 137. Artem. mater herbarum *Ger.* 945. *Mugwort.* Ad ſepes & agrorum margines. Non aliter differunt Artemiſia 1. & 2. *Ger.* h. e. alba & rubra *Park.* quam caulis & florum colore, teſtibus *J. B. C. B.* & *Johnſono* apud Gerardum, unde pro diverſis ſpeciebus neutiquam ſunt habendæ.

Uterina eſt, menſes, fœtum & ſecundinas pellit, unde mulierculis in uſu eſt creberrimo. Decocto Artemiſiæ, ſi id cum Saccharo & Melle temperetur, tuſſis mitigatur, calculus comminuitur; *Schrod.* Siccatæ pulvis 3 drachm. pondere ſumptus optimum eſt doloris iſchiadici remedi-

 um;

um; *Park.* De præſtantia hujus plantæ contra laſſitudinem multa dicuntur. Vid. *Hiſt. noſt. p.* 373. Sunt qui Carbonem S. Jo. Baptiſtæ die ſub hujus radice effoſſum ad epilepſiam commendant vel de collo ſuſpenſum vel in pulvere exhibitum; *Schrod.* Pharm. l. 4. c. 6. *Fernel. Bod.* a *Stapel. J. B.* qui hujuſmodi ſuperſtitioſas & magicas vanitates merito reprehendit & damnat.

GNAPHALIUM.

CAL. Communis *rotundatus, imbricatus:* ſquamis *ovatis, conniventibus, ſuperne laxioribus.* COR. *compoſita:* corollulæ, hermaphroditæ *tubuloſæ, interdum feminis apetalis mixtæ.* Propria Hermaphroditi *infundibuliformis:* limbo *quinquefido, reflexo.* Feminis *(ſi quæ) nulla corolla conceſſa.* STAM. *Hermaphroditis* Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Anthera *cylindracea, tubuloſa.* PIST. *Hermaphroditis* Germen *coronatum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigma *bifidum. Feminis* Germen *coronatum.* Stylus *filiformis, longitudine hermaphroditi.* Stigma *bifidum, reflexum.* PER. *nullum.* Calyx *perſiſtens, nitidus.* SEM. Hermaphroditis *ſolitaria, oblonga, parva, coronata* Pappo. Feminis *ſimilia hermaphroditis.* REC. *nudum.* OBS. In aliis Corona ſeminis Pappus eſt capillaris, in aliis plumoſus. Species Dioica in alio individuo ſolos flores hermaphroditos a parte feminina abortientes, in alio vero ſolos femininos fœcundos profert.

Argyrocomæ calycibus albis.

Gnaphalium caule ſimpliciſſimo, corymbo ſimplici terminali, ſarmentis procumbentibus. Gnaphalium montanum album *Ger.* 516. montanum ſive Pes cati *Park.* 690. montanum flore rotundiore *C. B. Pin.* 263. montanum flore rubro & purpuraſcente *Merr. Pin.* Piloſella major & minor quibuſdam, aliis Gnaphalii genus *J. B. III.* 162. *Mountain Cudweed, or Catsfoot.* On *Newmarket* Heath, not far from *Botteſham* Beacon, plentifully: Alſo on *Bernak* Heath in *Lincolnſhire, Ingleborough-hill* in *Yorkſhire, Plimllimon* in *Wales,* and many others. Vid. *Merr. Pin.*

Gnaphalium longiore folio & flore *C. B. Pin.* 263. Cum non ſpecie ſed ſexu tantum differat, (vid. *C. G. p.* 60.) iiſdem cum antecedenti locis reperiri nullum dubium eſt.

Gnaphalium Americanum *J. B. III.* 162. *Ger. Em.* 641. Americanum latifolium *C. B. Pin.* 263. Argyrocome ſeu Gnaphalium Americanum *Park. Parad.* 374. *American Cudweed, or Live-ever.* In prato prope *Bocking* vicum agri Eſſexienſis a *D. Dale* copioſe naſcens, & per multos annos durans obſervatum; ſpontaneum tamen ob loci natalis diſtantiam non auſim aſſeverare. (On the Banks of *Rymny* River, for the Space of at leaſt twelve Miles; Mr. *Lhwyd.)*

Gnaphalium foliis ſemiamplexicaulibus enſiformibus repandis obtuſis utrinque pubeſcentibus, floribus conglomeratis. Elichryſum ſylveſtre latifolium capitulis conglobatis *C. B. Pin.* 264. it. Gnaphalium majus lato oblongo folio *Ej. Pin.* 263. *Pluk. Alm.* 171. *T.* 31. *f.* 6. Chryſocome & Heliochryſos ſylveſtris *Lob. Ic.* 485. Gnaphalium ad Stœchadem citrinam accedens *J. B. III.* 160. Gnaphalium Plateau ſecundum *Cluſ. Hiſt.* 329. In the Iſle of *Jerſey*, on dry Banks and Walls very common; Dr. *Sherard.*

Filagines; calycibus cinereis.

Gnaphalium caule ramoſo diffuſo, floribus confertis terminalibus. Gnaphalium longifolium humile ramoſum, capitulis nigris *Nobis.* Gnaphalio vulgari ſimilis *J. B. III.* 159. medium *C. B. Pin.* 263. Filago minor *Park.* 686. *Lob. Ic.* 481. *Dod. Pempt.* 66. *Black-headed, long-leafed, low, branched Cudweed.* In ſcrobibus ſiccis & locis ubi per hyemem aquæ ſtagnarant.

Gnaphalium Germanicum *Pet. H. B.* 18. 8. In arenoſis, ſed raro.

Gnaphalium caule ſimpliciſſimo, floribus ſparſis. Gnaphalium Anglicum *Ger.* 515. Anglicum vulgare majus *Park.* 685. ejuſdemque majus Germanicum. Gnaph. majus anguſto oblongo folio, & majus anguſto oblongo folio alterum *C. B. Pin.* 263. Nam & ipſe hoc, inquit, cum a priore parum differat, qui voluerit idem dicat. Gnaphalium rectum *J. B. III.* 160. *Long-leafed upright Cudweed.* In paſcuis ſolo arenoſo & inter Geniſtas non infrequens eſt. In *Canewood* near *Hampſtead.* Statura elatiore, caulibus rectis, foliis longis, capitulis ſecundum

caules e foliorum alis exeuntibus ab aliis diſcretu facile eſt.

Gnaphalium caule erecto dichotomo, capitulis globoſis axillaribus terminalibuſque. Gnaphalium minus ſeu Herba impia *Park.* 685. vulgare majus *C. B. Pin.* 263. Germanicum *J. B. III.* 168. Filago ſeu Herba impia *Ger.* 517. *Common Cudweed.* In ſiccioribus, ſterilioribus & viis publicis paſſim. Globulis e pluribus floribus coaggeſtis, iiſque quæ in ſummis ramulis ſunt ſupra medium, quod in ſupremo caule eſt, altius aſcendentibus a reliquis diſtinguitur.

Herba impia dictum eſt Anglis *Cudweed,* quod ruminantibus rumen amiſſum revocet: Northumbris *Chafeweed,* quod ad intertrigines valeat. Aſtringit & ſiccat, unde hæmorrhagiæ cuicunque, diarrhœæ & fluxui omni alvi, uteri, &c. medetur: contuſa & oleo cocta ad livores, contuſiones, cæſa & verbera utilis eſt. Aqua deſtillata ad cancrum præcipue mammarum commendat *Dodonæus.*

Montani ſeu Pedis cati ſyrupus peculiari proprietate pulmonum exulcerationi & ſanguinis expuitioni conferre ſtatuitur.

Gnaphalium caule erecto diviſo, floribus pyramidatis lateralibus axillaribuſque. Gnaphalium minimum *J. B. III.* 159. item Gnaphalium vulgare tenuifolium *Ejuſd.* Filago minor *Ger. Em.* 641. Gnaphalium minus repens *C. B. Pin.* 263. male, non enim repit, ſed erigitur. *The leaſt Cudweed.* In arenoſis & glareoſis, nec raro inter ſegetes. Parvitate ſua, & florum globulis minoribus, eque paucioribus floſculis compoſitis a præcedente differt.

Gnaphalium caule erecto dichotomo, floribus pyramidatis axillaribus. Gnaphalium parvum ramoſiſſimum foliis anguſtiſſimis polyſpermon *Hiſt. noſt. I.* 296. minimum alterum noſtras, Stœchadis citrinæ foliis tenuiſſimis, a *D. Samuele Dale* acceptum *Pluk. Alm.* 172. *T.* 298. *f.* 2. *Small narrow-leafed Cudweed, very much branched, and full of Seed.* Among Corn in ſandy Grounds about *Caſtle Heveningham* in *Eſſex,* plentifully ; Mr. *Dale.*

CO-

CONYZA.

CAL. Communis *imbricatus, oblongus, ſquarroſus :* ſquamis *acutis, exterioribus patentiuſculis.* COR. Compoſita *tubuloſa :* corollulæ hermaphroditæ *numeroſæ, tubuloſæ, in diſco.* Femininæ *petalis nudæ, in ambitu.* Propria Hermaphroditi *infundibuliformis :* Limbo *quinquefido, patulo.* Feminis *infundibuliformis Limbo trifido.* STAM. Hermaphroditis Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Anthera *cylindracea, tubuloſa.* PIST. *Hermaphroditis* Germen *coronatum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigma *bifidum. Feminis* Germen *coronatum.* Stylus *filiformis, longitudine hermaphroditi, tenuior.* Stigmata *duo, tenuiſſima.* PER. *nullum.* Calyx *connivens.* SEM. Hermaphroditis *ſolitaria, oblonga, coronata* Pappo *ſimplici.* Feminis *ſolitaria, oblonga, coronata* Pappo *ſimplici.* REC. *nudum, planum.*

Conyza foliis lanceolatis acutis, caule annuo corymboſo. Baccharis Monſpelienſium *Ger. Em.* 792. *Park.* 114. Conyza major Matthioli, Baccharis quibuſdam *J. B. II.* 1051. Conyza major vulgaris *C. B. Pin.* 265. *Great Fleabane, or Plowman's Spikenard.* In montoſis & ſiccioribus ſecus vias & in aggeribus. Serius & ſub Autumnum floret ſemenque maturat.

Floribus nudis, foliis integris, odoratis, ſapore acri & amaro, necnon magnitudine ſua a reliquis hujus generis diſtinguitur. De hujus viribus nihil certi traditur. *D. Hawſe* retulit *Doodio* inſigne eſſe lithontripticum ; *Syn. Ed. II. App.* 345.

Flores radiati.

ERIGERON.

CAL. Communis *oblongus, cylindraceus, imbricatus :* ſquamis *ſubulatis, erectis, gradatim longioribus, ſubæqualibus.* COR. Compoſita *radiata :* corollulæ hermaphroditæ *tubuloſæ, in diſco.* Femininæ *ligulatæ, in radio.* Propria Hermaphroditi *infundibuliformis :* limbo *quinquefido.* Feminæ *ligulata, linearis, ſubulata, erecta, ſæpius integerrima.* STAM. *Hermaphroditis* Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Anthera *cylindracea, tubuloſa.* PIST. *Hermaphroditi* Germen *minimum, coronatum corollula ſua longiori.* Stylus *filiformis, longitudine*

pappi. Stigmata *duo, oblonga, revoluta. Feminæ* Germen *minimum, pappo corolla ſua longitudine fere æquali.* Stylus *capillaris, longitudine pappi.* Stigmata *duo, tenuiſſima.* PER. *nullum.* Calyx *connivens.* SEM. Hermaphroditis *oblonga, parva, coronata* Pappo *longo.* Feminis *ſimillima hermaphroditis.* REC. *nudum, planum.* OBS. Floſculos diſci intimos, ſeu intermedios, ſæpius maſculos eſſe obſervat Dillenius.

Erigeron pedunculis alternis unifloris. After arvenſis cœruleus acris *J. R. H.* 481. Conyza cœrulea acris *C. B. Pin.* 265. *Ger. Em.* 484. odorata cœrulea *Park.* 126. Senecio ſive Erigeron cœruleus, aliis Conyza cœrulea *J. B. II.* 1043. *Blue-flowered ſweet Fleabane.* In ſterilioribus & ſiccioribus paſcuis frequens oritur. In *Charlton* Sand-pits very plentifully; Dr. *Watſon.*

(This Plant flowers ſometimes in *April*, and is of a different Figure from that which flowers the latter End of the Year. In *April* the Branches lye on the Ground, or are but little erect. Obſerved on the Banks of the Lime-kilns at the Foot of *Blackheath*, ſeveral Years, by Mr. *J. Sherard.*

Conyza Canadenſis annua, acris, alba, Linariæ foliis *Boccon. Pl. rar. Tab.* 46. acris annua alba *Mor. Præl.* 256. acris flore albo *Merr. P.* Conyzella *Cat. Giſſ.* 160. & *App.* 142. *Tab.* 8. Circa Londinum, & aliis in locis frequens occurrit, ſed certe non indigena; hoc copiæ ſeminis pappeſcentis debetur, quod facile vento huc illuc impellitur. Ex obſervatione *D. Tancr. Robinſon* M. D.

TUSSILAGO.

CAL. Communis *cylindraceus: ſquamis lanceolato-linearibus (quindecim vel viginti,) æqualibus.* COR. Compoſita *varia.* Corollulæ *in aliis* Hermaphroditæ *tantum, tubuloſæ.* Femineæ *nullæ. In aliis* Hermaphroditæ *tubuloſæ in diſco.* Femineæ *ligulatæ in ambitu. In aliis* Hermaphroditæ *tubuloſæ in diſco.* Femineæ *nudæ, petalo mixtæ.* Propria Hermaphroditi *infundibuliformis:* limbo *quinquefido (vel quadrifido,) acuto, reflexo, calyce longiore.* Femina *nulla aut ligulata, anguſtiſſima, calyce longior, integra.* STAM. *Hermaphroditis* Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Anthera *cylindracea, tubuloſa.* PIST. *Hermaphroditis* Germen *breve, coronatum.* Stylus *filiformis, ſtamine longior.* Stigma *craſſiuſculum.* *Feminis* Germen *breve, coronatum.* Stylus *filiformis, longitudine hermaphroditi,*

diti. Stigma *bifidum, craſſiuſculum.* PER. *nullum.* Calyx *vix mutatus.* SEM. Hermaphroditis *ſolitaria, oblonga, compreſſa, filo ſuſtinentia* Pappum *piloſum.* Feminis, *ſi quæ, ſimillima hermaphroditis.* REC. *nudum.* OBS. *Petaſites* T. caret floſculis in radio, ligulatis, licet quibuſdam feminæi nudi adſint. *Tuſſilago* T. inſtruitur ſemper ſeminis in radio, corolla ligulata præditis.

Tuſſilago ſcapo imbricato unifloro, foliis ſubcordatis angulatis denticulatis. Tuſſilago *Ger.* 666. *J. B. III.* 563. *Park.* 1220. vulgaris *C. B. Pin.* 197. Chamæluce Plinii *Bod. a Stapel. in Theoph. Hiſt.* 877. quod folia ſubtus albicent. Bechion *Common Coltsfoot.* In locis humidis & ubi aquæ ſubſunt.

Lanuginem pronæ foliorum ſuperficiei adnaſcentem abradunt Hiberni, & aſſervant pro fomite ad ignem concipiendum ; *D. Sherard.*

Thoracica eſt inſignis. Folia recentia temperatis proxima ſunt, unde extrinſecus impoſita, ulceribus, calidis inflammationibus, ut & Eryſipelati proſunt, ſiccata vero modice acria & calida evadunt. Eorum fumus ore hauſtus ad modum Nicotianæ tuſſi, orthopnœæ, vomiciſque pectoris conducit. Ad eoſdem affectus paratur Syrupus ex ſucco foliorum recentium, conſerva, tabellæ & eclegmata.

Tuſſilago thyrſo ovato, floſculis omnibus hermaphroditis. Petaſites *Ger.* 668. vulgaris *Park.* 419. major & vulgaris *C. B. Pin.* 197. vulgaris rubens, rotundiore folio *J. B. III.* 566. *Butter-bur, Peſtilence-wort.* In humidis prope fluminum & lacuum ripas.

(Hujus varietatem flore albo ad ripam fluminis infra Bradfordiam aliquando obſervavit *D. Richardſon.)*

Petaſites major, floribus pediculis longis inſidentibus. Found by Mr. *J. Bobart,* aud ſent to the Phyſic-garden at *Chelſea.* By *Dixley* Mill, near *Loughborough,* plentifully ; and by a Brook in the Road between *Aſhby-de-la-zouch* and *Appleby.* Alſo about *Barkley,* near *Leiceſter* ; Mr. *Pultney.*

Notæ hujus ſunt flores folia antevertentes in eodem caule plures in thyrſum dipoſiti, nudi, brevi cum caulibus exareſcentes. Folia ſubrotunda Bechii, ſed majora. Radix inſigniter amara eſt, ſudorifica & alexipharmica in peſte, unde Germanis *Peſtilent Wurtz* dicitur. Commendatur etiam in Lipothymia uterina, ſpiritus difficultate, tuſſi, aſthmate, Extrinſecus ad bubones & ulcera maligna.

SENECIO.

CAL. Communis *conicus, truncatus:* ſquamis *ſubulatis, plurimis, in cylindrum ſuperne contractum parallelis, contiguis, æqualibus, paucioribus baſin imbricate tegentibus, apicibus emortuis.* COR. Compoſita *calyce altior:* corollulæ hermaphroditæ *tubuloſæ, numeroſæ, in diſco.* Femininæ *ligulatæ, in radio, ſi quæ adſit.* Propria Hermaphroditi *infundibuliformis:* limbo *reflexo, quinquefido.* Feminis *(ſi quæ) oblonga, obſolete tridentata.* STAM. *Hermaphroditis* Filamenta *quinque, capillaria, minima.* Anthera *cylindracea, tubuloſa.* PIST. *utriſque* Germen *ovatum, pappo coronatum ſub corollula.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigmata *duo, oblonga, revoluta.* PER. *nullum.* Calyx *conico connivens.* SEM. utriſque *ſolitaria, ovata,* Pappo *crinito, longo, coronata.* REC. *nudum, planum.* OBS. *Senecio* T. caret Radio communi corollæ. *Jacobæa* T. inſtruitur Radio communi corollæ.

Floribus floſculoſis.

Senecio corollis nudis, foliis pinnato-ſinuatis amplexicaulibus floribus ſparſis. Senecio vulgaris *Park.* 671. minor vulgaris *C. B. Pin.* 131. vulgaris ſive Erigeron *J. B. II.* 1041. Erigeron *Ger.* 217. *Common Groundſel, or Simſon.* In locis cultis, arvis, hortis, areis ubique. Vires vide *Hiſt. noſt. p.* 290.
- Succus vel decoctum cum uvis Corinthiacis leniter purgat per vomitum. Uſus ejus eſt in cholera, ictero, intemperie calida hepatis, lumbricis, iſchiadico dolore, febre tertiana, &c. Extrinſecus in mammis inflammatis, ſcabie capitis, ſtrumis, dolore ventriculi, urina remorata, arthritide vulneribus; *Schrod.*

Floribus radiatis; radio revoluto.

Senecio corollis revolutis, foliis pinnatifidis viſcidis, ſquamis calycinis laxis longitudine perianthii. Senecio hirſutus viſcidus major odoratus *J. B. II.* 1042. incanus pinguis *C. B. Pin.* 131. fœtidus *Park.* 671. Erigeron tomentoſum *Ger.* 217. *Em.* 278. *Cotton Groundſel, or ſtrong-ſcented Groundſel.* In arenoſis paſſim. On the Fen Banks in the Iſle of *Ely*, plentifully.

Se-

Senecio minor latiore folio, ſive montana *C. B. Pin.* 131. Senecium montanum *Tab. Ic.* 169. Erigerum *Ger.* 217. Jacobæa annua Senecionis folio, parvo flore *Comm. Ac. R. Sc. A.* 1720. *p.* 298. *n.* 19. Folia non tomentoſa, nec viſcida aut graveolentia ſunt; capitula parva gracilia, ſemifloculorum exilium corona cinguntur, quo non obſtante Senecionis potius, cui tota facie accedit, quam Jacobææ ſpecies videtur. Near *Hornſey*, and on *Blackheath*, along the Road to *Charlton*, plentifully; *D. Dillenius.*

Senecio corollis revolutis, foliis pinnatifidis denticulatis, caule corymboſo erecto. Jacobæa Senecionis folio incano perennis *Syn. II.* 82. 2. Jac. Senecionis folio *Pet. H. Br.* 17. 3. An Jacobæa vulgaris minor *Park.* 668. *deſcr. Hoary perennial Ragwort, with Groundſel Leaves.* In paſcuis, præſertim inter vepres, inque ſæpium aggeribus.

Jacobæa latifolia paluſtris ſive aquatica *Syn.* 2. 82. 3. Jac. Barbareæ inſtar laciniata *Fl. Pr.* 129. *ic.* 35. An Jacobæa latifolia *J. B.*? An Pannonica latifolia *Ejuſd.*? i. e. latifolia *Ger. Em.*? latifolia Pannonica prima *Park.*? Alpina laciniata flore Buphthalmi *C. B.*? *Broad-leafed Marſh, or Water Ragwort.* Ad foſſas & in aquoſis ubique.

Foliis latioribus & pæne integris; floribus in ſummis caulibus paucioribus & magis ſparſis, locoque natali a præcedentibus differt.

Senecio corollis radiantibus, foliis pinnato lyratis: laciniis lacinulatis, caule erecto. Jacobæa vulgaris *J. B. II.* 1057. vulgaris major *Park.* 668. vulgaris laciniata *C. B. Pin.* 131. Jacobæa *Ger.* 218. *Common Ragwort, Seggrum.* In paſcuis, præſertim humidioribus, inque incultis & ad vias paſſim. Flore nudo copioſiſſime naſcens in ſabuloſis prope littus, tribus vel quatuor milliaribus a *Drogheda* occurrit; adeo ut e mille plantis vix unam flore radiato reperias, *D. Sherard.* Eſt Senecio Jacobææ folio *Mor. Præl.* 309.

Floribus radiatis: radio patente, foliis indiviſis.

Senecio corollis radiantibus, foliis enſiformibus acute ſerratis ſubtus ſubvilloſis, caule ſtricto. Virgæ aureæ ſive Solidagini anguſtifoliæ affinis, Lingua avis Dalechampii *J.*

J. B. II. 1063. Conyza paluſtris *Park.* 1232. paluſtris ſerratifolia *C. B. Pin.* 266. *Marſh golden Rod, or Confound*; by ſome *Marſh Fleabane, or Bird's-tongue.* In foſſis paluſtribus earumque aggeribus in inſula Elienſi, ſed rarius. We obſerved it near *Stretham* Ferry.

Senecio corollis radiantibus, floribus corymboſis, foliis lanceolatis ſerratis glabriuſculis. Virga aurea maxima radice repente D. Bobart. *Syn. II.* 81. 4. aurea maxima radice repente, ſive Doria major repens *H. Ox. III.* 123. 1. Solidago Saracenica *Dod. Pempt.* 141. Virga aurea anguſtifolia ſerrata *C. B. Pin.* 268. aurea anguſtifolia ſerrata, ſive Solidago Saracenica *J. B. II. L.* 24. *p.* 1063. *Broad-leafed indented Golden-rod.* Found plentifully growing by the Side of a ſmall River between *Wells* and *Glaſtenbury*, by Mr. *Bobart.* (In the Road about a Quarter of a Mile from *Hallifax*, towards *Richlay*, on the left Hand; Mr. *Newton.*) In the Warren at *Smith's-hall* in *Eſſex*; Mr. *Blackſtone.* Near *Maplethorp-hall*; Dr. *Watſon.* It grows as plentifully in our Fields at *Salkeld*, as the *vulgaris*, which is as common as any Plant we have; Mr. *Nicholſon.* Vid. Cambd. Brit. Ed. Gibſ. p. 846.)

Vulneraria eſt celeberrima intrinſecus & extrinſecus adhibta, ipſi etiam Solidagini Saracenicæ præferenda: lithontriptica diureticaque non e poſtremis omnium conſenſu. Aſtringit inſuper, proinde diarrhœæ, dyſenteriæ & ſanguinis expuitioni medetur.

ASTER.

CAL. Communis *imbricatus:* ſquamis *anterioribus apice prominulis.* COR. Compoſita *radiata:* corollulæ hermaphroditæ *numeroſæ, in diſco.* Femininæ *ligulatæ, decem plures, in radio.* Propria Hermaphroditi *infundibuliformis:* limbo *quinquefido, patulo.* Feminæ *ligulata, lanceolata, tridentata.* STAM. *Hermaphroditis* Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Anthera *cylindracea, tubuloſa.* PIST. *Hermaphroditis* Germen *coronatum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigma *bifidum, patens.* *Feminis* Germen *coronatum.* Stylus *filiformis, longitudine hermaphroditi.* Stigmata *duo, oblonga, revoluta.* PER. *nullum.* Calyx *vix mutatus.* SEM. Hermaphroditis *ſolitaria, oblonga, ovata, coronata* Pappo. Feminis *ſimilia hermа-*

maphroditis. REC. *planiuſculum, nudum.* OBS. *Pappus* communiter capillaris eſt.

Aſter foliis lanceolatis integerrimis carnoſis glabris, ramis inæquatis, floribus corymboſis. Aſter maritimus cœruleus Tripolium dictus. Tripolium majus & minus *J. B. II.* 1064. vulgare majus & minus *Ger.* 333. majus ſive vulgare, & minus *Park.* 673. majus cœruleum & minus *C. B. Pin.* 267. cum enim non aliter quam magnitudine differant, non eſt cur ſeparem. *Sea Starwort, the greater and leſſer.* In ſalſis maritimis ubique. Tripolium flore nudo circa Briſtolium copioſum obſervavi. (Tripolium folio latiore, ramoſius. Collegit *D. Lhwyd* in agro Pembrokienſi *D. Richardſon.*)

SOLIDAGO.

CAL. Communis *oblongus, imbricatus:* ſquamis *oblongis, anguſtis, acuminatis, rectis, conniventibus.* COR. Compoſita *radiata:* Corollulæ hermaphroditæ *tubuloſæ, plurimæ, in diſco.* Feminæ *ligulatæ, decem pauciores (ſæpius quinque,) in radio.* Propria Hermaphroditi *infundibuliformis:* limbo *quinquefido, patulo.* Feminea *ligulata, lanceolata, tridentata.* STAM. *Hermaphroditis* Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Anthera *cylindracea, tubuloſa.* PIST. *Hermaphroditis* Germen *coronatum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigma *bifidum, patens. Feminæ* Germen *coronatum.* Stylus *filiformis, longitudine hermaphroditi.* Stigmata *duo, revoluta.* PER. *nullum.* Calyx *vix mutatus.* SEM. Hermaphroditis *ſolitaria, ovato-oblonga, verticaliter inſidentia, coronata* pappo *capillari.* Feminis *ſimillima hermaphroditis.* REC. *planiuſculum nudum.*

Solidago caule ſubflexuoſo angulato, racemis paniculatis erectis confertis. Virga aurea *Ger.* 348. aurea vulgaris *Park.* 542. aurea 4. ſive anguſtifolia minus ſerrata *C. B. Pin.* 268. aurea vulgaris latifolia *J. B. II.* 1062. *Golden Rod.* In ericetis & montoſis ſylvis ac ſaltubus.

Virga aurea montana, folio anguſto ſubincano, floſculis conglobatis *Syn. II.* 81. 3. aurea Cambriæ *Pet. H. B.* 16. 11. *Narrow-leafed Mountain Golden-rod, with a hoary Leaf and conglomate Flowers.* In paſcuis ad ſummitatem montis *y Glydder* copioſe. An vero ſpecies diſtincta ſit a vulgari, an potius ejuſdem varietas ulteriori examini relinquimus, *D. Lhwyd;* (An virga aurea montana, biuncialis, pumila, foliorum apicibus

cibus obtuſis *Pluk. Alm.* 390. *Tab.* 235. *fig.* 8. ? In hortis culta ad pedalem aſſurgit altitudinem.)

Virga aurea vulgari humilior. Virga aurea humilis, a vulgari diſtincta D. Sherard. *R. Syn. App.* 341. Foliis eſt anguſtioribus leviter ſerratis, longis pediculis inſidentibus, floribus majoribus, e foliorum alis, in ſpicam quaſi congeſtis. Collecta in Hibernia.

INULA.

CAL. Perianthium *imbricatum: foliolis laxis, patulis: exterioribus majoribus, æqualis longitudinis.* COR. Compoſita, *radiata, lata.* Corollulæ hermaphroditæ, *æqualis altitudinis, numeroſiſſimæ in diſco.* Femineæ *ligulatæ, numeroſæ, confertæ, in radio.* Propria Hermaphroditi *infundibuliformis: limbo quinquefido, erectiuſculo.* Feminea *ligulata, linearis, integerrima.* STAM. *Hermaphroditis* Filamenta *quinque, filiformia, brevia.* Anthera *cylindrica, compoſita ex minoribus quinque, linearibus, coalitis: ſingulis pone deſinentibus in ſetas duas, rectas longitudine filamentorum.* PIST. *Hermaphroditis* Germen *longum, coronatum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigma *bifidum, erectiuſculum.* *Femineis* Germen *longum, coronatum.* Stylus *filiformis, capillaris, ſemibifidus.* Stigmata *erecta.* PER. *nullum.* Calyx *immutatus.* SEM. *Hermaphroditis ſolitaria, linearia, quadrangula, coronata* pappo *ſimplici, longitudine ſeminis.* Femineis *ſimilia hermaphroditis.* REC. *planum, nudum.* OBS. Ergo antheris inferne in ſetas decem deſinentibus non modo ab Aſtere, ſed ab omnibus adhuc nobis cognitis differt.

Inula foliis ovatis rugoſis: ſubtus tomentoſis, calycum ſquamis ovatis. Helenium *Ger.* 649. vulgare *C. B. Pin.* 276. Helenium ſive Enula campana *Park.* 674. *J. B. III.* 108. *Elecampane.* In pratis & paſcuis humidioribus, ſed rarius. Partium omnium magnitudine, radicis etiam ſapore amaro & aromatico a reliquis papposis integrifoliis differt.

Radix ſaccharo condita, vel ſiccatæ pulvis cum ſaccharo aut melle mixtus, plurimum prodeſt adverſus reſpirandi difficultatem, orthopnœam, aſthma, veteremque tuſſim, unanimi Medicorum conſenſu & experientia ſuffragante. Ventriculo inſuper commoda eſt ad coctionem promovendam a cibo ſumpta. Commendatur præterea ut peculiare præſervativum peſtis tempore mane ſumpta.

Vinum

Vinum quod in Germania ex radicibus paſſim paratur, viſum acuit. Vinum Gallicum album in quo radices per triduum infuſæ, mane dimidii Sextarii menſura ſumptum virginum chloroſin ſanat. Decoctum radicis a nonnullis ad ſpaſmum, convulſiones & dolorem Iſchiaticum laudatur.

Inula foliis oblongis, caule hirſuto paniculato, ſquamis calycinis ſetaceis. Conyza media *Ger. Em.* 482. media Aſteris flore luteo, vel tertia Dioſcoridis *C. B. Pin.* 265. media Matthioli, flore magno luteo, humidis locis proveniens *J. B. II.* 1050. Herba dyſenterica *Cat. Altdorf. Middle Fleabane.* In aquoſis & ad rivos.

Loco natali, floris amplitudine, odore ſaponis a reliquis Conyzis diſtinguitur.

Inula foliis undulatis amplexicaulibus, caule proſtrato. Conyza minor *Matth. P. II.* 223. *Valg.* minima *Ger. Em.* 482. mediæ minor ſpecies, flore vix radiato *J. B. II.* 1050. minore flore globoſo *C. B. Pin.* 266. *Small Fleabane.* In locis ubi per hyemem aquæ ſtagnarant. Parvitate ſua & floribus vix radiatis a præcedente facile diſtinguitur, cum qua convenit floribus poſt-natis ſupra primigenios eminentibus, ramulis ſcil. quorum faſtigiis inſident medio caule altius aſſurgentibus, ut in Gnaphalio vulgari.

Inula foliis linearibus carnoſis tricuſpidatis. Aſter maritimus flavus, Crithmum Chryſanthemum dictus. Crithmum chryſanthemum *Park.* 1287. *Ger. Em.* 533. maritimum flore Aſteris Attici *C. B. Pin.* 288. marinum tertium Matthiolo, flore luteo Buphthalmi *J. B. III.* 106. *Golden-flowered Sampire.* In maritimis, ſed non ita frequens. I have obſerved it in a Marſh near *Hurſt-caſtle*, over-againſt the Iſle of *Wight*, plentifully; on the Rocks at *Llandwyn* in *Angleſea*; and on the Bank of the River juſt above *Fulbridge* at *Maldon*, in *Eſſex*, found by Mr. *Newton.* (It grows alſo near *Sheerneſs* in *Shepey* Iſland;) Mr. *J. Sherard.* Folia huic craſſa, in extremo inciſa.

BELLIS.

BELLIS.

CAL. Communis *ſimplex, erectus:* foliolis *decem ad viginti, duplici ſerie poſitis, lanceolatis, æqualibus.* COR. Compoſita *radiata:* corollulæ hermaphroditæ *tubuloſæ, numeroſæ, in diſco.* Femininæ *ligulatæ, calycis foliis plures; in radio.* Propria Hermaphroditi *infundibuliformis:* limbo *quinquefido.* Feminea *ligulata, lanceolata, vix tridentata.* STAM. *Hermaphroditis* Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Anthera *cylindracea, tubuloſa.* PIST. *Hermaphroditi* Germen *ovatum.* Stylus *ſimplex.* Stigma *emarginatum.* *Feminæ* Germen *ovatum.* Stylus *filiformis.* Stigmata *duo, patula.* PER. *nullum.* Calyx *immutatus.* SEM. Hermaphroditis *ſolitaria, ovata, compreſſa, verticaliter poſita, nuda.* Feminis *ſimilia hermaphroditis.* REC. *nudum, conicum.*

Bellis ſcapo nudo. Bellis ſylv. minor *C. B. Pin.* 261. minor ſylv. ſimplex *Park.* 530. minor 4. ſeu ſylveſtris, & 5. ſeu ſylveſtris altera *Ger. Em.* 635. minor ſylveſtris ſpontanea *J. B. III.* 111. *Common wild Daiſie.* In pratis & paſcuis per totum annum floret.

Florum barbulæ diverſi a medio diſco coloris; caules nudi monanthes hanc a reliquis diſtinguunt.

Bellis flore herbaceo globoſo; *Merr. Pin.* Prioris varietas eſt. In Mr. *Selden*'s Coppice, near his Houſe, in *Worceſterſhire*; Mr. *Morgan.*

Vulnerarium eſt inſigne ſeu exterius in emplaſtris & fomentis, ſive interius vulnerariis potionibus ſucco immiſto. Radices exterius ad ſtrumas & ſcrophulas optimo ſucceſſu uſurpantur: in lacte decoctæ & catellis exhibitæ impediunt ne creſcant. Mulierculis noſtratibus uſitatum eſt herbam cum floribus ad alvum laxandam exhibere; *Schrod.*

CHRYSANTHEMUM.

CAL. Communis *hæmiſphæricus, imbricatus:* ſquamis *arcte incumbentibus,* interioribus *per gradus majoribus,* intimis *in membranas pellucidas laxiores terminatis.* COR. Compoſita *radiata:* corollulæ hermaphroditæ *tubuloſæ, numeroſæ, in diſco.* Femininæ *duodecim plures, ligulatæ, in radio.* Propria Hermaphroditis *infundibuliformis, longitudine calycis:* limbo *quinquefido, patulo.* Feminis *ligulata, oblonga, tridentata.* STAM. *Hermaphroditis* Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Anthera *cylindracea, tubuloſa, corolla fere brevior.* PIST. *Herma-*

maphroditis Germen *ovatum.* Stylus *filiformis, ſtaminibus longior.* Stigmata *duo, revoluta. Feminis* Germen *ovatum.* Stylus *filiformis, cum hermaphroditis æqualis.* Stigmata *duo, obtuſa, revoluta.* PER. *nullum.* Calyx *immutatus.* SEM. Hermaphroditis *ſolitaria, oblonga, nuda.* Feminis *ſimillima hermaphroditis.* REC. *nudum, punctatum, convexum.* OBS. *Leucanthemi* T. Corollula feminina lanceolata eſt, & membranæ calycinæ anguſtæ. *Chryſanthemi T.* Corollula feminina ovato-truncata eſt, & membranæ calycinæ ovatæ.

Chryſanthemum foliis amplexicaulibus oblongis: ſuperne ſerratis, inferne dentatis. Leucanthemum vulgare *Inſt. R. H.* 492. Bellis major *J. B. III.* 114. *Ger.* 509. major vulgaris ſeu ſylveſtris *Park.* 528. ſylv. caule folioſo major *C. B. Pin.* 261. *The great Daiſie, or Ox-eye.* In pratis & paſcuis, non raro et inter ſegetes.

Herba integra [caules, folia & flores] in Zythogalo decocta & pota adverſus aſthma, phthiſin, orthopnœam inſigne remedium cenſetur. In vulneribus & rupturis utilis eſt, in potu bibita, vel emplaſtri modo impoſita. (Min. Bell. hæ vires magis competunt.)

Chryſanthemum foliis amplexicaulibus: ſuperne laciniatis; inferne dentato-ſerratis. Chryſanthemum ſegetum *Ger. Em.* 743. ſegetum noſtras *Park.* 1370. folio minus ſecto, glauco *J. B. III.* 105. Bellis lutea foliis profunde inciſis major *C. B. Pin.* 262. *Corn Marigold.* Inter ſegetes frigidiorum regionum frequens, æſtuoſis tractibus rarius.

Chryſanthemum ſegetum noſtras, folio glauco multi-ſciſſo majus, flore minore. The Leaf almoſt as much cut, and as variouſly as the firſt Cretick kind of *Cluſius*, but glaucous, and the Flowers not half ſo big. In Corn-fields near *Glaſtonbury*, but very rarely; *D. Plukenet. Alm.* 102.

Forte hæc ſpecies eſt quam intelligit *D. Hermannus* titulo Chryſanthemi ſegetum, facie Bellidis ſylveſtris, foliis glaucis Papaveris hortenſis inſtar, profunde inciſis, majus *Cat. Hort. Lugd. Bat.*

Chryſanthemum ſegetum noſtras, Calendulæ folio glauco, neque ſecto, neque ſerrato *Pluk. Alm.* 102.

MATRICARIA.

CAL. Communis *hemiſphæricus, conſtans* ſquamis *linearibus, imbricatis, fere æqualibus.* COR. Compoſita *radiata:* corollulæ hermaphroditæ *tubuloſæ, numeroſæ, in diſco hemiſphærico,*

rico. Femininæ *ligulatæ, in radio.* Propria Hermaphroditi *infundibuliformis :* limbo *quinqueſido, patente.* Feminea *oblonga, tridentata.* STAM. Hermaphroditis Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Anthera *cylindracea, tubuloſa.* PIST. Hermaphroditis Germen *oblongum, nudum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigma *bifidum, patens. Feminæ* Germen *nudum.* Stylus *filiformis, longitudine fere hermaphroditi.* Stigmata *duo, revoluta.* PER. *nullum.* Calyx *immutatus.* SEM. Hermaphroditis *ſolitaria, oblonga, nuda.* Feminis *ſimillima hermaphroditis.* REC. *convexum, nudum.*

Matricaria foliis compoſitis planis : foliolis ovatis inciſis, pedunculis ramoſis. Matricaria *Ger.* 256. vulgaris *Park.* 83. Matricaria vulgo, minus Parthenium *J. B. III.* 129. Matric. vulgaris, ſeu ſativa *C. B. Pin.* 133. *Fever-few.* Ad ſepes & in locis ruderatis. Variat & flore nudo plenoque (i. e. ſemifloſculis numeroſioribus donata) ſubinde reperitur.

Ad uterinos affectus (menſes, fœtum & ſecundinas remorantes, ſuffocationem uteri &c.) non parum confert decoctum & potum, ut vel nomen arguit. Ventris tineas expellit non ſecus ac Centaurium & Abſinthium ; immo quæcunque amara poſſunt, utiliter præſtat.

Matricaria receptaculis hemiſphæricis, foliis bipinnatis ſubcarnoſis : ſupra convexis, ſubtus carinatis. Chamæmelum maritimum perenne humilius, foliis brevibus craſſis, obſcure virentibus.

Flos figura & magnitudine nobili ſimilis, ſemifloſculis integris, odor autem licet illi quadantenus accedat, valde eſt remiſſus, folia autem craſſiora & breviora, obſcuro virore ſplendentia, caules firmiores obſcure purpuraſcunt & glabri ſunt, totaque planta robuſtior eſt, & per ceſpites magis naſcitur nec tam late ſe ſpargit repitve, aliorum vero inſtar minime erigitur, ſed romani inſtar reſupinatos habet cauliculos, a quo & aliis quod perenne ſit, & folia habeat valde brevia, ſplendentia, abunde differt. Radix lignoſa profunde deſcendit, qua nota & quod caules annotini in eadem planta reſtent, perennem eam eſſe abunde comparet. Ceterum plures uno in eodem cauliculo flores plerumque comparent, quod in nobili non æque obſervatur. Floret Julio, & naſcitur in ora maritima Suſſexiæ, ubi loco *Cockbuſh* vocato, ſeptem milliaribus Ciceſtria diſtante, ſatis copioſe obſervavit *D. Dillenius.* Figuram vide Tab. VII. Fig. 1.

Chamæ-


TAB . VII.
Pag 434
Fig . 1 ,
p 434
Fig . 2 , p. 415
a

Chamæmelum maritimum latifolium ramoſiſſimum, flore albo *Pluk. Alm.* 97. marinum *J. B. III.* 122. Matricaria maritima *C. B. Pin.* 134. Angliæ noſtræ alumna eſt; *Dr. Plukenet.* Foliis quam in aliis ſpeciebus latioribus in tantum ab iis diſtinguitur, ut alias notas commemorare non ſit opus.

Matricaria receptaculis hemiſphæricis, radiis patentibus, ſeminibus coronato marginatis, ſquamis calycinis margine obſoletis. Chamæmelum *Ger.* 615. [quoad iconem, nam deſcriptio eſt Chamæmeli nobilis ſeu Romani] vulgare *Park.* 85. [qui vulgare cum nobili confundit] vulgare, Leucanthemum Dioſcoridis *C. B. Pin.* 135. vulgare amarum *J. B. III.* 116. In locis cultis & inter ſegetes.

A Cotula fœtida differt, quod odore careat, quodque caule elatiore & majore ſit, foliis viridioribus & in tenuiora ſegmenta diſſectis: a Chamæmelo Romano odoratiſſimo, quod recto caule aſſurgat, quodque annuum ſit & odore careat.

ANTHEMIS.

CAL. Communis *hemiſphæricus*: ſquamis *linearibus, fere æqualibus.* COR. Compoſita *radiata*: corollulæ Hermaphroditæ *tubuloſæ, numeroſæ, in diſco convexo.* Femininæ *ligulatæ, in radio.* Propria Hermaphroditi *infundibuliformis*: limbo *quinquedentato, erecto.* Feminæ *ligulata, lanceolata, interdum tridentata.* STAM. *Hermaphroditis* Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Anthera *cylindracea, tubuloſa.* PIST. *Hermaphroditis* Germen *oblongum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigmata *duo, reflexa.* *Feminis* Germen *oblongum.* Stylus *filiformis, longitudine hermaphroditi.* Stigmata *duo, revoluta.* PER. *nullum.* Calyx *immutatus.* SEM. Hermaphroditis *ſolitaria, oblonga, nuda.* Feminis *ſimillima hermaphroditis.* REC. *conicum,* paleis *inſtructum.*

Anthemis foliis pinnato compoſitis linearibus acutis ſubvilloſis. Chamæmelum odoratiſſimum repens flore ſimplici *J. B. III.* 118. nobile ſeu Leucanthemum odoratius *C. B. Pin.* 135. Romanum *Ger.* 616. *Sweet-ſcented creeping Camomile.* In paſcuis uliginoſis. In *Cornwal* ſo plentifully, that you may ſcent it all along as you ride. Plentifully on *Muſwell-hill*; Dr. *Watſon.*

Parkinſonus Chamæmelum odoratius ſeu Romanum in hortis noſtris cultum, & *Chamomile* vulgo dictum pro

Chamæmelo vulgari habet, cum tamen *Turnerus* eum docere potuiſſet, Chamæmelum illud, quod in Anglia tam frequens habetur, ut non ſolum hortenſe ſit, verum etiam ſupra Londinum ſponte exeat in planitie Richmondiana & Branfordiana, omniumque copioſiſſime in Hounſleiana Romanum eſſe, non vulgare.

Digerit, laxat, emollit, mitigat dolorem, menſes & urinam ciet: eapropter uſus inſignis eſt in dolore colico, in cruciatibus ſpaſmi flatulenti, & convulſionibus. Extrinſecus ejus uſus in paregoricis, emollientibus, maturantibus, cataplaſmatis, clyſteribus, &c. *Schrod.* Inter omnes plantas quotquot in balnea contra calculum recipiuntur, nihil floribus Chamæmeli efficacius: quin & decoctum intro aſſumptum adverſus eum commendatur. Vid. *Simon Paulli Quadrip. Botan.*

Chamæmelum nobile potentius calefacit & attenuat, digerit etiam & rarefacit; remiſſius vero emollit ac dolores mitigat. Succi hujus cochlearia duo vel tria cum guttulis aliquot ſpiritus vitrioli in juſculo exhibita, in febre intermittente cujuſcunque generis paroxyſmum plerumque auferunt.

Chamæmelum luteum capitulo aphyllo *C. B. Pin.* 135. aureum peregrinum capitulo ſine foliis *J. B. II.* 1. 219. nudum odoratum *Ger.* 616. Præcedentis varietas eſt, in Anglia referente *Bobarto H. Ox. III. p.* 35. obſervata.

Anthemis receptaculis conicis, paleis ſetaceis, ſeminibus coronato marginatis. Chamæmelum inodorum *C. B. Pin.* 135. inodorum ſive Cotula non fœtida *J. B. III.* 120. Cotula *Tab. Ic.* 21. Buphthalmum album *Pet. H. B.* 19. 8. Huic flos major & aliæ quædam notæ ſunt, in viva potius planta percipiendæ oculis, quam verbis exprimendæ, quibus a priori diverſam eſſe ſpeciem conſtat. Found in the Gravel-pits in *Peckham-fields*, and in the barren Stubble-fields betwixt *Eltham* and *Shooterſhill*, before you come to the *Katherine-wheel*, by Mr. *J. Sherard. D. Plukenetius* hanc ſpeciem vocat, Chamæmelum elatius, foliis obſcure virentibus, ſemine nigro *Alm. p.* 27. Prout ſemina ſe habeant, incertum, ate folia obſcure viridia non ſunt; forte is hoc nomine varietatem tertiam ſequentem indigitavit, quæ tamen minus erecta eſſe ſolet.

Cotula non fœtida flore pleno. In St *James*'s Field, on the upper Side, near the Highway; *Merr. Pin.* At *Great Strickland*; Th. Lawſon. *Robinſ. N. Hiſt. of Weſtm. p.* 91. Prioris varietas.

Cha-

Chamæmelum majus folio tenuiſſimo, caule rubente *H. R. Monſp.* 53. Paſſim circa Londinum, v. g. *Batterſea* & *Putney* prima æſtate. Tum deſcriptio tum figura Chamæmeli fœtidi marini *J. B. III.* 121. huic convenit.

Chamæmelum inodorum annuum humilius, foliis obſcure virentibus *H. Ox. III.* 36. 15. Hoc a reliquis differt ramis patulis reclinatis, floribus ſparſis amplis, diſco e lata baſi in acutiorem mucronem deſinente, & ſemine, quod per maturitatem nigrum fit. Flores & ſemina nulla foliola interpoſita habent. Obſerved by Mr. *Rand* along the Way to *Chelſea*.

Anthemis receptaculis conicis: paleis ſetaceis, ſeminibus nudis. Chamæmelum fætidum *C. B. Pin.* 135. fœtidum ſeu Cotula fœtida *J. B. III.* 120. Cotula alba *Dod. Pemp.* 258. *Stinking May-weed.* Chamæmelum inodorum ſeu Cotulam non fœtidam *J. B.* & aliorum, cum ſolo narium judicio a Cotula fœtida diſcernenda ſit, ut affirmat *J. B.* non eſt cur diverſam ſpeciem ſtatuamus. Cæterum varietatem hanc in Anglia nondum obſervavi; nam quam pro ea olim habui, Chamæmelum vulgare amarum eſſe poſtea deprehendi.

Cotula fœtida flore pleno. Varietas prioris. Found by *Th. Knowlton* in the Fields between *Hitchin* and *Bald-oak*. In the Iſle of *Thanet*, and betwixt *Gillingham* and *Chatham*, in a Cloſe adjoining to the Marſh; *Merr. Pin.*

Anthemis foliis bipinnatis ſerratis ſubtus tomentoſis, caule corymboſo. Buphthalmum vulgare *Ger. Em.* 747. Tanaceti minoris foliis *C. B. Pin.* 134. Matthioli, ſive vulgare Millefolii foliis *Park.* 1370. Chamæmelum Chryſanthemum quorundam *J. B. III.* 122. *Common Ox-eye.* I found this on a Bank near the River *Tees*, not far from *Sogburn*, in the Biſhoprick of *Durham*. Folia huic Millefolii fere, flos Chryſanthemi.

ACHILLEA.

CAL. Communis *oblongo-ovatus, imbricatus:* ſquamis *ovato-acutis, conniventibus.* COR. Compoſita *radiata:* corollulæ hermaphroditæ *tuboloſæ, plures, in diſco.* Femininæ *ligulatæ, quinque ad decem, in radio.* Propria Hermaphroditi *infundibuliformis:* limbo *quinquefido, patulo.* Feminæ *ligulata, obcordata, patens, trifida:* lacinula intermedia *minore.* STAM. *Hermaphroditis* Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* An-

thera *cylindracea, tubuloſa.* PIST. *Hermaphroditis* Germen *parvum.* Stylus *filiformis, longitudine ſtaminum.* Stigma *obtuſum emarginatum.* *Feminis* Germen *parvum.* Stylus *filiformis, longitudine hermaphroditi.* Stigmata *duo, obtuſa, reflexa.* PER. *nullum.* Calyx *vix mutatus.* SEM. Hermaphroditis *ſolitaria, ovata,* flocco *inſtructa, nuda.* Feminis *ſimilia hermaphroditis.* REC. *conico-oblongum :* Paleis *lanceolatis, longitudine floſculorum, tectum.*

Achillea foliis lanceolatis acuminatis argute ſerratis. Ptarmica *Ger.* 483. vulgaris *Park.* 859. vulgaris folio longo ſerrato, flore albo *J. B III.* 147. Dracunculus ſerrato folio pratenſis *C. B. Pin.* 198. *Sneeze-wort, Baſtard-pellitory,* nonnullis *Gooſe-tongue* i. e. Lingua Anſerina, a foliorum forma. Florum barbulæ medio diſco concolores ſunt: color autem albus : locus paluſtris aut pratenſis humidior. Invenitur flore pleno. (Obſerved in one of the little Iſlands called *Small Holme,* in the great Lake of *Winander-meer,* by *Th. Lawſon. Robinſ. Nat. Hiſt. of Weſtm.* By *Chilmark* in *Wilts*; *Merr. Pin.)*

Achillea foliis bipinnatis nudis : laciniis linearibus dentatis. Millefolium vulgare *Park.* 693. vulgare album *C. B. Pin.* 140. terreſtre vulgare *Ger.* 914. Mill. Stratiotes pennatum terreſtre *J. B. III.* 136. *Common Yarrow, or Milfoil,* and in ſome Places *Noſebleed.* Ubique in paſcuis.

Millefolium vulgare purpureum in paſcuis frequens ſolo floris colore a præcedente differt, ideoque ſpecies diverſa cenſenda non eſt. (In omni parte minus eſſe videtur eo quod eſt flore albo ; Mr. *Doody.)*

Millefolium majus, Tanaceti odore. In planitie intra lacum *Lhwyn Dû* & rupes eminentes ut & in aſcenſu montis *Widhna* copioſe ; *D. Richardſon.* Prioris varietas.

Vis hujus ad ſanguinem ſiſtendum. Uſu itaque interno convenit in hæmorrhagiis & fluxionibus omnis generis, narium, uteri, alvi, vulnerum, ſcreatu ſanguinolento, vomitu, urina retenta, calculo, mictione ſanguinolenta, gonorrhœa, hæmorrhoidibus, fluore uterino, mariſcis, *&c.* Extrinſecus adhibetur utiliter cephalalgiæ, hæmorrhagiæ narium & vulnerum, vulneribus conſolidandis, tumoribus hæmorrhoidum, herniæ; ictibus venenatis, tumori penis, *&c. Schrod.* Naribus indita & affricta

folia

folia ſanguinem facile & ſatis copioſe eliciunt; unde nomen Anglicum *Noſebleed*.

POLYGAMIA FRUSTRANEA.

CENTAUREA.

CAL. Communis *imbricatus*, *ſubrotundus*: ſquamis *ſæpius monſtroſe terminatis*. COR. Compoſita *tubulata*, *difformis*: corollulæ hermaphroditæ *plurimæ*, *in diſco*. Feminæ *pauciores*, *majores*, *laxæ*, *in radio*. Propria hermaphroditi *monopetala*: tubo *filiformi*, limbo *ventricoſo*, *oblongo*, *erecto*, *terminato* laciniis *quinque*, *linearibus*, *erectis*. Feminis *monopetala*: tubo *tenui*, *ſenſim ampliato*, *recurvo*; limbo *oblongo*, *obliquo*, *inæqualiter diviſo*. STAM. *Hermaphroditis* Filamenta *quinque*, *capillaria*, *breviſſima*. Anthera *cylindracea*, *tubulata*, *longitudine corollulæ*. PIST. *Hermaphroditis* Germen *infra corollulam*. Stylus *filiformis*, *longitudine ſtaminum*. Stigma *obtuſiſſimum*, *acumine (multis bifido) prominens*. *Feminis* Germen *infra corollulam*, *minimum*. Stylus *nullus*. Stigma *nullum*. PER. *nullum*. Calyx *immutatus*, *connivens*. SEM. Hermaphroditis *ſolitaria*. *Feminæ abortiunt*. REC. Setis *refertum*.

Cyani; calycinis ſquammis ſerrato-ciliatis.

Centaurea calycibus pinnatis: ſquamula ovata: ciliis capillaribus erectis. Jacea major *Ger.* 588. itemque Scabioſa flore purpureo *Ejuſdem* 583. Jacea nigra vulgaris laciniata *Park.* 470. Scabioſa major ſquamatis capitulis *C. B. Pin.* 269. item. Scab. major altera ſquamatis capitulis, ſeu Jacea rubra latifolia laciniata *Ejuſdem Ib.* Centaurium collinum Geſneri flore purpureo *J. B. III.* 32. *Great Knapweed, or Matfellon*. Inter ſegetes. Variat interdum floris colore albo.

Centaurea calycibus ſerratis: foliis linearibus integerrimis: infimis dentatis. Cyanus *J. B. III.* 21. vulgaris *Lob. Icon.* 546. *Ger.* 592. *Em.* 732. *Park.* 482. Cyanus ſegetum *C. B. Pin.* 273. *Blue-bottles*. Inter ſegetes.

Cyanus in hortis ſatus & cultus non ſolum flores edet cœruleos aut albos, ſed et purpureos & carneos, &

varios ſeu albos, medio purpureo aut cœruleo aut carneo.

Flos ejuſque aqua deſtillata utilis eſt in oculorum inflammationibus, rubedine, lippitudine: eorundem [florum] ſuccus inſtillatus valet ad putrida ulcera; pulvis aſſumptus ad morbum regium; quod veriſimile eſt, cum partium tenuium ſint, & tincturam facile communicent infuſi in quocunque liquore, ut v. g. aqua communi, ſpiritu vini, &c.

Centaurea calycibus ſquamoſis, foliis lanceolatis: radicalibus ſinuato dentatis, ramis angulatis. Jacea nigra *Ger.* 588. nigra vulgaris *Park.* 468. nigra vulgaris capitata & ſquamoſa *J. B. III.* 27. nigra pratenſis latifolia *C. B. Pin.* 271. *Knapweed, or Matfellon.* Poſt mediam plerunque æſtatem floret; eſtque in paſcuis nimis frequens. (Variat foliis integris & laciniatis.)

(Sola *Parkinſoni* figura plantæ in Anglia naſcenti competit, obſervandumque eſt, eam quæ in Germaniæ pratis naſcitur, diverſam ab hac eſſe. Illius enim calycis ſquamæ exſuccæ magis ſunt, & attactu ſonoræ, integræ vel paucis inciſuris diviſæ, colore pallidiore ſubfuſco plerumque donatæ; cum hujus plane nigræ ſunt, & copioſis tenuibus ciliaribus fibris terminentur. Flos etiam in hac ſpecie uniformis eſt, cum illius difformis ſit, & ex diverſæ figuræ & magnitudinis floſculis componatur. Jacea cum ſquamis cilii inſtar piloſis *J. B. III.* 2. 8. huic in Anglia naſcenti eadem eſt, ſemina nuda ſeu non pappoſa ſunt; Dr. *Dillenius.*)

In occidentali Angliæ parte hujus varietas occurrit, nec minus frequens quam vulgaris, flore Jaceæ majoris, hoc eſt cum limbo ſeu circulo floſculorum majorum & longiorum in margine, Cyani in modum. (Hæc etiam non longe ab Oxonio inter *Blaiden* & *Yarrenton* copioſe obſervata fuit *D. Dillenio.*)

Hujus varietas aliam adhuc varietatem obſervavit nobiſque oſtendit *Tho. Williſellus* cum flore pleno, cujus flos totus componitur ex ejuſmodi floſculis ſpecioſis. Hæc etiam variat interdum floris colore albo.

Jacea nigra minor, tomentoſa, laciniata. Pedalem raro ſuperat altitudinem, folia ima laciniata, capitula quam pro plantæ modulo majora, flores dilute rubent. Tota planta tomentoſa & quaſi cinerea. Quatuor milliaribus cis *Maltonam* eundo ad Eboracum, loco acclivi ſaxoſo juxta rivulum; *Dr. Richardſ.*

Scabioſæ ut figura ſic viribus affinis videtur.

Ca-

Calycinis ſpinis compoſitis.

Centaurea calycibus ſubduplicato ſpinoſis, foliis ſeſſilibus lateralibus pinnatifidis linearibus dentatis. Carduus ſtellatus *Ger.* 1003. *Dod. P.* 733. ſtellatus ſeu Calcitrapa *J. B. III.* 84. ſtellaris, ſeu Calcitrapa vulg. *Park.* 989. ſtellatus foliis Papaveris erratici *C. B. Pin.* 387. *Star-thiſtle.* Juxta vias publicas & in ſterilioribus.

Centaurea calycibus duplicato-ſpinoſis foliis rameis decurrentibus inermibus lanceolatis; caulinis lyrato-pinnatifidis. Carduus ſtellatus luteus foliis Cyani *C. B. Pin.* 387. Solſtitialis *Ger.* 1003. Solſtitialis Dodonæi *Park.* 989. Spina Solſtitialis *J. B. III.* 90. *St. Barnaby's Thiſtle.* By the Hedges not far from *Cirenceſter* in *Gloceſterſhire*; D. Bobart. Jaceæ potius quam Cardui ſpecies cenſenda eſt tum hæc, tum præcedens planta.

Folia tenera demptis aculeis oleribus non incommode adduntur. Decoctum foliorum confert hydropicis, ictericis & nephriticis; *Matth.* aqua deſtillata pleuriticis; *Trag.* Semen in emulſionibus uſus eſt crebri ad pleuritidem & lateris punctiones. Cardui cujuſcunque ſemen diureticum eſt.

POLYGAMIA NECESSARIA.

OTHONNA.

CAL. Communis *ſimpliciſſimus, monophyllus, baſi obtuſus, acutus, æqualis, in octo vel duodecim ſegmenta diviſus.* Cor. Compoſita *radiata:* corollulæ hermaphroditæ *tubuloſæ, multæ, in diſco.* Feminæ *ligulatæ, in radio, numero ſegmentorum calycis, ſæpe octo.* Propria Hermaphroditi *tubuloſa, quinquedentata, calyce vix longior.* Feminæ *ligulata, lanceolata, calyce longior, tridentata, reflexa.* Stam. *Hermaphroditis* Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Anthera *cylindracea, tubuloſa, longitudine corollulæ.* Pist. *Hermaphroditis* Germen *oblongum.* Stylus *filiformis, ſtaminibus fere longior.* Stigma *ſimplex.* *Feminis* Germen *oblongum.* Stylus *filiformis, longitudine hermaphroditi.* Stigma *bifidum, reflexum, majus.* Per. *nullum.* Calyx *immutatus, perſiſtens.* Sem. Hermaphroditis *raro ulla.*

Feminis

Feminis *ſolitaria, oblonga, nuda aut pappoſa.* REC. *nudum, punctatum.*

Othonna foliis lanceolatis dentato-ſinuatis. Othonna paluſtris. Conyza foliis laciniatis *Ger. Em.* 483. aquatica laciniata *C. B. Pin.* 266. helenitis foliis laciniatis *Park. Th.* 126. *Jagged Marſh Fleabane.* In the Fen Ditches about *Marſh* and *Chattereſs*, in the Iſle of *Ely*: Alſo in the Ditches about *Pillin moſs* in *Lancaſhire*, plentifully; and in the marſhy Places about *Aberavon* in *Merionethſhire*, in *Wales.* (In the Way from *Norwich* to *Yarmouth*, a little before you come to *Oakleybridge*, and at the firſt Town after you come into *Lovingland*; Mr. *J. Sherard.*)

Variat interdum foliis integris ſeu non laciniatis, quæ fortaſſe Conyza helenitis mellita incana Lobelii. Vid. *Hiſt. noſt. p.* 263. Foliis laciniatis a reliquis Conyzis differt, & ad Jacobæam accedit.

Othonna foliis lanceolatis ſubdenticulatis villoſis, floribus umbellatis. Jacobæa Pannonica folio non laciniato *J. B. II.* 1056. anguſtifolia *Ger. Em.* 280. anguſtifolia Pannonica non laciniata *Park.* 668. montana lanuginoſa anguſtifolia non laciniata *C. B. Pin.* 131. *Mountain Ragwort with an undivided Leaf.* On *Gogmagog* Hills, *Newmarket* Heath, the *Devil's Ditch*, and other like Places. In *Hiſt. noſt.* Jacobæam montanam non laciniatam noſtratem a Pannon folio non laciniato ſeparavimus, ſed male.

Ad vulnera & ulcera ſordida & inveterata a recentioribus Jacobæa vulgaris commendatur. Ad dolorem iſchiadicum alioſque inveteratos in unguentis uſurpatur. *Ger.* Alii in tumoribus inflammatoriis & Angina commendant. Verum noſtro tempore, ejus uſus exolevit.

F I L A G O.

CAL. Communis *ex paleis imbricatis, continens in diſco Floſculos Hermaphroditos, plures in ambitu inter ſquamas calycis Floſculos Femineos ſolitarios.* COR. Hermaphroditicæ *infundibuliformes:* limbo *quadrifido, erecto.* Femineæ *vix conſpicuæ, filiformes, anguſtiſſimæ, ore bifidæ.* STAM. *Hermaphroditis* Filamenta *quatuor, capillaria, parva.* Anthera *cylindrica, apice quadridentata.* PIST. *Hermaphroditis* Germen *vix ullum.* Stylus *ſimplex.* Stigma *acutum, bifidum.* *Femineis* Germen *obovatum,*

vatum, majuſculum, depreſſum. Stylus *filiformis.* Stigma *bifidum, acutum.* PER. *nullum.* SEM. Hermaphroditi *abortiunt.* Femineis *obovata, compreſſa, glabra, parva,* Pappo *deſtituta.* REC. *Commune diſci nudum abſque paleis; latere vero floſculos diſtinguentibus* Paleis *calycinis.*

Filago tomentoſa, corymbo ſubramoſo, foliis oblongis obtuſis crenatis. Gnaphalium maritimum *C. B. Pin.* 263. maritimum multis *J. B. III.* 157. marinum *Ger.* 516. marinum ſeu Cotonaria *Park.* 687. *Sea-cudweed, or Cotton weed.* We found it plentifully on the Sand near *Abermeney-ferry* in the Iſle of *Angleſea,* where the common People call it *Calamus aromaticus*; alſo on the gravelly Shore between *Penſans* and St. *Michael's Mount,* in *Cornwal.* Foliis latis in rotundum deſinentibus, floribus ſpecioſis, odore aromatico, & loco natali a Gnaphaliis abunde diſtinguitur. I am informed by my honoured Friend Dr. *Plukenet,* that *Jac. Breynius,* in his *Prodromus,* affirms this Plant to have ſolid Seed, ſo that it doth not properly belong to this Place, but is to be removed to the Corymbiferous Tribe. (Vid. *J. R. H.* 461.)

MONOGAMIA.

JASIONE.

CAL. Perianthium commune *decaphyllum:* foliolis alternis *inferioribus, flores plurimos pedunculis breviſſimis adnexos includens, perſiſtens.* Perianthium proprium *quinquedentatum, germini inſidens, perſiſtens.* COR. Partialis *pentapetala:* Petalis *lanceolatis, erectis, baſi connexis.* STAM. Filamenta *quinque, breviſſima.* Antheræ *quinque, oblongæ, baſi connexæ.* PIST. Germen *ſubrotundum, infra receptaculum proprium.* Stylus *filiformis, longitudine corollæ.* Stigma *bifidum.* PER. Capſula *ſubrotunda, coronata calyce proprio, bilocularis.* SEM. *parva.*

Jaſione foliis lineari-lanceolatis obſolete ſerratis. Rapunculus Scabioſæ capitulo cœruleo *C. B. Pin.* 22. *Park.* 646. Scabioſa globularis, quam ovinam vocant *J. B. III.* 12. Scab. minima hirſuta *Ger. Em.* 723. *Hairy Sheeps Scabious, or rather Rampions with Scabious Heads.* In arenoſis & ſterilioribus requietis agris & paſcuis.

Floſ-

Floſculi corniculati, plurimi in unum capitulum ſeu florem totalem congeſti Rapunculum corniculatum a reliquis diſtinguunt.

LOBELIA.

CAL. Perianthium *monophyllum, quinquedentatum, minimum, germini circumnatum, marceſcens:* denticulis *fere æqualibus,* duobus ſuperioribus *magnis ſurſum ſpectantibus.* COR. *monopetala, leviter ringens.* Tubus *cylindraceus, calyce longior, ſuperne longitudinaliter diviſus.* Limbus *quinquepartitus:* laciniis *lanceolatis, quarum* ſuperiores duæ *minores, magis reflexæ, profundius diviſæ, conſtituentes labium ſuperius:* tres reliquæ inferiores *magis patentes, ſæpius majores.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, longitudine tubi petali.* Antheræ *connatæ in cylindrum oblongum, baſi quinquefariam dehiſcentem.* PIST. Germen *acuminatum, infra receptaculum floris.* Stylus *cylindraceus, longitudine ſtaminum.* Stigma *obtuſum, hiſpidum.* PER. Capſula *ovata, apice dehiſcens, cincta calyce.* SEM. *plurima, minima.*

Lobelia foliis linearibus bilocularibus integerrimis, caule ſubnudo. Gladiolus lacuſtris Dortmanni *Cluſ. Cur. poſt. fol.* 40. lacuſtris Cluſii, ſive Leucojum paluſtre, flore ſubcœruleo Bauhini *Park.* 1250. Leucojum paluſtre flore ſubcœruleo *C. B. Pin.* 41. *Water-gladiole.* In a Pool called *Hulſwater,* that divides *Weſtmoreland* from *Cumberland.* Obſerved by Mr. *Lawſon* in *Winandermere,* plentifully, and *Grayſon Tarne* near *Cockermouth,* in *Cumberland.* (In omnibus Cambriæ montibus occurrit; Dr. *Richardſon.*)

Folia duas uncias longa, anguſta, extremo reflexa, duplici intus tubo per longum excavata: caulis unicus pedalis, teres, concavus, raris foliis. Flores 8. aut 10. pentapetaloides, pallide purpurei, ad Gladiolum accedentes. Aquis profunde immergitur. (Rapuntio affinis eſt; flos enim Rapuntio ſimilis, ut & vaſculum calyxque, qui cum eo conjunctus in fructum abit Rapuntio plane ſimilem, niſi in eo ſaltem diverſum, quod is noſtra obſervatione in duo ſaltem loculamenta dividatur.)

VIOLA.

CAL. Perianthium *pentaphyllum, breve, perſiſtens:* foliolis *ovato-oblongis, erectis, apice acutioribus, baſi obtuſis, ſupra baſin affixis, æqualibus, ſed diſpoſitione variis: quorum duo fulciunt petalum* α. *ſingula ſingulum petalum* β. γ. *unicum duo petala* δ. ε. *ſimul.* COR. *pentapetala, ringens:* petalis *inæqualibus; quorum.* Petalum α. ſupremum *rectum, deorſum ſpectans, latius, obtuſius, emarginatum, deſinens baſi in* Nectarium *corniculatum, obtuſum, inter calycis folia prominens.* β. γ. lateralia *paria, oppoſita, obtuſa, recta.* δ. ε. infima *paria, majora, ſurſum reflexa.* STAM. Filamenta *quinque, minima, quorum* duo *petalo* α. *proxima appendicibus annexis intrant nectarium.* Antheræ *ſæpius connexæ, obtuſæ, membranis ad apicem auctæ.* PIST. Germen *ſubrotundum.* Stylus *filiformis, extra antheras prominens.* Stigma *obliquum.* PER. Capſula *ovata, trigona, obtuſa, unilocularis, trivalvis.* SEM. *plura, ovata, appendiculata, valvis affixa.* Receptaculum *lineare, per ſingulam valvulam lineæ inſtar excurrens.* OBS. *Stigma* vel (in *Martiis* dictis) in hamum ſimplicem reflectitur, vel eſt (in *Tricoloribus* dictis) capitulum concavum apice perforato.

Acaules.

Viola acaulis, foliis cordatis piloſo-hiſpidis. Viola Martia major hirſuta inodora D. *Moriſon H. Ox. II.* 475. 5. *V. App. T.* 35. & D. *Plot. H. N. Ox. C.* 6. §. 3. *p.* 144. *T.* 9. *f.* 1. foliis Trachelii ſerotina hirſuta, radice lignoſa *Merr. Pin.* Viola Trachelii folio vulgo. *Violet with Throat-wort Leaves.* In ſylvis cæduis prope Oxonium copioſe, as in *Shotover* Hill, *Stow* Wood, *Magdalen-college* Woods. Found alſo in ſeveral Places of *Eſſex* and *Cambridgeſhire* by Mr. *Dale.* In the Lane by *North-cray-church*, and in many Places about *Foots-cray*, as one goes thence to *Chiſſelhurſt*; alſo near *Northfleet*, and in the Wood near *Purflett*, plentifully; Mr. *J. Sherard.* In *Charlton* Wood, and in the Lane leading to *Sittingbourn*, and in the Way to *Lewſham* in a Gravel-pit; *Mer. P.*) vid. *Hiſt. noſt.* 1051.

Flores pallide cœrulei lineis albis ſtriati; nec repit flagellis uti Viola Martia, neque in ramos dividitur ut canina.

Viola

Viola acaulis, foliis reniformibus. Viola paluſtris rotundifolia glabra D. *Plot. H. N. Ox. C.* 6. §. 4. *p.* 144. *T.* 9. *f.* 2. *H. Ox. II.* 475. 55. *App. T.* 35. In humidis & paludoſis locis Muſco obductis invenitur, as on the Banks of the River *Chervil*, between *Oxford* and *Water-Eyton.* (On *Oakenſhaw-moor* and *Roadeſhall-woods*, locis humidis: Junio floret; Dr. *Richardſon.* In the Bogs about a Mile from *Joan Coles*; Mr. *J. Sherard.*)

Folia rotunda glabra; flores duplo triplove quam in Viola Martia minores; capſulæ oblongæ tenues.

Viola acaulis, foliis cordatis, ſtolonibus reptantibus. Viola Martia purpurea *J. B. II.* 542. Martia purpurea flore ſimplici odoro *C. B. Pin.* 199. nigra ſive purpurea *Ger.* 699. ſimplex Martia *Park. Par.* 282. *Purple ſweet Violet.* Ad ſepes & in aggeribus foſſarum.

Flore ſaturatiore purpura tincto, paulo minore & odoratiore, foliis rotundioribus & tempore florendi præcociore a Viola canina differt.

Viola Martia alba *C. B. Pin.* 199. Martia flore albo *Ger.* 669. Martia flore albo odorato *J. B. III.* 543. ſimplex Martia flore albo *Park. Par.* 282. *White ſweet-ſcented Violet.* Cum vulgari qua multo frequentior & a qua non videtur ſpecie differre; nam ex ejus ſemine hanc ſæpiſſime oriri experti ſumus: ob ſiccitatem aut ſterilitatem ſoli florum color langueſcit. (Verum & in pingui ſolo cum flore albo reperitur.)

Cauleſcentes.

Viola caule demum adſcendente, foliis oblongo-cordatis. Viola Martia inodora ſylveſtris *C. B. Pin.* 199. canina ſylveſtris *Ger.* 700. ſylveſtris *Park.* 755. cœrulea Martia inodora ſylvatica, in cacumine ſemen ferens *J. B. III.* 543. *Wild or Dog's Violet.* Ad ſepes & in dumetis paſſim.

Viola canina flore albo *Merr. P.* In *Hampſtead* Wood, on that ſide the *Cheſnut-walk* where the two Ways meet.

Notis Violæ Martiæ odoræ & Violæ caninæ ſuperius propoſitis adde Violam caninam in cacumine ſemen ferre in vaſculo productiore triquetro.

Violæ caninæ varietatem, ſi non ſpeciem diverſam obſervavit D. *Du-Bois*, vulgari omnibus partibus multo minorem, floris calcari luteolo, cum illa in id albeſcat; Maio menſe in paſcuis

paſcuis circa *Mitcham.* Hujus figuram vide inferius. Tab. xxiv. Fig. 2.

Viola caule triquetro diffuſo, foliis oblongis inciſis, ſtipulis dentatis. Viola tricolor *Ger.* 703. tricolor major & vulgaris *Park.* 756. tricolor hortenſis repens *C. B. Pin.* 199. Jacea tricolor ſive Trinitatis flos *J. B. III.* 546. *Panſies, or Heart's-eaſe,* vulgo *Three Faces under a Hood.* In montoſis Septentrionalibus Angliæ inter ſegetes, inque maceriis & ſepium aggeribus frequens.

Viola montana lutea glandiflora noſtras. Viola flore luteo majore *Riv. Irr. Pent. Icon.* flammea lutea ſeu 5. *Ger.* 700. *Emac.* 851. montana lutea grandiflora *C. B. Pin.* 200. laciniata lutea *Pet. H. B.* 37. 10. Jacea elegantiſſima flore luteo ampliſſimo *Ph. Br.* *Panſies with a large yellow Flower.* In montoſis paſcuis tum Septentrionalibus, tum Wallicis, ſolo putrido & paluſtri multoties obſervavimus. Specie differre videtur a præcedente. (In montoſis paſcuis eundo a *Malham* ad *Settle* ubique, it. circa *Hallifax*; D. *Richardſon.*)

Gerardus in deſcriptione intelligit hanc plantam, figura autem ipſius minime competit ei, cum illa de martiarum genere ſit, hæc autem de arvenſium & tricoloris inſtar caulifera ſit & ſimilia, majora tamen, folia obtineat.

Viola bicolor arvenſis *C. B. Pin.* 200. tricolor ſylveſtris *Park.* 755. Jacea bicolor, frugum & hortorum vitium *J. B. III.* 548. Inter ſegetes.

Floſculi multo minores ſunt tricoloris hortenſis floribus, colore albido aut luteo, minime venuſto aut vivido.

Viola Martia Alpina folio tenello circinato. Anforte Alpina lutea? florem enim nondum vidimus. In rupe *Clogwyn y Garnedh* ſupra lacum *Phynon lâs*; D. *Lhwyd.* (Hanc plantam in montibus *Cambriæ* mihi oſtendit D. *Lhwyd,* verum a Viola Martia inodora ſylveſtri *C. B.* me Judice non differt; D. *Richardſon.* Quo jure eam *Petiverus H. B.* 37. 6. Violam rotundam luteam vocet, ipſe viet.)

Flos violæ martiæ recens refrigerat & humectat, emollit, laxat, e 4 cordalium numero eſt. Uſus præcip. in fervore febrium compeſcendo, doloreque capitis inde nato; in tuſſi, aſperitate gutturis & pleuritide. Syrupus ad hos uſus, & ad alvum leniter ſubducendam præcipue commendatur. Violarum ſemen eſt lithontripticum inſigne, D. *Butlero* Cantabrigienſi olim inter arcana; D. *Needham.* Aſt emulſionem ſeminum Violæ vomitum plerunque ac ſeceſſum movere monet *Schroderus.* Radices quoque ac floris umbilicus vim catharticam obtinent. Viola tricolor vulneraria eſt ac ſudorifica. Utilis in torminibus & æſtu puerorum, morbiſque comitialibus eorundem; in pulmonum

pulmonum inflammationibus, aſthmate, &c. in ſcabie & pruritu, in uteri obſtructione & lue Venerea.

IMPATIENS.

CAL. Perianthium *diphyllum, minimum:* foliolis *ſubrotundo-acuminatis, æqualibus, verſus latera floris poſitis, coloratis, deciduis.* COR. *pentapetala, ringens:* Petalis *inæqualibus: quorum Petalum* ſummum *ſubrotundum, planum, erectum, leviter trifidum, apice acuminatum,* labium ſuperius *conſtituens.* β. γ. infima *paria. reflexa, maxima, extrorſum latiora, obtuſa, irregularia, ſimilia,* labium inferius *conſtituentia.* δ. η. intermedia *paria, ſimilia, oppoſita, ad baſin α extorta.* Nectarium *monophyllum, cuculi inſtar fundum floris recipiens, ore obliquum, extrorſum aſſurgens, baſi in cornu deſinens.* STAM. Filamenta *quinque, breviſſima, verſus baſin anguſtiora, incurva.* Antheræ *totidem, connatæ, baſi diviſæ.* PIST. Germen *ovato-acuminatum.* Stylus *nullus.* Stigma *ſimplex, antheris brevius.* PER. Capſula *unilocularis, quinquevalvis, elaſtice diſſiliens valvulis in ſpiram convolutis.* SEM. *plura, ſubrotunda, receptaculo columnari affixa.* OBS. Deficiunt in aliis Petala δ. η. in aliis Cornu nectarii. *Capſulæ* figura differt: hinc *Impatiens* Riv. capſula oblonga fuit: & *Balſamina* Riv. ſubrotunda.

Impatiens pedunculis multifloris ſolitariis, foliis ovatis, geniculis caulinis tumentibus. Balſamine lutea, ſive Noli me tangere *C. B. Pin.* 306. Noli me tangere *J. B. II.* 908. Perſicaria ſiliquoſa *Ger* 361. *Syn. II.* 282. Mercurialis ſylveſtris, Noli me tangere dicta, ſive Perſicaria ſiliquoſa *Park.* 296. *Quick in Hand. Touch me not.* On the Banks of *Winandermere*, near *Ambleſide.* By the Cloth-mill in *Saterthwait Pariſh, Lancaſhire*, and in many Places of *Weſtmoreland*; *Mr. Lawſon.* Juxta Bingley Dr. *Richardſon*, Dr. *Lhwyd* in Cambria invenierunt.

Caulis flavicans pellcidus, folia Mercurialis; flores flavi penduli, calcari donati. Siliquæ breves, per maturitatem vel digito tactæ, vel vento concuſſæ cum impetu diſſiliunt, & ſemina in omnem partem projiciunt.

Vi diuretica inſigni pollet quoque modo ſumpta, ut aqua deſtillata copioſius aſſumpta vel Diabetem inducat. Cuti impoſita herba Φοινίσσει, quod & aliis diureticis commune eſt. Facultate fertur pernicioſa & deleteria; *Dodon.*

CLASSIS

CLASSIS XX.

GYNANDRIA.

GYNANDRIA dignoſcitur a reliquis ſitu Staminum in ipſo Stylo, vel receptaculo elongato in formam Styli, piſtillum cum ſtaminibus ferente.

OBS. *Primus Ordo hujus Claſſis, qui* Diandria *dicitur, Naturalis eſt, cujus genera, ſola fere conſideratione Nectarii, a ſe invicem differunt: quam notam Radici longe præferimus in conſtituendis generibus, licet a Botanicis antea non recepta fuerit. Structura fructificationis hujus Ordinis omnino ſingularis eſt.* Germen *enim ſemper contortum eſt.* Petala *quinque, quorum* duo interiora *connivent ſæpius in galeam, cujus labium inferius Nectarium evadit, quod locum piſtilli & petali ſexti occupat.* Stylus *adnaſcitur margini interiori nectarii, ut cum ſtigmate ſuo vix diſtingui poſſit.* Filamenta *ſemper duo ſunt, breviſſima, ferentia totidem* Antheras, *inferne anguſtiores, nudas ſeu tunica carentes, pulpæ citri inſtar diviſibiles; hæ teguntur* Cellulis *totidem deorſum apertis, ipſi margini interiori nectarii innatis. Fructus* Capſula *eſt unilocularis, trivalvis, dehiſcens angulis ſub coſtis carinatis.* Semina *ſcobiformia, numeroſa; affixa receptaculo lineari in ſingula valvula.* Vires *aphrodiſiacæ omnibus his plantis ab omnibus Medicis adſcribuntur.* Lector in examinando & conferendo characteres noſtros ſemper in

hac Claſſe tradat Piſtillum ante Stamina, ſi alias diſtinctam ideam ſitus Staminum habere velit; nos enim ne ordinem ſemel receptum mutaremus, Stamina ante Piſtilla deſcripſimus. Singulares ſunt Flores hujus Claſſis & monſtroſam ac inadſuetam præ ſe ferunt faciem, quod a ſitu partium fructificationis inſolito, reſpectu ad reliquas plantas, oritur.

DIANDRIA.

ORCHIS.


CAL. Spathæ *vagæ.* Spadix *ſimplex.* Perianthium *nullum.* Germen *florem ſuſtinens.* COR. Petala *quinque:* tria *exteriora;* duoque *interiora ſurſum conniventia in galeam.* Nectarium *monophyllum, a latere inferiore inter diviſuram petalorum receptaculo affixum:* Labio ſuperiore *erecto, breviſſimo;* L. inferiore *magno, patente, lato.* Tubo *pendulo, corniformi, pone prominente.* STAM. Filamenta *duo, tenuiſſima, breviſſima, piſtillo inſidentia.* Antheræ *obovatæ, erectæ, tectæ duplicatura biloculari labii ſuperioris nectarii.* PIST. Germen *oblongum, contortum, infra receptaculum floris.* Stylus *adnatus labio ſuperiori nectarii, breviſſimus.* Stigma *compreſſum, obtuſum.* PER. Capſula *oblonga, unilocularis, tricarinata, trivalvis, ſub carinis trifariam dehiſcens, apice & baſi cohærens.* SEM. *numeroſa, minima, ſcobiformia.*

Bulbis indiviſis.

Orchis Bulbis indiviſis, nectarii labio lanceolato integerrimo: cornu longiſſimo, petalis patentibus. Orchis hermaphroditica bifolia *J. B. II.* 772. ſerapias bifolia vel trifolia minor *Park.* 1350. bifolia altera *C. B. Pin.* 82. pſychodes diphylla *Lob. Ic.* 178. hermaphroditica *Ger.* 162. *Em.* 211. *Butterfly Satyrion.* In dumetis & ſylvis, Maio menſe floret.

Flores in ſpica rarius diſpoſiti, albi, odoratiſſimi, labellis anguſtis, calcaribus prælongis; folia bina lata liliacea.

Orchis



Orchis alba biſolia minor calcari oblongo *C. B. Pin.* 83. pſychodes *Ger. Em.* 211. ſphegodes, ſive Teſticulus vulpinus primus *Park.* 1351. alba calcari longo *J. B. II.* 771. *The leſſer Butterfly Orchis.* In paſcuis, Junio menſe floret.

A præcedente differt ſtatura humiliore, ut quæ dodrantem non excedat, foliis ad radicem ternis, iiſque anguſtioribus, florendi denique tempore uno circiter menſe ſerius, obſervante D. *Dale.*

Orchis bulbis indiviſis, nectarii labio trifido, antice bidentato: cornu longo, petalis acuminatis. Orchis purpurea ſpica congeſta pyramidali *Syn. II.* 236. parvo flore rubro ſive phœniceo *J. B. II.* 764. An Cynoſorchis militaris montana ſpica rubente conglomerata *Park.* 1345. *C. B. Pin.* 81. *Pr.* 28? *Purple late-flowering Orchis.* Menſe Junio omnium Orchidum noſtratium poſtrema floret; eſtque in paſcuis ſiccioribus & cretaceis frequens.

Florum labella pura ſunt, hoc eſt, nullis punctis notata, calcaria tenuia retrorſum longiſſime extenſa; in labello utrinque proceſſus in cavernulam flexus auriculam referens.

(Orchis Batavica 6. *Cluſ. H.* 269. in multis huic accedit, differt quod fœtida dicatur. Figura defloreſcentem aliquatenus exprimit: noſtra inodora prorſus eſt. C. *Bauhinus* ſuæ labrum in quatuor parvas barbulas diviſum dicit, quod huic non convenit. Qui Cluſianam in loco natali obſervare poſſunt, conſiderent diligentius an eadem ſit vel diverſa. Noſtræ figuram, cum *J. B.* bona non ſit, accuratam & ad magnitudinem naturalem factam vid. Tab. XVIII. ubi flores omni ſitu delineati ſunt.)

Orchis bulbis indiviſis, nectarii labio quadrifido crenulato: cornu obtuſo. Orchis morio fœmina *Park.* 1347. *C. B. Pin.* 82. Cynoſorchis morio fœmina *Ger.* 158. *Em.* 208. Orchis minor purpurea & aliorum colorum cum alis virentibus *J. B. II.* 761. *The Female Fool-ſtones.* In paſcuis ubique fere obvia eſt circa finem Maii florens.

Spica florum brevior eſt quam præcedentis, & paucioribus floribus conſtat. Florum color purpureus, rarius carneus aut albus.

Florum alis latis, concavis, & virentibus lineis ſtriatis ab alia quacunque nobis cognita Orchidis ſpecie differt.

Orchis morio mas foliis maculatis *C. B. Pin.* 81. *Park.* 1346. Cynoſorchis morio mas *Ger. Emac.* 208. Orchis major, tota purpurea, maculoſo folio *J. B. II.* 763. *The Male Fool-ſtones.* In paſcuis & inter vepres. Floret circa finem Aprilis & initio Maii, & vel inde a reliquis dignoſci poteſt, quod noſtratium prima floret.

Spica florum longa eſt, multis floribus conſtans, non tamen arcte ſtipatis. Florum color purpureus, rarius carneus aut albus. Labellum interius punctis ſaturatioribus, ſed paucis, notatur.

Orchis bulbis indiviſis, nectarii labio quadrifido punctis ſcabro: cornu obtuſo, petalis diſtinctis. Orchis Pannonica 4. *Cluſ. Hiſt.* 268. Orchis parvis floribus, multis punctis notatis, an Cluſio Orchis Pannonica 4. *J. B. II.* 765. Cynoſorchis militaris pratenſis humilior *C. B. Pin.* 81. militaris Pannonica *Park.* 1345. minor Pannonica *Ger. Emac.* 207. *Little purple-flowered Orchis.* In collibus ſiccioribus & ſterilibus, præſertim cretaceis.

Parva eſt, ſpica conferta, floſculis purpuraſcente vel ferruginea extus galea tectis, labello albicante crebris punctulis purpureis notato. Recte *J. Bauhino* flores in ſpicam brevem digeſti, antequam explicentur ferrugineum conum æmulantur. (Variat ſubinde flore penitus albo, quæ Orchis ſ. Cynoſorchis Pannonica flore albo dicitur; *Merr.* in *Pin.*)

Orchis obſcure purpurea odorata *Inſt. R. H.* 433. Pannonica 3. *Cluſ. H.* 267. *deſcr.* Cynoſorchis militaris purpurea odorata *Park.* 1345. obſcure purpurea odorata *C. B. Pin.* 81. flore purpureo *H. Eyſt. O.* 9. *fol.* 7. Found by *Th. Lawſon* about the *Fairy-holes* on *Lance-moor*, near *Newby* in *Weſtmoreland*, and afterwards more plentifully in the Meadows upon both the Banks of *Eden*, throughout ſeveral Pariſhes; vid. *Robinſ. Nat. Hiſt. p.* 93. & *Camb. Br. Ed. Gibſ. p.* 846.

Orchis bulbis indiviſis, nectarii labio quinqueſido punctis ſcabro: cornu obtuſo, petalis confluentibus. Orchis galea & alis fere cinereis *J. B. II.* 755. latifolia hiante cucullo major *J. R. H.* 432. *Tab.* 247. *A.* 6. 7. 8. Cynoſorchis latifolia hiante cucullo major & minor *C. B. Pin.* 81. latifolia minor *Park.* 1344. major altera *Ger. Em.* 205. Cynoſorchis altera *Dod. de Floribus.* *The Man Orchis.* On *Cawſham* Hills, by the Thames-ſide, not far from *Reading* in *Berkſhire.* Floris labellum nudi hominis


TAB. XIX.
Pag 453
a
a
b
Fig. 2.
Fig. 1.
p. 55
Fig 3.
p 495

minis effigiem refert : ni magnitudo obſtaret eandem dicerem cum Orchide zoophora cercopithecum exprimente oreade *Col.*

Orchis magna latis foliis, galea fuſca vel nigricante *J. B. II.* 759. At *Northfleet* near *Graveſend* Junio ; Mr. *J. Sherard.* Labium candicat, pilis purpureis variegatum : galea obtuſa atro rubens minuſque ſurrecta, qua nota a præcedente diſtinguitur. Ceterum cum figura *J. Bauhini* admodum bona non ſit, meliorem quoad florum ſaltem ſpicam exhibere conſultum fuit viſum ; vid Tab. XIX. Fig. 2.

Orchis anthropophora oreades *Col. Ec. I.* 320. anthropophora oreades fœmina *Park.* 1348. flore nudi hominis effigiem repræſentans fœmina *C. B. Pin.* 82. Orchis anthropophora flore ferrugineo nobis in *Catal. Ext. Man-Orchis with a ferrugineous and ſometimes a green Flower.* Found by Mr. *Dale* in an old-Gravel-pit at *Dalington*, near *Sudbury* : and in the Borders of ſome Corn-fields at *Belchamp St. Paul*, towards *Ovington* in *Eſſex.* (At *Greenhithe* and *Northfleet* in *Kent*, with the foregoing Mr. *J. Sherard.)* Going from *Dartford* to the Green Man, on the chalky Banks, on both Sides of the way ; Dr. *Watſon.*

Facie externa Orchidem palmatam flore viridi nonnullis Batrachiten dictam, refert ; verum major eſt : Flos calcari caret, labello anthropomorpho, alias ferrugineo, alias viridi ut in Batrachite.

Bulbis pulmatis.

Orchis bulbis ſubpalmatis rectis, nectarii cornu conico : labio trilobo lateribus reflexo, bracteis flore longioribus. Orchis palmata pratenſis latifolia, longis calcaribus *C. B. Pin.* 85. palmata major mas, ſive Palma Chriſti mas *Park.* 1356. Palma Chriſti mas *Ger.* 169. Palmata non maculata *J. B. II.* 774. *The Male handed Orchis, or Male Satyrion Royal.* In pratis humidis, & paluſtribus putridis.

Variat floris colore purpureo ſaturatiore & dilutiore, carneo & interdum albo. Variat etiam magnitudine & ſpicæ longitudine : unde a Botanicis in plures ſpecies diſtractam ſuſpicor.

Orchis bulbis palmatis patentibus, nectarii cornu germinibus breviore : labio plano, petalis dorſalibus erectis. Palmata ſpecioſiore thyrſo, folio maculato *J. B. II.* 774.

palmata pratenſis maculata *C. B. Pin.* 85. palmata fœmina ſeu Palma Chriſti fœmina, foliis maculatis *Park.* 1357. Palma Chriſti fœmina *Ger.* 169. *The Female-handed Orchis, or Female Satyrion Royal.* Spica florum plerunque denſa eſt floribus confertis, interdum rarior. In ſylvis & pratis pinguibus maximo & vel palmum longo thyrſo prodit; in paſcuis ſterilioribus (nam utrobique oritur) ſpica eſt dimidio minore & breviore. Hinc ex una ſpecie plures factas exiſtimo.

Folia in hac ſpecie perpetuo maculata ſunt; in præcedente nunquam; viridiora etiam in hac, in præcedente pallidiora: caules graciliores, nec tam crebris foliis cincti: Folia ex quorum ſinibus flores exeunt in præcedente latiora & longiora ſunt, colore purpureo. Præcedens maturius floret, nimirum Maio menſe, hæc ſerius non ante Junium.

Orchis bulbis palmatis, nectarii cornu ſetaceo germinibus longiore: labio crenato. Orchis Palmata rubella cum longis calcaribus rubellis *J. B. II.* 778. Orchis palmata minor calcaribus oblongis *C. B. Pin.* 85. [cui & eandem ſuſpicatur *J. Bauhinus* Palmatam anguſtifoliam minorem *C. B.*] Serapias minor nitente flore *Ger.* 171. *Em.* 222. Orchis palmata minor flore rubro *Park.* 1358. *Red handed Orchis with long Spurs.* In pratis & cuis humidioribus, Junio. (Hanc Orchidem in pratis humidis juxta ædes noſtras diu obſervavi flore albo; odor admodum gratus eſt; D. *Richardſon.)*

Bulbis faſciculatis.

Orchis bulbis faſciculatis filiformibus, nectarii labio ovato integerrimo. Limodorum Auſtriacum *Cluſ. Pann.* 241. Orobanche & Nido avis affine, Pſeudolimodoron Auſtriacum violaceum *J. B. II.* 782. Orchis abortiva violacea *C. B. Pin.* 86. Nidus Avis purpureus *Park.* 1362. Nidus avis flore & caule purpuro-violaceo: an Pſeudo-Limodoron Cluſii *Merr. P. Ger. Emac.* 228? *Purple Birds Neſt.* In Southamptoniæ Comitatu prope *Alton* oppidum invenit D. *Goodyer.*

SATYRIUM.

CAL. Spathæ *vagæ*. Spadix *ſimplex*. Perianthium *nullum*. Germen *florem ſuſtinens*. COR. Petala *quinque, ovato-oblonga :* tria *exteriora* duoque *interiora, ſurſum conniventia in galeam*. Nectarium *monophyllum, a latere inferiore inter diviſuram petalorum receptaculo adnexum :* labio ſuperiore *erecto, breviſſimo* ; L. inferiore *plano, pendulo, baſi burſam ſcrotiformem poſtice exhibente*. STAM. Filamenta *duo, tenuiſſima, breviſſima, piſtillo inſidentia*. Anthera *obovatæ, tectæ duplicatura biloculari labii ſuperioris nectarii*. PIST. Germen *oblongum, contortum, infra receptaculum floris*. Stylus *labio ſuperiori nectarii adnatus, breviſſimus*. Stigma *compreſſum, obtuſum*. PER. Capſula *oblonga, unilocularis, tricarinata, trivalvis, ſub carinis trifariam dehiſcens, apice & baſi cohærens*. SEM. *numeroſa, minima, ſcobiformia*.

Satyrium bulbis indiviſis, foliis lanceolatis, nectarii labio trifido: intermedia lineari obliqua præmorſa. Orchis barbata fœtida *J. B. II.* 756. Tragorchis maximus & Tragorchis mas *Ger.* 160. Tragorchis maxima & Tragorchis vulgaris *Park.* 1348. Orchis barbata odore hirci, breviore latioreque folio *C. B. Pin.* 82. it. Orch. odore hirci, longiore anguſtioreque folio *Ejuſd. Ib.* has enim non diſtinguo. *The Lizard Flower, or great Goat-ſtones.* In Cantio via quæ a *Crayford* ad *Dartford* oppidum ducit invenit D. *Bowle*. Magnitudine & ſtatura eximia præ reliquis Orchidibus, odoreque gravi & viroſo, a cæteris diſtinguitur ſpeciebus.

From the Street named *Loſield* in *Dartford*, is a Place called *Fleate-Lane*, and about a Bow-ſhot on the left Hand, are ſeveral Plants of it. Alſo beyond *Dartford* is a Place named the *Brent*, and on the right Hand of a great High way going to a Village called *Grimſteed* Green, a little way on the right Hand, you may alſo find it. Obſerved by Mr. *Rouſe*, an ingenious Botaniſt, and eminent Apothecary in *London*.

Orchis barbata fœtida minor flore albo. *The leſſer Lizard Flower, or Goat-ſtones, with a white Flower.*

Satyrium bulbis palmatis, foliis oblongis obtuſis: nectarii labio lineari trifido: intermedia obſoleta. Orchis palmata minor flore luteo-viridi *Syn. II.* 239. 18. palmata flore viridi *C. B. Pin.* 86. *Pr.* 30. Palmatæ cujuſdam icon

J. B. II. 776. Orchis palmata flore galericulato, dilute viridi *Fl. Pr. p.* 182. *ic.* 59. An Orchis palmata batrachites vel myodes *Lob. Park.* 1358 ? Serapias batrachites altéra *Ger. Emac.* 224. *Hand-Orchis with a green Flower, by ſome called the Frog-Orchis.* In paſcuis ſiccioribus floret circa finem Maii, & Junii initio. Labelli floris color variat, interdum ex fuſco purpureus ſeu fuliginoſus, alias luteo viridis.

Orchis puſilla alba odorata, radice palmata *Syn. II.* 239. 19. *White-handed Muſk-orchis.* Ad latus montis *Snowdon* in Wallia, ſecus viam quæ e *Llhanberys* ad *Carnarvan* oppidum ducit.

Orchis palmata thyrſo ſpecioſo, longo, denſe ſtipato, ex viridi albente. In pratis humidis non tantum Cambriæ, ſed & juxta *Malham* in iiſdem locis aliquando obſervavi; D. *Richardſon.*

Orchis palmata paluſtris, tota rubra *C. B. Pin.* 86. Palmata floribus impenſe rubris *J. B. II.* 777. Cynoſorchis Dracontias, foliis & floribus impenſe rubris *Lob. Ic.* 191. Orchis palmata paluſtris Dracontias D. *Nicols.* Upon the old Mill-race at *Salkeld*, and on *Langwathby-holm*, Cumberland; *Camb. Br. Ed. Gibſ. p.* 846.

Radices omnium Satyriorum ad Venerem ſtimulos addunt ſegnioribus, ſi Botanicis fides, quod indicat ſignatura laſciva. Aridæ tamen & marcidæ Venerem inhibere dicuntur. Verum quicquid ſit de Orchide confectio Diaſatyrion dicta ad venerem promovendam in utroque etiam ſexu plurimum valet. Radices tuſæ inflammationes leniunt, tumores diſcutiunt, ulcera fluentia purgant ſanantque.

Pſeudo-orchis bifolia paluſtris. Orchis Lilifolius minor ſabuletorum Zelandiæ & Bataviæ *J. B. II.* 770. *Lob. Adv. in Append.* 506. Chamæorchis lilifolia *C. B. Pin.* 84. latifolia Zelandiæ *Park.* 1354. *Dwarf-orchis of* Zealand *and* Holland. In paluſtribus aquoſis, as on *Hinton* and *Teverſham* Moors, near *Cambridge.*

Radix huic ſimplex bulboſa, e ſquamis compactilis, e cujus fundo ſeu ima ſede fibræ exeunt, non ſupra bulbum, ut in Orchidibus. Deſcriptionem vid. in *Hiſt. noſt. p.* 1226.

Satyrium bulbis fibroſis, foliis ovatis radicalibus, floribus ſecundis. Satyrium foliis ovatis radicalibus. *Fl. lapp.* 314. Orchis minor, floſculis albis, ſ. radice repente. *Cam. hort.* 111. *t.* 35. Pſeudo Orchis. *Bauh. pin.* 84. Pyrola anguſtifolia polyanthos, radice geniculata. *Læſ.*

pruſſ.

pruſſ. 210. *t.* 68. Epipactis foliis ovatis radicalibus. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 13. β Orchis radice repente, foliis maculis nigris & albis adſperſis. *Mentz. pug. t.* 3. *f.* 4, 5. *Habitat. in* Sueciæ, Angliæ, Sibiriæ, Helvetiæ *ſylvis.*

OPHRYS.

CAL. Spathæ *vagæ.* Spadix *ſimplex.* Perianthium *nullum.* Germen *florem proferens.* COR. Petala *quinque, oblonga, ſurſum conniventia, æqualia:* duo *horum exteriora.* Nectarium *petalis longius, dependens, poſtice carinatum.* STAM. Filamenta *duo, breviſſima, piſtillo inſidentia.* Antheræ *erectæ, tectæ margine interiore nectarii.* PIST. Germen *oblongum, contortum, ſub receptaculo floris.* Stylus *margini interiori nectarii adnatus.* Stigma *obſoletum.* PER. Capſula *ſubovata, trigona, obtuſa, ſtriata, trivalvis, unilocularis, angulis carinatis dehiſcens.* SEM. *numeroſa, ſcobiformia.* Receptaculum *lineare, adnatum ſingulæ valvulæ pericarpii.*

Bulbis ramoſis.

Ophrys bulbis fibroſo-faſciculatis, caule vaginato, nectarii labio bifido. Nidus avis *Lugd.* 1673. Orobanche affinis Nidus avis *J. B. II.* 782. Orchis abortiva rufa, ſive Nidus avis *Park.* 1362. Satyrion abortivum ſeu Nidus avis *Ger.* 166. Orchis abortiva fuſca *C. B. Pin.* 87. *Miſhapen Orchis, or Birds Neſt.* In ſylvis & Opacis, ſed rarius. In Cantio prope *Maidſtone* obſervavimus; in Suffolcia non longe ab *Aldeburgo.* (On *Roehill* in *Kent* plentifully; *Merr. P.* In ſeveral Woods in *Suſſex*; Mr. *Manningham:* In the Hedges where the Calceolus Mariæ grows, near *Ingleton*; Dr. *Richardſon.* In *Offley* Park, the Side next the Churchyard, under the ſhady Trees, about 150 Yards from the Stile; *Th. Knowlton.*)

A radice fibris multis majuſculis implexis, nidum avis mitantibus conſtante, nomen ſortitus eſt: color totius fuſcus ſeu ſordide ruffus.

Ophrys bulbis aggregatis oblongis, caule ſubfolioſo, floribus ſecundis, nectarii labio indiviſo. Orchis ſpiralis alba adorata *J. B. II.* 769. Triorchis *Ger.* 167. Triorchis alba odorata minor, atque etiam major *C. B. Pin.* 84. *Park.* 1354. *Triple Ladies Traces.* Autumno floret, in paſcuis

paſcuis ſiccioribus, arenoſis & cretaceis. In ſome Cloſes about *Buddon* Wood, *Leiceſterſhire.* In a Cloſe near *Eaſt Leke*, in *Nottinghamſhire*; and in the Court-yard of Sir *Roger Hill*'s Houſe at *Denham.* (Non tantum in paſcuis ſiccioribus, ſed etiam in pratis humidis juxta rivulum ad *Dunsfoldiæ* Surreiæ oppidum, infra eccleſiam, quondam mihi in conſpectum venit; D. *Richardſon.)*

Triplici teſticulo, & florum in ſpiram rivolutorum puſillorum alborum ſpica inſignis.

Orchis minima bulboſa D. Preſton *R. Hiſt. III.* 587. ubi vide deſcriptionem. An Angliæ aut Scotiæ indigena ſit, dubium, locum enim non indigetat Auctor.

Ophrys bulbo fibroſo, caule bifolio, foliis ovatis, nectarii labio bifido. Bifolium majus ſeu Ophris major quibuſdam *J. B. III.* 533. Bifolium ſylveſtre vulgare *Park.* 504. Ophris bifolia *Ger.* 326. *C. B. Pin.* 87. *Common Twayblade.* In ſylvis & dumetis, nec rarius in pratis & paſcuis.

Hujus notæ ſunt folia bina Plantaginea; flores in ſpica herbacei Orchidum ſimiles, calcaribus carentes, utriculis brevioribus quam Orchidum inſidentes.

Ophrys bulbo fibroſo, caule bifolio, foliis cordatis. Bifolium minimum *J. B. III.* 534. Ophris minima *C. B. Pin.* 87. *Pr.* 31. *The leaſt Twayblade.* I have found it on ſeveral Moors and Heaths in *Derbyſhire*, *Yorkſhire*, and *Northumberland*; in *Yorkſhire* not far from *Almondbury*, and on *Pendle* Hill in *Lancaſhire*, near the Beacon; (Juxta lacum uno milliari *Kaghlaia* diſtantem, occidentem verſus, ſolo putrido muſcoſo naſcitur copioſe; D. *Richardſon.*) Icon *J. Bauhini* hanc ſpeciem optime repreſentat. Folia triangula ſunt ſeu cordata.

Bifolium paluſtre *Park.* 505. *deſcr.* Orchis bifolia minor paluſtris *Pluk. Alm.* 270. *f.* 247. *f.* 2. *Marſh Twayblade.* Found by Mr. *Dent* and Mr. *Dale* in Company, on the boggy and fenny Grounds near *Gamlingay* in *Cambridgeſhire*; by *Parkinſon* on the low wet Grounds between *Hatfield* and St. *Albans*, and in divers Places in *Romney* Marſh; (by Mr. *Dubois* at *Hurſthill*, *Tunbridge-wells*; Mr. *Doody.)*

A bifolio vulgari differt parvitate ſua, & quod interdum etiam trifolium ſit, virore inſuper & glabritie foliorum, florum ſpica multo minore, tandem radicibus reptatricibus.

Bulbis

Bulbis rotundis.

Ophrys bulbo globoſo, caule nudo, nectarii labio trifido. Orchis odorata moſchata ſive Monorchis *C. B. Pin.* 84. puſilla odorata *Park.* 1354. parva Autumnalis lutea *J. B. II.* 768. *The yellow, ſweet, or Muſk-orchis.* In paſcuis ſterilioribus, præſertim cretaceo ſolo, ſed rarius: As on *Cawſham* Hills by the Thames-ſide; and in ſome Pits about *Gogmagog* Hills; alſo in the Pariſh where I live, on the Greens of a Field belonging to *Hall*, called *Waire-field*, &c.

Floſculi perpuſilli ſunt, ex herbido colore in luteum vergentes, labello in tres apiculos diviſo: vaſcula breviora quam in pleriſque Orchidibus.

Ophrys bulbis ſubrotundis, caule folioſo, nectarii labio ſubquinquelobo. Orchis myodes galea & alis herbidis *J. B. II.* 767. muſcæ corpus referens minor, vel galea & alis herbidis *C. B. Pin.* 83. myodes minor *Park.* 1352. *The common Fly-orchis.* In Anglia invenitur, ſed ſparſim & rarius. Nos in Cantabrigienſi agro, Suffolcia & Eſſexia obſervavimus; viz. in aggere foſſæ illius famoſæ *the Devil's Ditch* dictæ, in pratulo quodam ad ſylvulam mariſco *Teverſham-moor* dicto adjacentem in Comitatu Cantabrigienſi, &c. Character flori inſculptus nota hujus ſufficiens eſt, ut alia non ſit opus. (Flos calcari caret. Majo floret in collibus cretaceis prope *Northfleet*, ſed minus frequens.) Still there; Dr. *Watſon.*

Orchis myodes major *Park.* 1351. myodes flore grandiuſculo *J. B. II.* 768. muſcam referens major *C. B. Pin.* 83. *The greater Fly-orchis.* Found by Mr. *Dale* in a Paſture near *Peſtingford* in *Suffolk:* and by Dr. *Eales* near *Welling*, in *Hertfordſhire.* (At *Greenhithe*, and in the old Chalk-pit, near the white Houſe, by *North-gray*, in great Plenty; Mr. *J. Sherard.*)

Orchis fuciflora galea & alis purpuraſcentibus *J. B. II.* 766. ſphegodes ſeu fucum referens *Park.* 1350. Orchis ſive Teſticulus vulpinus 2. ſphegodes *Ger. Em.* 212. Orchis fucum referens major foliolis ſuperioribus candidis & purpuraſcentibus *C. B. Pin.* 83. *The common Humble Bee-ſatyrion. The Bee-flower,* id eſt, Orchis Melittias vulgo. In paſcuis ſiccioribus non infrequens, Junio menſe floret. Flos fucum aut apem referens primo ſtatim occurſu ſpeciem hanc manifeſtat.

Orchis

Orchis ſive Teſticulus ſphegodes hirſuto flore *J. B. II.* 767. fucum referens colore rubiginoſo *C. B. Pin.* 83. ſphegodes altera *Park.* 1351. Teſticulus vulpinus major ſphegodes *Ger. Em.* 212. *Humble Bee-ſatyrion with green Wings.* Solo ſicco & glareoſo ſed rarius invenitur, as in an old Gravel-pit, in the open Field, near *Great-ſhelford*, in *Cambridgeſhire*, and by the Road-ſide near *Bartlow*. On the chalky Banks near *Stunſfield*, in *Oxfordſhire*, plentifully. (In paſcuis ſiccioribus juxta *Bramham* non procul Tadcaſtria hujus plantæ rarioris ſpecimina aliquot legi; D. *Richardſon*. Flos calcari caret. Aprili floret & ſatis frequens eſt in collibus cretaceis prope *Northfleet.*)

Fuliginoſus & triſtior corporis inſecti ſeu labelli floris color abſque lineis luteis, quibus præcedens decoratur, cum galea & alis virentibus ab ea hanc diſtinguunt. Hanc eſſe exiſtimo quam pro Orchide Arachnite Herbarii noſtri habent.

SERAPIAS.

CAL. Spathæ *vagæ*. Spadix *ſimplex*. Perianthium *nullum*. Germen *florem ſuſtinens*. COR. Petala *quinque, ovato-oblonga, erecto-patula, ſurſum conniventia*. Nectarium *longitudine petalorum, baſi excavatum, melliferum, ovatum, inferne gibbum, trifidum, acutum: intermedia cordata obtuſa, baſi cicatrice bifida tridentata*. STAM. Filamenta *duo, breviſſima, piſtillo inſidentia*. Antheræ *erectæ, ſub labio ſuperiore nectarii collocatæ*. PIST. Germen *oblongum, contortum, ſub receptaculo floris*. Stylus *labio ſuperiori nectarii adnatus*. Stigma *obſoletum*. PER. Capſula *obovata, obtuſe trigona, tribus carinis armata, trivalvis, ſub carinis dehiſcens, unilocularis*. SEM. *numeroſa, ſcobiformia*. Receptaculum *lineare, ſingulæ valvulæ pericarpii adnatum*.

Serapias bulbis fibroſis, nectarii labio obtuſo crenato petalis breviore. Helleborine latifolia montana *C. B. Pin.* 186. Helleborine *Dod. Pempt.* 384 *Ger.* 358. Elleborine Dodonæi *J. B. III.* 516. Elleborine flore viridante *Park.* 218. *The moſt common baſtard Hellebore.* In ſylvis cæduis, lucis & opacis ſæpius occurrit. In the northern part of *Buddon* Wood, *Leiceſterſhire*; and in an Incloſure adjoining to *Beaumore* Coppice, near *Loughborough*; Mr. *Pultney*. Æſtate floret.

Nobis obſervata flore erat herbaceo; verum *D. Plot* & *Oxonienſibus Botanicis* purpureo etiam ſaturatiore quam Helleborines flore atro-rubente dictæ; unde vel inſignis eſt

eſt varietas in colore floris, vel hæ duæ ſunt diſtinctæ ſpecies. Forte noſtra hæc eſt Damaſonium flore herbaceo intus nonnihil candicante *J. B.* Si modo illud ab Helleborine *Dod.* ſit diverſum: de quo olim dubitavimus, necdum nobis ſatisfactum eſt.

Helleborine altera atro-rubente flore *C. B. Pin.* 186. Elleborine flore atro rubente *Park.* 218. Elleborine botryodes ſive Aliſma racemoſum *J. B. III.* 517. *Baſtard Hellebore with a blackiſh Flower.* On the Sides of the Mountains near *Malham*, four Miles from *Settle* in *Yorkſhire*, plentifully; and in divers other Places, eſpecially mountainous.

A præcedente differt foliis anguſtioribus, in caule crebrioribus, floris colore atro-rubente & tempore florendi poſt illam.

Helleborine flore albo *Ger.* 358. flore albo vel Damaſonium montanum latifolium *C. B. Pin.* 187. Damaſonium Alpinum, ſeu Elleborine floribus albis *J. B. III.* 516. Elleborine minor flore albo *Park.* 218. *White-flowered baſtard Hellebore.* In the Woods near *Stoken* Church, *Oxfordſhire*, not far from the Way leading from *Oxford* to *London*; alſo in Sir *John Lowther*'s Wood, directly againſt *Aſkham* Hall, *Weſtmoreland*; Mr. *Lawſon.*

Helleborine latifolia flore albo clauſo *Syn. II.* 242. 4. *Broad-leafed baſtard Hellebore, with a white Shut flower.* Found by Dr. *Eales* near *Digges-well*, in *Hertfordſhire.* (Eadem cum priore.)

Helleborine foliis prælongis anguſtis acutis *Syn. II.* 242. 5. Helleborine anguſtifolia, flore albo, oblongo Meret. Pin. Hujus ſpecimen, ſed flore viduum nobis oſtendit D. *Newton.* It grew under *Brackenbrow*, near *Ingleton* in *Yorkſhire*, in the end of a Wood where *Calceolus Mariæ* grows. Since found in Flower by Dr. *Richardſon* in the ſame Place.

Hoc anno 1694. Helleborines quandam ſpeciem nobis communicavit D. *Sherard*, titulo *Helleborines* paluſtris anguſtifoliæ flore albo; quam eandem eſſe exiſtimat cum Helleborine fol. præl. acut. anguſtis *Newtoni*, quocum & nos ſentimus. Found on a rotten Bog by a Lough-ſide, near the Dairy-houſe, in *Crevetenau Ballina-hinch*, Ireland. Eandem nuper accepi a D. *Eales* in Hartfordia inventam. (Planta pedalem aliquando ſuperat altitudinem; e radice plurimis fibris craſſiuſculis compoſita, folia profert longa arundinacea, e quorum medio ſe erigit caulis pedalis, erectus, plurimis foliis anguſtis inordinate veſtitus, in cujus ſummo emergunt octo vel decem flores longi, nivei, in ſpica laxa diſpoſiti, quibus ſuccedunt vaſcula ſeminalia longa, trigona, ſemine ſcobiformi repleta. Eodem

in

in loco cum Calceolo Mariæ invenitur, loco *Brakenwray* dicto ex adverſo ſylvæ *Helks* dictæ, uno circiter milliari ab Ingleton; D. *Richardſon.*)

Helleborine paluſtris noſtras *Syn. II.* 242. 6. *Marſh Hellebore.* An Helleborine anguſtifolia paluſtris *C. B. Pin.* 187? Nuſquam apud nos (quod hactenus viderim) quam in paluſtribus & aquoſis oritur. (It is very common in the old Chalk-pits, by the *White-houſe*, in the Road from *Eltham* to *North-cray*, where the *Orchis myodes* grows, on dry chalky Ground; Mr. *J. Sherard.* On the Bogs at *Chiſſelhurſt*; Mr. *Newton.*) In the moiſt Cloſes between *Woodhouſe* and *Buddon* Wood. Upon *Charley* Foreſt; Mr. *Pultney.*

Folia anguſtiora ſunt quam Helleborines primæ; flores penduli, exterius purpuraſcentes, interius albicantes; radix ſub terra reptat.

Helleborine montana anguſtifolia purpuraſcens *C. B. Pin.* 187. Elleborine Recentior. 6. *Cluſ. H.* 273. Elleborine anguſtifolia ſpicata verſicolor *Park.* 218. Damaſonium purpureum dilutum, ſive Elleborine 6. Cluſii *J. B. III* 516. Ex *Hibernia* ſe accepiſſe *Plukenetius* teſtatur *Alm.* p. 182.

CYPRIPEDIUM.

CAL. Spathæ *vagæ.* Spadix *ſimplex.* Perianthium *nullum.* Germen *florem ſuſtinens.* COR. Petala *quatuor vel quinque, lanceolato linearia, longiſſima, patentia, erecta.* Nectarium *intra petalum infimum, calceiforme, inflatum, obtuſum, cavum, petalis brevius, latius:* labio *ſuperiore ovato, plano, inflexo, parvo.* STAM. Filamenta *duo, breviſſima, piſtillo inſidentia.* Antheræ *erectæ, tectæ labio ſuperiori nectarii.* PIST. Germen *tenue, longum, contortum.* Stylus *breviſſimus, labio ſuperiori nectarii adnatus.* Stigma *obſoletum.* PER. Capſula *obovata, obtuſe trigona: tribus ſuturis, ſub quibus dehiſcens angulis: trivalvis, unilocularis.* SEM. *numeroſa, minima.* Receptaculum *lineare, ſingulæ valvulæ pericarpii longitudinaliter adnatum.*

Cypripedium radicibus fibroſis, foliis ovato-lanceolatis caulinis. Calceolus Mariæ *Ger.* 359. Helleborine flore rotundo ſeu Calceolus *C. B. Pin.* 187. Elleborine major ſeu Calceolus Mariæ *Park.* 217. Damaſonii ſpecies quibuſdam ſeu Calceolus D. Mariæ *J. B. III.* 518. *Ladies Slipper.* In ſome Woods in *Lancaſhire*, and in *Helks* Wood by *Ingleborough* in *Yorkſhire.*

Floris labellum calopodii figura, colore flavo, ſufficit ad hunc a reliquis diſcriminandum.

POLYANDRIA.

ARUM.

CAL. Spatha *monophylla, maxima, oblonga, baſi convoluta, apice connivens, ventre compreſſa, interne colorata, decidua.* Spadix *clavatus, ſimpliciſſimus, Spatha paulo brevior; coloratus, marceſcens ſupra germina.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *nulla, niſi Nectaria baſi craſſa, deſinentia in* Cirros *filiformes, duorum ordinum, e medio ſpadice egredientes.* Antheræ *plurimæ, ſeſſiles, tetragonæ, cirrorum duplici ordini interjectæ, ſpadici adnatæ.* Stylus Germina *plurima, baſin ſpadicis veſtientia, infra ſtamina collocata, obovata.* Styli *nulli.* Stigma *villis barbatum.* PER. Baccæ *totidem, globoſæ, uniloculares.* SEM. *plura ſubrotunda.* OBS Mira floris ſtructura & ſine pari, quæ Botanicis Summis diſputandi materiem præbuit. Vide Tournef. Malpig. Dillen. Rivin. &c.

Arum acaule, foliis haſtatis integerrimis, ſpadice clavato. Arum *J. B. II.* 783. vulgare *Ger. Em.* 834. vulgare maculatum & non maculatum *Park.* 373. maculatum maculis candidis vel nigris, & non maculatum *C. B. Pin.* 195. *Wake-robin, Cuckow-pint.* Ad ſepes & in umbroſis primo vere exit ubique fere.

Radix recens tuſa & 1. drachmæ pondere ſumpta remedium eſt præſentiſſimum & minime fallax, adverſus venenum & peſtem; *Trag.* Folia recentia impoſita ad anthracem. Radix decocta melle excepta medetur pectoris morbis omnibus pituitoſis. Hernias curat & urinas ciet: ad arthritidem contuſa & cum ſtercore vaccino calide applicata conducit; *Matth.* Siccata ad Scorbutum valere dicitur. Verum *D. Grevius* exſiccatam, præſertim ſi diutius aſſervetur, plane inſipidam evadere affirmat, proinde, ut veriſimile eſt, prorſus inefficacem & nullarum virium. Succus expreſſus inſigne coſmeticum cenſetur.

ZOSTERA.

CAL. Folii *baſis vaginans, longitudinaliter connivens, ſuperne utrinque emarginata, includens ſpadicem.* Spadix *linearis, planus, altero latere ſtaminibus ſuperne, piſtilliſque inferne inſtructus.*

tus. Perianthium *nullum.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *alterna, plura, breviſſima, ſupra germina ſpadici inſerta.* Antheræ *ovato-oblongæ, nutantes, obtuſæ, ſurſum retro ſubulatæ, incurvæ.* PIST. Germina *pauciora, ovata, compreſſa, ancipitia, ſubpedicellata, apice affixa, nutantia, alterna.* Styli *nulli.* Stigmata *capillaria, ſimplicia.* PER. *membranaceum immutatum, angulo laterali longitudinaliter dehiſcens.* SEM. *unicum, ovatum.*

Zoſtera. Alga *Ger. Em.* 1659. anguſtifolia vitriariorum *J. B. III.* 794. *C. B. Pin.* 364. 5. Fucus marinus ſive Alga marina graminea *Park.* 1242. Potamogeiton gramineum marinum, imo caule geniculatum *Pluk. Mant.* 155. *Graſs-wrack.* In littoribus marinis ubique. Ubi in littore aliquandiu jecerit, pluviis & in ſolatu albeſcit.

Fucus marinus ſeu Alga marina graminea minor *Syn. II.* 78. Potamogeiton gramineum marinum, imo caule geniculatum minus *Pluk. Mant.* 155. *The leſſer Graſs-wrack.* Præcedente ſpecie omnibus ſuis partibus minor eſt, & vix pedem alta. In mari *Merſeiam* inſulam alluente copioſiſſime a *D. Dale* obſervata.

Fucus ſive Alga marina graminea anguſtifolia ſeminifera ramoſior *Syn. II.* 7. 9. Potamogeiton marinum Vitriariorum æmulum, ad foliorum planitiem folliculaceum & ſeminiferum *Pluk. Mant.* 155. *Branched Graſs-leafed ſeeding Sea-wrack.* In æſtuario Camalodunenſi ex ejuſdem *Dalæi* obſervatione. Caſt on Shore among the Bognor Rocks, 1750.

Ulnas duas longitudine æquat vel etiam ſuperat: *Cauliculo* tenui, compreſſo, geniculato, & ad genicula foliis cincto, ramoſo, ramulis e foliorum ſinubus exeuntibus. *Folia* anguſta, vix ſemiunciam lata, longitudine interdum ſemipedali, plerunque breviora; quæ verſus ſummos caules ſunt pediculo cuidam inſident, ima parte a pediculo ad duas treſve uncias concava, ſupina ſuperficie quouſque cavitas extenditur in angulum aſſurgente. Cavitas hæc ceu theca foliolum alterum a pediculo enaſcens, & facile exemptile, intus continet, cui adnaſcuntur breviſſimis pediculis, duplici ordine *folliculi* deorſum dependentes, quorum unuſquiſque unicum intus *ſemen* continet teres oblongum cœruleo-viride. Cum ſemen maturuit, cavitas ſeu theca modo dicta, ſecundum angulum per longum dehiſcit, ſingulique folliculi ſponte aperiuntur, & ſemen effundunt.

Hanc plantam curioſius deſcribere placuit, quoniam a nemine antehac hic ſemina producendi modus vel in hac, vel in alia quavis ſpecie plantæ marinæ vel deſcriptus vel obſervatus fuerit: cujus obſervationis laus *D. Dalæo* debetur.

This

This ſame Plant, together with the Manner of its producing its Seed, hath been lately obſerved by that ingenious Gentleman Mr. *Walter Moyle*, before mentioned, in Company with Mr. *Stevens*, on the Coaſt of *Cornwal*, not knowing that it was before diſcovered by Mr. *Dale*.

Potamogeiton marinum in utriculis epiphylloſpermon minus *Dood. Syn. Ed. II. App.* 346.

Radix geniculata, folia inferiora juxta radicem paria circiter duo, ſecundum longitudinem ſtriata, mucronibus obtuſis; caulis minus ramoſus, pedem raro ſuperat: in omnibus *Fuco ſive Algæ marinæ graminifoliæ ſeminiferæ ramoſiori* Raii *in Syn.* ſimillimum, verum multo minus. (Found in *Portſea* Iſland at *Gatham* Haven; *Dood. Ann. Mſcr.*)

Alga anguſtifolia vitrariorum *Dood. Syn. II.* 346.

In littoribus marinis Anglicis ubique proveniens, radices obtinet geniculatas ad modum præcedentis, quod antequam caules emittit non habet diſſimilem creſcendi morem, magnitudine tantum excepta, quocirca non temere ſuſpicor utraſque eſſe congeneres. Hæc autem noſtra vitrariorum mihi videtur eſſe ſpecies diſtincta ab illa *Park.* & *Lob.* quæ radice ſquamoſa nodoſa depingitur, & eandem, ni fallor, in *Muſæo Courteniano*, & apud *D. Petiverum* vidi, ait *Dood. Syn. App.* (Quæritur an a Fuco marino ſeu Alga marina graminea minore *Dal.* differat? Found with the former in *Portſea* Iſland at *Gatham* Haven. *Dood. Ann. Mſcr.*)

CLASSIS XXI.

MONOECIA.

MONANDRIA.

ZANNICHELLIA.

* Maſculus flos.

CAL. *nullus.* COR. *nulla.* STAM. Filamentum *unicum, ſimplex, longum, erectum.* Anthera *ovata, erecta.* * Femineus *juxta maſculum florem.* CAL. Perianthium *monophyllum, ventricoſum, bidentatum, vix manifeſtum.* COR. *nulla.* PIST. Germina *quatuor, corniculata, conniventia.* Styli *totidem, ſimplices, patentiuſculi.* Stigmata *ovata, plana, patentia extrorſum.* PER. *nullum.* SEM. *totidem, oblonga, utrinque acuminata, hinc gibba, cortice tecta, curva, reflexa.*

Zannichellia. Aponogeton aquaticum graminifolium, ſtaminibus ſingularibus *Ponted. Anth.* 117. Algoides vulgaris *Comm. Ac. R. Sc. A.* 1719. *p.* 12. *T.* 1. *f.* 1. Potamogiton cornutum *Pet. H. Br.* 6. 2. Potamogitoni ſimilis graminifolia aquatica *Raj. H. T.* 190. *Syn. II.* 281. Potamogito ſimilis graminifolia ramoſa & ad genicula polyceratos *Pluk. Alm.* 305. *T.* 102. *f.* 7. Potamogeton capillaceum capitulis ad alas trifidis *C. B. Pin.* 193. *Pr.* 101. Corniculis recurvis, tribus quatuorve ſimul in foliorum alis ſeſſilibus, foliiſque gramineis a reliquis diſcretu facilis eſt. Paſſim in paluſtribus, ut v. gr. ad templum *Divi Pancratii* prope Londinum.

D I-

DIANDRIA.

LEMNA.

* Hermaphroditus flos.

CAL. *monophyllus, ſubrotundus, latere dehiſcens, oblique extrorſum dilatatus, obtuſus, patens, depreſſus, magnus, integer.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *duo, ſubulata, incurva, longitudine calycis.* Antheræ *didymæ, globoſæ.* PIST. Germen *ovatum.* Stylus *brevis.* Stigma *obſoletum.* PER. *abortiens.*
* Femineus flos *in eadem planta cum maſculo.* CAL. *ut in hermaphrodito.* COR. *nulla.* PIST. Germen *ſubovatum.* Stylus *brevis, perſiſtens.* Stigma *ſimplex.* PER. Capſula *globoſa cum acumine, unilocularis.* SEM. *nonnulla, oblonga, utrinque acuta, longitudine fere capſulæ, hinc ſtriata.*

Lemna foliis petiolatis lanceolatis. Lenticula aquatica triſulca *C. B. Pin.* 362. *J. B. III.* 786. Hederula aquatica *Ger.* 681. Ranunculus hederaceus aquaticus *Park.* 1216. In aquis cœnoſis, quibus ut plurimum immergitur.

Lemna foliis ſeſſilibus utrinque planiuſculis, radicibus ſolitariis. Lens paluſtris *Ger.* 680. *J. B. III.* 784. paluſtris vulgaris *C. B. Pin.* 362. paluſtris ſeu aquatica vulgaris *Park.* 1262. *Ducks-meat.* Aquarum ſtagnantium ſuperficiei innatat, & perſæpe eas totas operit. Notiſſima eſt planta, nec deſcriptione indiget, figura vero nondum proſtat niſi in *Cam. Ep.* 852. Vid. Tab. 4. fig. 1.

Lenti paluſtri vis refrigerans, unde in inflammationibus, podagra & ignibus ſacris convenit. Agglutinat etiam in pueris hernias inteſtinorum. *D. Bates* quidem pro ſecreto infallibili ad icterum communicavit infuſionem Lentis paluſtris in vino albo.

Lemna foliis ſeſſilibus, radicibus confertis. Lenticula paluſtris major *Commel. Cat. Pl. Holl.* Non tantum multo major eſt præcedente, ſed in eo etiam differt, quod tenuior ſit, ſubtus rubeat & fibrillas breviores plures emittat, cum illa vireat, craſſior ſit & unum ſolummodo filamentum longius pro radice emittat. In foſſis & aquis purioribus paſſim occurrit. Vid. Tab. 4. fig. 2.

(*D. Doody* priorem ſpeciem annuam dicit, & per to-

tam æſtatem incrementum habere per ſoboles, novis plantulis e majori & veteri enaſcentibus, ſe enim oculatiſſima obſervatione ſeminalia obſervare non potuiſſe. At vero ea in Belgio olim ſubtus adnaſcentia obſervata *D. Sherardo*, ut videre eſt in *Hiſtoria Raj. III.* 48. ſuffragante *D. Valliſnerio*; Vid. Eph. Germ.)

TRIANDRIA.

TYPHA.

* Maſculi Flores *numeroſi in amento culmum terminante.*

CAL. Amentum commune *cylindraceum, denſiſſimum, conſtans.* Perianthiis *propriis triphyllis, ſetaceis.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *tria, capillaria, longitudine calycis.* Antheræ *oblongæ, pendulæ.* * Feminei *numeroſi in amento, culmum eundem cingente, compactiſſimo digeſti.* CAL. Capilli *papposi.* COR. *nulla.* PIST. Germen *ſetæ inſidens, ovatum.* Stylus *ſubulatus.* Stigma *capillare, perſiſtens.* PER. *nullum.* Fructus *numeroſi cylindrum conſtituunt.* SEM. *unicum, ovatum, ſtylo inſtructum, ſetæ inſidens.* Pappus *capillaris, ſetæ ſeminiferæ quaſi affixus, longitudine piſtilli.*

Typha foliis ſubenſiformibus, ſpica maſcula femineaque approximatis. Typha *Ger.* 42. paluſtris major *J. B. II.* 539. *C. B. Pin.* 20. paluſtris maxima *Park.* 1204. *Great Cats tail, or Reed-mace.* In ſtagnis & piſcinis majoribus, aut aquis lene fluentibus.

Altitudo humana & major, caulis teres gracilis, tomento rufeſcente in cylindri formam compoſito faſtigium occupante, quod in pappos tandem cinereos faceſſit.

Typha foliis ſemicylindricis ſpica maſcula femineaque remotis. Typha paluſtris media *J. B. II.* 540. paluſtris clava gracili *C. B. Pin.* 20. minor *Park.* 1204. media *Cluſ. Pann.* 716. *The middle ſort of Cats-tail.* Cum priore, qua non minus frequens oritur.

Utramque ſpeciem creſcentem vidi in rivulo quodam prope ædes Nobiliſſimi Comitis Warwicenſis *Leez-houſe* dictas. Priori folia latiora, glauca, ſpica major, nigrior; ſerius etiam floret. Poſteriori folia anguſtiora, pallidius virentia; ſpica gracilior minuſque colorata, maturius etiam exeunt ſpicæ ſeu clavæ.

Typha

Typha paluſtris minor *C. B. Pin.* 20. minor *J. B. II.* 540. *Lob. Ic.* 81. Found by Mr. *Dandridge* on *Hounſlow* Heath, where the Sium alterum Oluſatri facie grows.

SPARGANIUM.

* Maſculi Flores *numeroſi, in capitulum collecti.*

CAL. Amentum commune *ſubrotundum, undique denſiſſime imbricatum, conſtans.* Perianthiis *triphyllis, linearibus, deciduis.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *tria, capillaria, longitudine calycis.* Antheræ *oblongæ.* * Feminei. CAL. *ut in maſculo.* Receptaculum commune *ſubrotundum.* COR. *nulla.* PIST. Germen *ovatum, deſinens in* Stylum *brevem, ſubulatum.* Stigmata *duo, acuta, perſiſtentia.* PER. Drupa *exſucca, turbinata cum acumine, inferne angulata.* SEM. Nuces *duæ, oſſeæ, oblongo-ovatæ, angulatæ.* OBS. Semen in aliis uniloculare, in aliis biloculare obſervat Tournefortius.

Sparganium foliis erectis triquetris. Sparganium ramoſum *Park.* 1205. *Ger. Em.* 45. *C. B. Pin.* 15. Sparganium quibuſdam *J. B. II.* 541. Butomos diſſecta panicula, vulgo Platanaria, quia pilulas habet Platani pilulis ſimiles *Jo. Bod. in Theophr. Hiſt.* 462. *Branched Bur-reed.* In aquis ad fluviorum ripas, inque paluſtribus ubique.

Sparganium foliis decumbentibus planis. Spargan. non ramoſ. *C. B. Pin.* 15. *Park.* 1205. non ramoſ. ſive latifolium *Ger.* 41. *Em.* 45. Spargan. alterum *J. B. II.* 541. *Bur-reed not branched.* Cum priore. (On the Eaſt Side of *Scrooby*, nigh a great Wood, where the Foot-way is caſt up ; *Nottinghamſhire. Merr. P.*)

Spargan. minimum *J. B. II.* 541. *C. B. Pin.* 15. *Pr.* 24. *Park.* 1205. *The leaſt Bur-reed.* In ſtagnis & rivulis. Folia cubitum longa, vix ſemiunciam lata, neque carinata, neque ſtriata, ut in majore ſpecie, intus concava. In caule cubitali florum & ſeminum globuli 4 vel 5. Reliquam deſcriptionem vid. *Hiſt. noſt. Append. p.* 1910.

CAREX.

* Maſculi Flores *in ſpicam digeſti.*

CAL. Amentum *oblongum, imbricatum, conſtans.* Squamis *unifloris, lanceolatis, acutis, concavis, perſiſtentibus.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *tria, ſetacea, erecta, calyce longiora.* Antheræ *erectæ, longæ, lineares.* * Feminei Flores *in eadem*

 vel

vel (quibuſdam) in diſtincta planta. CAL. Amentum *ut in maſculis.* COR. Petala *nulla.* Nectarium *inflatum, ovato-oblongum, apice bidentatum, ſuperne contractum, ore dehiſcens, perſiſtens.* PIST. Germen *triquetrum, intra nectarium.* Stylus *breviſſimus.* Stigmata *tria vel duo, ſubulata, incurva, longa, acuminata, pubeſcentia.* PER. *nullum.* Nectarium *majus factum ſemen fovet.* SEM. *unicum, ovato-acutum, triquetrum, altero angulo ſæpius minore.* OBS. *Scirpoides* Mont. *Carex* Rupp. Dill. Mich. flores maſculos & femineos in eadem ſpica gerit. *Cyperoides* Mont. Rupp. Dill. Mich. flores maſculos & femineos in diſtincta ſpica.

Carex ſpica ſimplici androgyna: ſuperne maſcula, capſulis divaricatis retroflexis. Gramen cyperoides minimum, ſeminibus deorſum reflexis puliciformibus *Syn. II.* 269. 12. Gramen cyper. ſpica ſimplici caſſa *Syn. II.* 267. 20. *H. Ox. III.* 244. *S. VIII. T.* 12. *f.* 21, 22. Cyperoides pulicare *Merr. Pin. Pet. Conc. Gr.* 172. *Flea-graſs.* Obſerved firſt by Mr. *Goodyer*, and by him named *Flea-graſs*, from the Likeneſs of its Seeds, both for Figure and Colour. We have often found it in mooriſh and boggy Places.

Spica unica ſimplici.

Carex ſpica ſimplici dioica. Gramen cyperoides minimum Ranunculi capitulo rotundo *D. Bobart. H. Ox. III. S. VIII. T.* 12. *f.* 36. cyperoides ſpica echinata ſimplici *Merr. Pin.* *Small Cyperus-graſs with a Crowfoot-head.* Frequently found on the Bogs on the Weſt-ſide of *Oxford.*

Gramen cyperoides minus Ranunculi capitulo longiore *D. Sher. Syn. II.* 270. 15. Præcedentis varietas eſſe videtur capitulo longiore. In paluſtribus ſpongioſis *Bogs* dictis in comitatu *Down* Hiberniæ.

Huic ſimile, ſi non idem, obſervavit & ad nos detulit *D. Vernon.* Graminis cyperoidis minoris ſpica ſimplici, titulo, in paluſtribus mariſcis dictis prope *Hinton & Teverſham* in agro Contabrigienſi frequens. Hujus cauliculum terminat ſpica ſingularis non paleacea, ſed e mille ſeminibus compacta. Verno tempore juncum mentitur.

Spicis androgynis.

Carex ſpica compoſita, ſpiculis ovatis ſeſſilibus approximatis

matis alternis androgynis nudis. Gramen cyperoides ſpica e pluribus ſpicis brevibus mollibus compoſita *Syn. II.* 268. 2. cyperoides paluſtre majus ſpica diviſa *C. B. H. Ox. III.* 244. *S. VIII. T.* 12. *f.* 29. (ſed perperam.) *Cyperus-graſs with a Head compounded of ſoft Spikes.* In paſcuis & locis humidioribus copioſe.

Cauliculi Dodrantales aut pedales, concavi, enodes, ſpicas 4, 5, vel etiam 6 confertas, ſubrotundas nec tactu aſperas in faſtigio ſuſtinentes. Hanc ſpeciem in *Cat. Angl.* pro Gramine cyperoide ex monte Ballon ſpica divulſa *J. B.* habuimus.

Gramen cyperoides ex monte Ballon ſpica divulſa *J. B. II.* 497. cypér paluſtre majus ſpica divulſa *C. B. Pin.* 6. *Th.* 88. cyper. paluſtre minus *Park.* 1287. cyper parvum *Ger. ic.* 19. *Marſh Cypreſs-graſs of Mount* Ballon, *with a divided Head.* In the Meadows near the Hithe at *Colcheſter* in *Eſſex*, and elſewhere, obſerved by Mr. *Newton*; (by *Hythe* in *Kent*; Mr. *J. Sherard.)*

Præcedente elatius eſt, caulibus gracilioribus, nec adeo manifeſte concavis; ſpicis partialibus minoribus, foliolo oblongo ſpicæ ſubjecto ſecus quam in illo, quo interdum recta ſupra paniculam aſſurgente caulis Junci ſpeciem refert; foliis longioribus & anguſtioribus.

Gramini cyperoidi ex monte Ballon ſimile, ſpica totali e pluribus ſpicis compoſita *Syn. II.* 268. 4. *Pluk. Alm.* 178. *T.* 34. *f.* 7. An Gram. cyper. elegans multifera ſpica *Park.* 1172? *Cyperus-graſs with a ſoft more compound Head.* In paluſtribus & aquoſis, Maio floret.

Spica in hac ſpecie coloris eſt ferruginei, & initio ad tactum mollis.

Gramini cyperoidi ex monte Ballon ſimile humilius, in maritimis & arenoſis naſcens *Syn. II.* 268. 5. *Pluk. Alm.* 178. *T.* 34. *f.* 8. *Low Sea Cyperus-graſs with a compound Spike.* In arenoſis maritimis frequens. Multo humilius eſt præcedente, ſpica ferruginea, deorſum plerunque nutante.

Gramen cyper. paluſtre elegans ſpica compoſita aſperiore. *Elegant Cyperus-graſs with a rough compound Head.* In a Pool at *Middleton* in *Warwickſhire*, towards *Cole*'s Hill; alſo nigh *Wrexham* in *Denbighſhire*, and other Places.

Folia anguſta, pallide viridia, dodrantalia: Caulis pedalis, nudus, enodis; ſpica in ſummo ex viridi flavicans, e 5 vel 6 ſpicis brevibus teretibus ſquamoſis, ſquamis acuminatis compoſita, nullo ei ſubjecto foliolo.

Gramen cyperoides elegans, ſpica compoſita molli *Pluk. Alm.* 178. *Tab.* 34. *fig.* 4. a Rajano hujus tituli diverſum.

Gramen cyperoides paluſtre elatius, ſpica longiore laxa *Syn. II.* 267. 1. *H. Ox. III.* 244. *S. VIII. T.* 12. *f.* 23. *Marſh Cyperus-graſs with looſe Spikes.* In paluſtribus putridis & aquoſis.

Caulis huic ſeſquicubitalis. Spica ſeu potius panicula longa, minus ſparſa, lucida, e pluribus ſpicis ſecundariis compoſita, quæ ex aliis adhuc ſubrotundis exiguis ſquamoſis conſtant. Denſo & firmo ceſpite naſcitur hoc genus, in ſolo alias cœnoſo, Juncorum in modum, ut tuto ei inſiſtere non poſſis.

Hujus aliam ſpeciem per omnia ſimilem, ſed minorem, ſpicis gracilioribus, ſparſim naſcentem, non in ejuſmodi denſis ceſpitibus, iiſdem in locis obſervamimns.

Carex ſpica ſupradecompoſita inferne laxiore: ſpiculis androgynis ovatis ſeſſilibus glomeratis: ſuperne maſculis. Gramen cyper. paluſtre majus ſpica compacta. *C. B. Pin.* 6. *Th.* 87. cyperoides paluſtre triquetrum ſpica integra *J. B. II.* 479. pal. cyperoides *Ger.* 19. cyp. paluſtre majus *Park.* 1266. *The greater-ſpiked Cyperus-graſs.* In aquoſis & ad fluviorum ripas.

Spica ſeſcuncialis e ſquamis compreſſis acuminatis & quodammodo aculeatis compoſita. Caulis ſeſquicubitalis, triquetrus, angulis acutis, lateribus velut ſulcatis.

Gramen cyperoides ſpicatum minus *Syn. II.* 269. 9. cyper. ſpicis minus compactis *Park.* 1268. cyper. parvum *Ger. deſc.* 19. *Em.* 18. cyp. ſpicis minoribus minuſque compactis *C. B. Pin.* 6. *Pr.* 13. *J. B. II.* 497. *The leſſer-ſpiked Cyperus-graſs.*

Præcedente multis numeris minus eſt, alias ſimillimum, ſpicis, ut recte *J. B.* minoribus minuſque compactis; cauliculis plerunque terram verſus reclinatis. Iiſdem cum priore in locis.

Gramen cyperoides ſpicatum minus, ſpica longa divulſa ſeu interrupta *Syn. II.* 269. 10. cyperoides ſpicis curtis divulſis *Fl. Pr.* 117. *ic.* 32. cyperoides gracile alterum, glomeratis torulis ſpatio diſtantibus *Lob. Ill.* 61. *The leſſer-ſpiked Cyperus-graſs with a long interrupted Ear.* In paſcuis & locis humidioribus.

Cauliculi dodrantales aut pedales tenues, terram verſus plerunque reclinati: Spica longa divulſa ſeu interrupta, ex ſex nimirum ſeptemve ſpicis parvis, ſquamoſis ſeſſilibus, ex utriculis aculeatis compoſitis longiuſcule diſtantibus (inferiores intellige) compoſita. Folia longitudine interdum caulem ipſum æquant vel excedunt, quo a duobus præcedentibus differt.

Gramen cyperoides anguſtifolium, ſpicis parvis ſeſſilibus in foliorum alis *Syn. II.* 267. 19. *H. Ox. III.* 243. *S. VIII. T.* 12. *f.* 17.

17. *Pluk. Alm.* 178. *T.* 34. *f.* 3. cyperoides minimum Boelii tenuifolium, parvis per caulem diſtinctis torulis *Lob. Ill.* 54. In aggeribus foſſarum udis, præſertim umbroſis. Cauliculi tenues pedales, folia anguſta longa, tum infima, tum ſuperiora, in quorum alis ſpicæ ſedent.

Gramen cyperoides ſpicatum minimum, ſpica divulſa aculeata *Syn. II.* 269. 11. ſylvat. 3. *Tab. Ic.* 227. parvum tenuifolium cum ſpica aculeata *J. B. II.* 510. nemoroſum ſpicis parvis aſperis *C. B. Pin.* 7. *Th.* 100. An Gram. cyper. echinatum montanum *Park.* 1172? *The leaſt prickly headed ſpiked Cyperus-graſs.* Locis paluſtribus ſolo putrido & ſpongioſo.

Folia anguſta, brevia; cauliculi palmares & ſeſquipalmares in ſummo geſtant ſpicam laxam, e tribus plerunque glomerulis ſeminum aculeatorum compoſitam.

Spicis ſexu diſtinctis, femineis ſeſſilibus.

Carex ſpicis remotis, femineis ſubſeſſilibus, capſulis hirtis. Gramen cyperoides polyſtachyon lanuginoſum *Syn. II.* 265. 6. *H. Ox. III.* 243. *S. VIII. T.* 12. *f.* 10. An. Gram. cyperoides Norwegicum parum lanoſum *Park. p.* 1172. *Many-ſpiked hairy Cyperus-graſs.* In paſcuis, locis humidioribus.

Hujus tum folia, tum caules, tum etiam ſpicæ in apricis lanuginoſæ ſunt. In ſummo caule duas treſve ſpicas habitiores gerit, & inferius ad magnam diſtantiam e foliorum ſinubus duas treſve alias. Magnitudo ei Graminis Caryophyllei.

Spicis ſexu diſtinctis, femineis pedunculatis.

Carex ſpicis pendulis: maſcula erecta, femineis ovatis imbricatis, capſulis confertis obtuſis. Gramen cyperoides polyſtachyon flavicans, ſpicis brevibus prope ſummitatem caulis *Syn. II.* 265. 7. *H. Ox. III.* 243. *S. VIII. T.* 12. *f.* 16. *Pluk. Alm.* 178. *T.* 34. *f.* 5. *Yellowiſh Cyperus-graſs with ſhort Spikes.* In pratis & paſcuis frequens.

Altitudo dodrantalis, folia anguſta caule breviora: reliquas notas titulus ſuppeditat.

Gramen cyperoides polyſtachyon majus, ſpicis teretibus erectis. Gramen cyperoides anguſtifolium, ſpicis longis erectis *C. B. Pin.* 6. *Th.* 84. Gramen cyperoides medium, anguſtifolium, ſpicis teretibus erectis, flavicantibus *H. Ox.*

III. 242. *S. VIII. T.* 12. *f.* 8. *Great Cyperus-graſs with round upright Spikes.* In ſeveral Pools about *Middleton* in *Warwickſhire.* (In the River at *Redbridge* beyond *Epping*; *Mr. Doody.* In paludibus & aquoſis circa Oxoniam; viz. apud Hodkley *M. Bobart.*)

Spicæ ex utriculis membranaceis ſubrotundis mucrone donatis compoſitæ. Caulis adeo obſcure triquetrus eſt ut vix poſſit diſcerni. Folia caulem longitudine ſuperant: tres quatuorve ſpicæ tenues, longæ, disjunctæ, paleaceæ caulem finiunt.

Gramen cyperoides ſylvarum tenuius ſpicatum *Park.* 1171. *Lob. Ill. St.* 60. *H. Ox. III.* 243. *S. VIII. T.* 12. *f.* 9. *Slender-eared Wood Cyperus-graſs.* In ſylvis paſſim: floret circa finem Aprilis & initio Maii.

Spicæ flavicant ut & tota planta: ſummus caulis in ſingularem ſpicam aceroſam ſemine caſſam terminatur.

Gramen cyperoides polyſtachyon majuſculum latifolium, ſpicis multis, longis, ſtrigoſis. *Slender-eared, broad-leafed, Cyperus-graſs, with many Spikes.* Found in a Lane at *Black Notley*, by Mr. *Dale.*

Folia pro Graminis magnitudine ſatis lata ſunt. Spicæ ſex ſeptemve prætenues & ſtrigoſæ, granis rarioribus, ut in cyperoide ſylvarum, longæ, virides. Caulis in ſpicam unicam ſemine caſſam exit. A priori ſpecie, cui perſimile, ſpicarum pediculis vel nullis, vel valde brevibus differt. Tota etiam planta viridior eſt.

Carex ſpicis pedunculatis erectis remotis: femineis linearibus, capſulis obtuſiuſculis inflatis. Gramen cyperoides foliis caryophylleis, ſpicis e rarioribus & tumidioribus granis compoſitis *Syn. II.* 264. 3. *Pluk. Alm.* 178. *T.* 91. *f.* 7. *Many-ſpiked, July-flower-leafed Cyperus-graſs, with more thinly ſet and tumid Grains.* On *Chiſſelhurſt* and other Bogs.

In hac ſpecie unicam duntaxat ſpicam ſemine caſſam in ſummo caule hactenus obſervavimus. Caules compreſſi ad tactum molliores ſunt & velut juncei.

Gramen cyperoides cum paniculis nigris *J. B. II.* 494. cyperoides majus latifolium *Park.* 1265. cyperoides *Ger.* 11. cyper. latifolium ſpica rufa ſive caule triangulo *C. B. Pin.* 6. *Great vernal Cyperus-graſs.* In aquoſis, inque ipſis aquis ad fluviorum ripas. Maio floret.

Maximum eſt inter Gramina cyperoide polyſtachia, hoc eſt quorum ſpicæ feminiferæ ſingulatim aliæ ſupra alias e foliorum ſinubus exeunt, ſummum autem caulem ſpicæ paleaceæ ſemine caſſæ terminant. (Hujus folia non ſolummodo duriora

ra & aſperiora, ſed glauca, cum ſequentis molliora & viridiora ſint. Pro ratione loci multum variat; D. *Doody.)*

Gramen cyperoides majus anguſtifolium *Park.* 1265. *Ger. Em.* 29. paluſtre majus *Ger.* 11. Graminis nigro-lutei verni varietas major *J. B. II.* 494. *Great narrow-leafed vernal Cyperus-graſs.* Cum priore, quo per omnia minus eſt, niſi quod in parem altitudinem aſſurgat, caule concinne triquetro.

Gramen cyperoides minus anguſtifolium *Park.* 1266. *fig.* 3. Mr. *J. Sherard* firſt obſerved this in a Pond near *Eltham* in *Kent*, about the End of *May*; and Mr. *Rand* in the Ditches at the King's Arms againſt *Whitehall*; *Pet. Conc. Gr.* 159. Pertinet ad præcedentem ſpeciem cujus varietas eſt.

Gramen cyperoides foliis caryophylleis, ſpicis erectis ſeſſilibus, e ſeminibus confertis compoſitis *Syn. II.* 264. 4. cyperoides anguſtifolium, ſpica ſpadiceo viridi minus *C. B. Pin.* 6. *Pr.* 13. *July-flower-leafed Cyperus-graſs, with erect ſeſſile Spikes.*

Spicæ erectæ, nullis fere pediculis, in foliorum alis ſeſſiles prope ſummos caules, e granis confertis compreſſis & velut ſquamatim incumbentibus conſtant.

Gramen cyperoides, foliis caryophylleis, ſpicis oblongis e pediculis longioribus pendulis *Syn. II.* 264. 5. Gr. cyperoides nemoroſum, ſpica ſubnigra recurva C. Bauhini *H. Ox. III. S. VIII. T.* 12. *f.* 14. *Many-ſpiked July-flower-leafed Cyperus-graſs, with pendulous Heads.* In pratis humidioribus.

Caules hujus magis concinne triquetri quam præcedentium duorum, ſpicæ longiores, longioribus pediculis inſidentes, & nonnihil pendulæ.

Sic pro unica Graminis Caryophyllei ſpecie tres repoſuimus, quæ omnes revera diſtinctæ ſunt, certiſque & manifeſtis notis inter ſe differunt. Caryophyllea vocamus hæc gramina, quia foliorum colore glauco Caryophyllos imitantur.

Gramen caryophylleum anguſtiſſimis foliis, ſpicis ſeſſilibus brevioribus erectis non compactis *H. Ox. III.* 243. 12. In ſylvarum planitiebus & earum marginibus, inque paſcuis humidioribus ab utroque *Bobarto* obſervatum.

Carex ſpicis pendulis, pedunculis geminatis. Gramen cyperoides ſpica pendula breviore *C. B. Pin.* 6. *Th.* 86. Cyperus ſeu Pſeudo-cyperus ſpica brevi pendula *Park.* 1266. Graminis cyperoidis genus, Pſeudo-cyperus Lobelio, ſpicis vel paniculis pendentibus ex longis pediculis *J. B. II.* 496. Pſeudo-cyperus *Ger. Em.* 29. *Baſtard Cyperus with ſhort pendulous Spikes.* In paluſtribus & aquaticis, ſtagnis vadoſis, &c. Pulchrum eſt hoc gramen.

Spicæ

Spicæ cylindraceæ pendulæ ex ſingulis foliorum ſinubus ſingulæ exeunt, ſummo caule in ſpicam ſtrigoſam, aceroſam, ſemine caſſam terminato. (Hujus ſpicæ pendulæ nunc longiores nunc breviores inveniuntur ; *D. Doody.*)

Gramen cyperoides ſpica pendula longiore *Park.* 1267. ſpica pendula longiore & anguſtiore *C. B. Pin.* 6. *Pr.* 13. *J. B. II.* 497. *Many-ſpiked Cyperus graſs with long pendulous Heads.* In foſſis circa *Brantriam* in Eſſexia, & alibi.

Eſt e majoribus hujus generis, Gramini cyper. cum paniculis nigris altitudine non inferius. Spica in ſummo caule ſemine caſſa ſingularis habitior: Secundum caulis longitudinem e ſinubus foliorum ſingulis ſingulæ exeunt ſpicæ longæ, anguſtæ, & ob longitudinem & ſummæ partis craſſitiem pendulæ, flavicantes, plurimum quinque.

Spicis ſexu diſtinctis maſculis pluribus.

Carex ſpicis maſculis pluribus, femineis pedunculatis, capſulis inflatis acuminatis. Gramen cyperoides majus præcox, ſpicis turgidis teretibus flaveſcentibus *H. Ox. III.* 242. cyperoides medium præcox, ſpicis teretibus flaveſcentibus *Ib. S. VIII. T.* 12. *f.* 6. Cyperoides veſicarum majus *Cat. G.* 63. *App.* 42. Ad rivulos circa *Oxonium*, ſed rarius obſervavit *Bobartus.*

Gramen cyperoides paluſtre, ſpicis tribus ſubrotundis vix aculeatis, ſpatio diſtantibus *H. Ox. III. S. VIII. T.* 12. *f.* 18. Cyperoides veſicarium minus *C. G.* 63. *App.* 42. Solo humido frigido & argilloſo, quale ultra *Iſley* pagum, mille paſſus ab Oxonio diſſitum & aliis conſimilibus locis invenit *J. Bobartus.* Ceterum pro ſequenti ſpecie proponitur vel potius cum eo confunditur in *H. Ox. p.* 243. hoc Gramen, a quo toto habitu, ſed præcipue foliis latioribus, ſpicis majoribus propius admotis, & capſulis inflatis abunde differt.

Gramen cyperoides ſpicis parvis longiſſime diſtantibus. *Cyperus-graſs with ſhort Spikes far diſtant from one another.* Hoc genus primo a *D. Martino Liſter* habui, poſt ipſe inveni in Eſſexia, loco putrido & paludoſo prope *Machin's-Mill* non longe a *Witham* verſus Camalodunum.

Caulis bipedalis & pro longitudine tenuiſſimus ; ſpicæ plerunque unciales pediculis tenuiſſimis uncialibus appenſæ : præter quas ſpica paleacea, ſemine vacua ſingularis caulem terminat.

Huic ſimile ſi non idem obſervavimus loco ſqualido & aquoſo in prato quodam juxta lupuletum *Panfeldiæ* in Eſſexia, altitudine Pedali aut longiore, caule tenui, foliis anguſtis, e quorum

Pag. 477.

TAB. XXIII.



quorum alis ſpicæ ſeminiferæ duæ treſve breves & habitiores, vel ſeſſiles in foliorum alis, vel pediculis brevibus innixæ. Caulem ſpica ſimplex foliacea terminat.

Gramen cyperoides vernum minimum. Gramen cyperoides ſpicatum *Ger. Em.* 22. ſpicatum foliis Caryophylleis *Park.* 1160. Caryophyllatæ foliis, ſpica divulſa *C. B. Pin* 3. *Th.* 46. *The leaſt vernal Cyperus-graſs.* Spicam producit & floret primo vere ante reliqua genera in paſcuis ſterilioribus paſſim.

Summum caulem tres quatuorve ſpicæ, ſuperior ſemine caſſa, reliquæ fœtæ confertæ occupant; interdum etiam inferius e folii ſinu ſpica exit.

Gramen paluſtre echinatum *J. B. II.* 497. *Ger. Em.* 17. paluſtre aculeatum vel minus Germanicum *C. B. Pin.* 7. aculeatum Germanicum *Park.* 1187. *Marſh Hedge-hog Graſs, or ſmall echinate Cyperus Graſs.* In paluſtribus & humidioribus pratis copioſe.

Parvitate ſua & ſpicis compactis brevibus, habitioribus muricatis in foliorum alis ſeſſilibus a congeneribus facile diſtinguitur. Spica ſtrigoſa aceroſa, ſemine caſſa ſingularis caulem finit.

Cyperoides echinatum majus *Pet. Conc. Gr.* 169. Gramen paluſtre echinatum, majus *D. Vernon.* Gramen paluſtre aculeatum, Italicum, majus *C. B. Theat.* 110. This has rarely more than two ſeſſil or cloſe, ſharp grained Heads near the Top, the lower bearded, with a long Leaf. It grows plentifully in a Meadow with the *Cirſium Anglicum* near *Cambridge*, where I got it in Company with Mr. *J. Sherard*, about the Middle of *June*; *Pet. Conc. Gr.* 169. (Non videtur ſpecie differre a minore Germanico. Ad altitudinem ſeſquipedalem aſſurgit.)

Gramen cyperoides ſpicis brevibus congeſtis, folio molli. In ericeto Hampſtedienſi prope Londinum invenit *D. Doody.* (In ſolo putrido *Oakenſhaw-moor* dicto *D. Richardſon.*) Hujus deſcriptionem vide *Hiſt. noſt. Append. p.* 1910.

Spica huic in ſummo caule paleacea unica, ſeminiferæ tres quatuorve, breviſſimæ & globulorum æmulæ, abſque pediculis cauli adnatæ. Inferius nonnunquam ex ala folii ſpica pediculo inſidens egreditur. Oſtendit nobis *D. Vernon* aliam hujus ſeu ſpeciem, ſeu varietatem, ſpicis habitioribus non in alis foliorum ſeſſilibus, ſed pediculis longiuſculis inſidentibus.

Gramen cyperoides tenuifolium, ſpicis ad ſummum caulem ſeſſilibus globulorum æmulis *Pluk. Alm.* 178. *T.* 91. *f.* 8. cyperoides una alterave ſpica rotunda præter caſſam *Docd. Syn.*

Ed.

Ed. II. App. 345. Folia brevia mollia: Caulis fere pedalis, ſpica una vel duabus, ſubrotundis turgidis, ſine pediculo ſeſſilibus onuſta. Singulis ſpicis folium apponitur. In paluſtribus putridis Ericeti prope *Croyden*; Julio.

Gramen cyperoides anguſtifolium majus, ſpicis ſeſſilibus in foliorum alis *Pet. Conc. Gr.* 187. Graminis cyperoidis anguſtifolii, ſpicis parvis ſeſſilibus in foliorum alis, varietas inſignis, ſi non ſpecies diſtincta *Buddl. H. S.* 29. Majus eſt, & ſpicæ duplo quam in præcedenti majores ſunt. Non tamen ſpecie differre videtur.

Gramen cyperoides ſpicis brevibus craſſis, una minore in ala folii ſeſſili pluribus disjunctis in & prope ſummum caulem. *D. Vernon* communicavit. Cyperoides echinata capite longe diſtante *Pet. Conc. Gr.* 170.

TETRANDRIA.

BETULA.

* Maſculi Flores *in Amenta cylindracea digeſti.*

CAL. Amentum *commune, undique imbricatum, laxum, cylindraceum: conſtans* Squamis *trifloris, quibus ſingulis* ſquamulæ *duæ, minutiſſimæ, ad latera poſitæ.* COR. Compoſita *floſculis tribus, æqualibus, diſco ſquamæ ſingulæ calycinæ affixis.* Propria *monopetala, quadripartita, patens, minima:* laciniis *ovato, obtuſis.* STAM. Filamenta *(Corollulæ) quatuor, minima.* Antheræ *didymæ.* * Feminei flores *in Amenta ejuſdem plantæ.* CAL. Amentum commune *imbricatum:* ſquamis *tribus, ubique oppoſitis, rachi affixis, bifloris, cordatis cum acumine, a mucrone verſus apicem ſinu parum diſſectis, concavis, brevibus.* COR. *nulla manifeſta.* PIST. Germen *proprium ovatum, minimum.* Styli *duo, ſetacei, longitudine ſquamæ calycinæ.* Stigmata *ſimplicia.* PER. *nullum.* Amentum *ſub ſingula ſquama duorum floſculorum ſemina fovens.* SEM. *ſolitaria, ovata.*

Betula foliis ovatis acuminatis ſerratis. Betula *J. B. I.* 148. *C. B. Pin.* 427. *The Birch-tree.* In ſylvis humidis, ericetis & montoſis, ſolo ſpongioſo cui arenæ ſubſunt.

Fructu ſquamoſo ſemina continente ad Conferarum arborum genus pertinere ſe prodit; folio deciduo ad Populneum accedente, minore; virgis tenuibus lentis rubentibus; cortice albicante, cuticulas annuatim exeunte, ab Alno differt.

Succus qui ex hac arbore veris initio vulnerata effluit ad


TAB.XXIV.
Pag. 479.
Fig. 1. p. 364. n. 4
Fig. 2.
p. 18. n. 6.
Fig. 3.
p. 18. n. 7.
Fig. 4.
p. 18. n. 8.
Fig. 5 p. 497
Fig. 6. p. 313. n. 6
Fig. 7. p. 16. n. 15.

ad calculum renum & veſicæ, necnon ſtranguriam & urinam cruentam a multis, nec immerito, celebratur. Viminum ſeu ſurculorum gracilium uſus ad magiſtratuum olim, nunc ad pedagogorum virgas; ad ſcopas, ad qualos plectendos, viſco illitorum ad aucupia. Cuticulæ candidæ quas annuatim exuit hæc arbor ad literas excipiendas idoneæ ſunt, & chartarum uſum ſupplere poſſunt. Vid. *Hiſt. noſt. p.* 1410.

Folia uſus non minimi ſunt in Hydrope, Scabie, &c. intus & extus adhibita. Cortex quia bituminoſus calf. & emollit, adhibeturque in ſuffitibus aeri, corrigendo deſtinatis. Fungus vi pollet aſtrictoria, unde ramenta ejus hæmorrhoidibus inſperſa ad miraculum fluxum cohibent; *Schrod.* Plinius Gallias e Betula bitumen excoquere tradit Lib. 16. cap. 18.

Betula pedunculis ramoſis. Alnus *Ger.* 1249. vulgaris *Park.* 1408. *J. B. I.* 151. rotundifolia glutinoſa viridis *C. B. Pin.* 428. *The common Alder-tree.* In aquoſis.

Arbor eſt conifera & julifera, ſucco aqueo, foliis Coryli deciduis.

Alnus vulgaris, ſub conis ligulis membranaceis rubris donata. *The Scarlet Alder.* Found by Mr. *Brewer*, in the great Meadow below the Cow-houſe, near *Longleet*, and at *Mells*, not far from Mr. *Chamberlain*'s Houſe. An diſtincta ſpecies ſit, vel varietas inſecti innidulationi ortum debens, nobis nondum ſatis exploratum eſt.

Folia viridia impoſita tumores diſcutiunt & inflammationes reſtinguunt. Cortex pro atramento ſcriptorio conficiendo gallæ vicem ſupplere poteſt. Lignum in ædificiorum fundamentis ſub terra poſitum ſolo humido permanet immortale, ad æternitatem, & ſuſtinet immania pondera ſtructuræ: *Vitruv. Plin.*

Buxus. Buxus *J. B. I.* 496. *Ger.* 1226. arboreſcens *C. B. Pin.* 471. arbor vulgaris *Park.* 1428. *The Box-tree.* In colle quodam prope *Darking* Surreiæ oppidum, *Boxhill* inde dicto, copioſe provenit. At *Boxwel* in *Cotteſwold* in *Glouceſterſhire*, and at *Boxley* in *Kent* there are Woods of them; Mr. *Aubry's Notes.*

Buxus anguſtifolia. In colle *Boxhill* dicto; Mr. *Dood. Not.*

Notas characteriſticas vid. *Meth Em.* 139.

Rari uſus eſt in medicina; ſunt tamen qui oleum e ligno deſtillant ſumme narcoticum, idque magnopere commendant in Epilepſia, Odontalgia dentibuſque corroſis;

ſis; *Schrod.* Decoctum ligni ad luem Veneream a nonnullis non minus utile cenſetur quam Guajaci; Vid. *Hiſt. noſt. II.* 1694. Rejicitur hodie ob ingratum & tetrum odorem. Ad ea quæcunque torno elaborari poſſunt, nihil hoc ligno præſtantius, lautius, ſequacius; *J. Bauhin.*

URTICA.

* Maſculi Flores.

CAL. Perianthium *tetraphyllum:* foliolis *ſubrotundis, concavis, obtuſis.* COR. Petala *nulla.* Nectarium *in centro floris, urceolatum, integrum, inferne anguſtius, minimum.* STAM. Filamenta *quatuor, ſubulata, longitudine calycis, patentia, intra ſingulum folium calycinum ſingula.* Antheræ *biloculares.* * Feminei Flores *vel in eadem, vel in diſtincta planta.* CAL. Perianthium *bivalve, ovatum, concavum, erectum, perſiſtens.* COR. *nulla.* PIST. Germen *ovatum.* Stylus *nullus.* Stigma *villoſum.* PER. *nullum.* Calyx *connivens.* SEM. *unicum, ovatum, obtuſo-compreſſum, nitidum.*

Urtica foliis oppoſitis, amentis fructiferis globoſis. Urtica pilulifera folio profundius Urticæ majoris in modum ſerrato, ſemine magno lini. Urtica romana *Ger.* 570. *Park.* 440. Romana ſeu mas cum globulis *J. B. III.* 445. urens, pilulas ferens, prima Dioſcoridis, ſemine Lini *C. B. Pin.* 232. *Common* Roman *Nettle.* I found it plentifully in *Great Yarmouth* in *Norfolk*, near the Key; as alſo about *Aldborough* in *Suffolk*, and elſewhere on that Coaſt. *Parkinſon* ſaith it hath been found growing of old at *Lidde* by *Romney*, and in the Streets of *Romney* in *Kent.*

Urtica foliis oppoſitis ovalibus. Urtica minor *Ger.* 570. minor annua *J. B. III.* 446. urens minor *C. B. Pin.* 232. racemifera minor annua. *The leſſer ſtinging Nettle.* In locis cultis ubique.

Urtica foliis oppoſitis cordatis, racemis geminis. Urtica racemifera major perennis. Urtica major vulgaris *J. B. III.* 445. major vulgaris & media ſylveſtris *Park.* 440. urens *Ger.* 570. urens I. & II. ſeu urens maxima & altera urens *C. B. Pin.* 232. *Common ſtinging Nettle.* Ad ſepes & in locis ruderatis.

Quomodo Urticarum ſpinulæ pruriginem hanc excitent oſtendit *D. Hookius* in *Micrographia.* Spinulæ ſc. intus concavæ ſunt & fiſtuloſæ, mucronibus acutis, unde tactu lævi cutem facile perforant. Singulæ autem folliculo

cuidam

cuidam liquore venenoſo repleto innaſcuntur; qui ad ſpinularum tactum compreſſus per earundem cava liquorem ſuum in cutem perforatam ſeu carnem transfundit, qui cum ſanguine ejuſve ſero miſtus & ebulliens, pruriginem illam moleſtam & puſtulas excitat.

PENTANDRIA.

XANTHIUM.

* Maſculi Flores *compoſiti.*

CAL. Perianthium Commune *plurium floſculorum, polyphyllum, imbricatum* ſquamis *tenuibus, longitudine floſculorum, æqualibus.* COR. Compoſita *uniformis, tubuloſa, æqualis, in hemiſphærium digeſta.* Propria *monopetala, tubuloſa infundibuliformis, erecta, quinquefida.* STAM. Filamenta *(Corollulæ) quinque, minima.* Antheræ *erectæ, parallelæ, diſtinctæ.* REC. Commune *vix ullum, paleis diſtinguens floſculos.* * Feminei Flores *infra maſculos, in eadem planta, duplicati.* CAL. Involucrum *biflorum, diphyllum:* foliolis *oppoſitis, trilobis (Lobis acutis: medio productiori,) aculeis uncinatis obvallatum, undique tegentibus & adnatis germinibus:* lacinulis *liberis.* COR. *nulla.* PER. Bacca *ſicca, ovato-oblonga, undique aculeis uncinatis tecta, apice bifida, bilocularis.* SEM. *ſolitaria, oblonga, hinc convexa, inde plana.*

Xanthium caule inermi. Xanthium ſeu Lappa minor *J. B. III.* 572. *Park.* 1222. Lappa minor Xanthium Dioſcoridis *C. B. Pin.* 198. Bardana minor *Ger.* 664. *The leſſer Burdock.* Apud nos rarius occurrit. I found it once in the Road from *Portſmouth* to *London*, about three Miles from *Portſmouth. Tho. Williſel* at *Dulwich* near *London.* (In a Bog beyond *Peckham*; *Merr. Pin.* In the Road at *Dulwich*, a little on this Side the College, juſt by the Stile going the Foot-way from thence to *London*; Mr. *Newton.)* Gaudet ſolo læto ac pingui: In tranſmarinis ad rivulos & in aquoſis ſcrobibus ſæpius obſervavi. Planta eſt annua.

POLYANDRIA.

CERATOPHYLLUM.

* Maſculi Flores.

CAL. Perianthium *multipartitum:* laciniis *ſubulatis, æqualibus.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *duplo plura quam*

ſegmenta calycis (ſedecim ad viginti,) vix conſpicua. Antheræ *oblongæ, erectæ, calyce longiores.* * Feminei *in eadem planta cum maſculis.* CAL. Perianthium *multipartitum:* laciniis *ſubulatis, æqualibus.* COR. *nulla.* PIST. Germen *ovatum, compreſſum.* Stylus *nullus.* Stigma *obtuſum, obliquum.* PER. *nullum.* SEM. Nux *ovata, unilocularis, acuminata.*

Ceratophyllum. Hydroceratophyllon folio lævi, octo cornibus armato *Comm. Ac.-R. Sc. A.* 1719. *p.* 16. *n.* 1. *T.* 2. *f.* 2. Huic ſemen læve non ſpinoſum, cum Sequentis aculeatum ſit, folia lævia tenuiora, crebrius diviſa. In foſſis juxta viam quæ ab urbe *Chicheſter* ad Inſulam *Selſey* ducit obſervavere *D. Manningham* & *D. Dillenius.*

Hydroceratophyllon folio aſpero, quatuor cornibus armato *Comm. Ac. R. Sc. An.* 1719. *p* 16. *n.* 1. *T.* 2. *f.* 21. Millefolium aquaticum Equiſetifolium, ſeu Equiſetum ramoſum aquis immerſum *Cat. Cant. Syn. II.* 280. Equiſetum ſub aqua repens foliis bifurcis *Fl. Pr.* 67. *Ic.* 12. Potamogeito affinis, Equiſeti facie τριχόφυλλ☉ *Pluk. Amalth.* 177. In aquis pigrioribus, præſertim circa Cantabrigiam frequens.

MYRIOPHYLLON.

* Maſculi flores.

CAL. Perianthium *tetraphyllum:* foliolis *oblongis, erectis: horum* extimum *majus,* intimum *minus.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *octo, capillaria, calyce longiora, flaccida.* Antheræ *oblongæ.* * Feminei Flores *infra maſculos in eadem planta.* CAL. Perianthium *ut in mare.* COR. *nulla.* PIST. Germen *quatuor, oblonga.* Styli *nulli.* Stigmata *pubeſcentia.* PER. *nullum.* SEM. *quatuor, oblonga.*

Myriophyllum floribus maſculis interrupte ſpicatis. Potamogiton foliis pinnatis *Inſt. R. H.* 233. Millefolium aquaticum pennatum ſpicatum *C. B. Pin.* 141. *Pr.* 73. *Park.* 1257. *Syn. II.* 279. 4. pennatum aquaticum *J. B. III.* 783. *Feathered Water Mill-foil.* In aquis paſſim Maio floret. Pennatum dicitur a foliorum ſimilitudine.

Millefolium aquaticum pennatum minus, foliolis ſingularibus latiuſculis floſculis ſubjectis donatum *H. Ox. III.* 622. *S. XV. T.* 4. *f.* 7. Potamogiton pennis tenuiſſimis *Pet. H. B.* 6. 6. In foſſa prope *Lodden-Bridge,* haud procul a *Reading* J. Bobart oſervavit. In the River on *Hounſlow-heath.* It is more branched, and the Spikes ſmaller; Mr. *Doody Ann.*

Pota-

Potamogitonis notæ ſunt in aquis naſci; flores ſpicati, quadrifolii, quorum ſingulis quaterna continentur ſemina; Florum ſpicæ pediculis oblongis inſidentes &c. *vid. M. Em.* 22.

Herbam refrigerare & aſtringere ſimiliter Polygono tradit Galenus, cui & nos facile aſſentimur.

Myriophyllum floribus omnibus verticillatis. Pentapterophyllon aquaticum floſculis ad foliorum nodos *Cat. Giſs.* 112. & *App.* 178. *T.* 7. Millefolium aquaticum minus *Park.* 1257. *J. B. III.* 783. *Syn. II.* 279. aquaticum floſculis ad foliorum nodos *C. B. Pin.* 141. Myriophyllum aquaticum minus *Ger.* 828. In rivulis prope Cantabrigiam circa *Hinton* & *Teverſham*, & pontem Sturæ.

Quinæ huic in caule (obſervante *Cluſio*) ad ſingulos nodos foliorum alæ. Floſculi in faſtigio Octopetali, (vel Tetrapetali potius) vix ſe aperientes, e ſingulis foliorum alatorum ſinubus ſinguli.

Millefolium aquaticum denſioribus verſus ſummitatem pennis, colore rubro; *Mer. Pin.* In *Putney* Common, near *Wandſworth*, in ſtanding Pits near the Road-ſide; *Merr.* Prioris ſaltem varietas videtur.

SAGITTÁRIA.

* Maſculi Flores *plures.*

CAL. Perianthium *triphyllum:* foliolis *ovatis, concavis, perſiſtentibus.* COR. Petala *tria, ſubrotunda, obtuſa, plana, patentia, calyce triplo majora.* STAM. Filamenta *plurima (viginti quatuor ſæpe,) ſubulata, in capitulum congeſta.* Antheræ *erectæ, longitudine calycis.* * Feminei Flores *pauciores, infra maſculos.* CAL. Perianthium *ut in mare.* COR. Petala *tria ut in mare.* PIST. Germina *numeroſa, compreſſa, in capitulum congeſta, extrorſum gibba, deſinentia in* Stylos *breviſſimos.* Stigmatibus *acutis, perſiſtentibus.* PER. *nullum.* Receptaculum *globoſum, ſemina in globum colligens.* SEM. *numeroſa, oblonga, compreſſa, cincta longitudinaliter* margine *membranaceo, lato, hinc gibbo, utrinque acuminato.*

Sagittaria foliis ſagittatis acutis. Sagitta *J. B. III.* 2. 789. aquatica minor latifolia *C. B. Pin.* 194. minor latifolia *Park.* 1247. *Arrow-head.* In aquis floret Maio & Junio menſibus. Hujus tres ſpecies ſeu varietates conſtituunt Botanici; nimirum, 1. majorem: 2. minorem latifoliam: 3. minorem anguſtifoliam: quæ omnes, ut puto, apud nos inveniuntur.

Sagitta aquatica omnium minima *D. Plukenet. Syn. II.* 143. *Alm.* 326. minor *Pet. H. B.* 43. 12. A minore anguſtifolia *J. B.* ſpecie differre videtur, quia nunquam a parvitate ſua variat. On the Thames Shore by *Lambeth* Bridge, over-againſt the Archbiſhop of *Canterbury*'s Palace, and plentifully before the Earl of *Peterborough*'s Houſe, above the Horſe-ferry on *Weſtminſter* Side, before the Gaining on the *Thames* for an Enlargement to the Court-yard; and I never obſerved it elſewhere; *D. Plukenet.* (Ex piſcinis noſtris anno elapſo primum mihi innotuit, puſilla eſt planta; *D. Richardſon.*)

Facile dignoſcitur foliis alatæ ſagittæ ſpeciem referentibus. Gramen bulboſum aquaticum a *C. Bauhino* in Prodromo deſcriptum nihil aliud eſt quam hujus plantæ radix & folia primo erumpentia & aquis merſa antequam in caulem abeat, ut obſervavit & me monuit *D. Dale.* Idem poſtea accepi a *D. Doody*, qui in omnibus Sagittariæ plantis bulbum ſeu tuber, qualis a *C. Bauhino* depingitur, infra limum in ipſam terram ſolidam defixum inveniri mihi affirmavit. Vid. *Merr. Pin.* 49. 107.

POTERIUM.

* Maſculi Flores *in ſpicam poſiti.*

CAL. Perianthium *triphyllum:* foliolis *ovatis, coloratis, caducis.* COR. *quadripartita.* Petala *ovata, concava, patentia, baſi coalita, perſiſtentia.* STAM. Filamenta *plurima (triginta ad quinquaginta,) capillaria longiſſima, flaccida.* Antheræ *ſubrotundæ, didymæ.* * Feminei flores *in eadem ſpica ſupra maſculos.* CAL. Perianthium *ut in mare.* COR. *monopetala, rotata.* Tubus *brevis, ſubrotundus, ore connivens.* Limbus *quadripartitus:* laciniis *ovatis, planis, reflexis, perſiſtentibus.* PIST. Germina *duo, ovato-oblonga, intra tubum corollæ.* Styli *duo, capillares, colorati, flaccidi, longitudine corollæ.* Stigmata *peniciliformia, colorata.* PER. Bacca *fit e tubo corollæ, indurato, incraſſato, clauſo.* SEM. *duo.*

Poterium inerme, caulibus ſubanguloſis. Sanguiſorba minor *J. B. III.* 2. 113. Pimpinella vulgaris ſeu minor *Park.* 582. hortenſis *Ger.* 889. ſept. ſeu ſanguiſorba minor hirſuta, & 8. ſeu minor lævis *C. B. Pin.* 160. *Burnet.* In montoſis pratis & paſcuis, præſertim ſolo cretaceo, frequens invenitur. About *Ruddington* Hills, near *Nottingham*, and on the Banks of *Raw-dikes* near *Leiceſter.* Alſo on the Heaths about *Grantham, Ancaſter,* and *Sleaford,* in *Lincolnſhire*; Mr. *Pultney.* About *Northfleet,* plentifully; Dr. *Watſon.*

QUERCUS.

* Maſculi Flores *in Amentum laxum digeſti.*

CAL. Perianthium *monophyllum, quinquefidum vel quadrifidum:* lacinulis *acutis, ſæpe bifidis.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *plura* (5. 8. 10.) *breviſſima.* Antheræ *magnæ, didymæ.* * Feminei *in gemma ſeſſiles, in eadem planta cum maſculis.* CAL. Perianthium *monophyllum, coriaceum, hemiſphæricum, ſcabrum, integerrimum, in flore vix manifeſtum.* COR. *nulla.* PIST. Germen *ovatum, minimum.* Styli *ſimplex, quinquefidus, calyce longior.* Stigmata *ſimplicia, perſiſtentia.* PER. *nullum.* SEM. Nux *ovalis, Cruſta coriacea univalvi, baſi deraſa, affixa brevi calyci, teres, glabra.*

Quercus foliis deciduis oblongis ſuperne latioribus: ſinubus acutioribus; angulis obtuſis. Quercus latifolia *Park.* 1385. vulgaris *Ger.* 1156. vulgaris longis pediculis *J. B. I.* 70. cum longis pediculis *J. B. I.* 420. *The common Oak-tree.* In ſylvis & ſepibus. Hujus fructus reſpectu, plurimæ habentur varietates.

Quercus latifolia mas, quæ brevi pediculo eſt *C. B. Pin.* 419. vulgaris brevibus pediculis *J. B. I.* 70. platyphyllos mas *Lugd.* 2. *Oak with the Acorns on ſhort Foot-ſtalks.* Folia huic obſcurius viridia & minus profunde ſinuata quam vulgaris, unde a vulgo circa *Newberry* oppidum *The Bay-oak,* i. e. Lauro quercus dicitur. In *Bagley* Wood, and divers other Places, obſerved by Mr. *Bobart,* who gave us the firſt Intelligence of it.

Hujus partes omnes, folia, cortex, cupulæ, glandes, lignum ipſum vim adſtrictoriam validam obtinent; unde utilia ſunt ad fluxum quemcunque ſiſtendum. Cortex & cupulæ ad coria denſanda uſurpantur.

JUGLANS.

* Maſculi Flores *in Amentum oblongum digeſti.*

CAL. Amentum commune *undique imbricato-ſparſum, cylindraceum, conſtans* ſquamis *unifloris, ſingulis ſingulæ corollæ affixis in centro exteriore, extrorſum verſis.* COR. *ſexpartita, elliptica, æqualis, plana:* laciniis *erecto-concavis, pedicellatis, centro corollæ interiori & rachi inſertis.* STAM. Filamenta *plura* (*octodecim,*) *breviſſima.* Antheræ *erectæ, acuminatæ, longitudine calycis.* * Feminei Flores *abſque Amento, altero vel tertio ſociati, ſeſſiles in eadem planta.* CAL. Perianthium *quadrifidum, erectum, breviſſimum, germen coronans, evaneſcens.* COR.

 qua-

quadripartita, acuta, erecta, calyce paulo major. PIST. Germen *ovale, magnum ſub receptaculo floris.* Styli *duo, breviſſimi.* Stigmata *maxima, clavata, reflexa, ſuperne lacerata.* PER. Drupa *ſicca, ovalis, magna, unilocularis.* SEM. Nux *maxima, ſubrotunda, ſulcis reticulata, ſemiquadrilocularis.* Nucleo *quadrilobo, varie ſulcato.*

Juglans foliolis ovalibus glabris ſubſerratis ſubæqualibus. Nux Juglans *J. B. I.* 241. *Ger.* 1252. Juglans vulgaris *Park.* 1413. Juglans ſeu Regia vulgaris *C. B. Pin.* 417. *The Walnut-tree.* Nux forte Perſica, forte Euboica Theophraſti, Baſilica ſeu Regia Dioſcoridis & Galeni; Perſica & Baſilica Plinii *J. B.* Anglicæ originis non eſt hæc arbor, verum cum paſſim ſeratur, nec raro extra hortos & viridaria occurrat, locum aliquem in hac Synopſi vendicat, quæ præter ſpontaneas ſtirpes in agris etiam cultas admittit. Folia huic arbori pinnata, odorata: Nuces tegumento exteriore viridi craſſo undique tectæ: nucleus in 4 lobos profunde diviſus, inque alios anfractus cerebri mæandros æmulantes.

Nuces recentes ventrem movent; ſiccæ calidiores ſunt, concoctu difficiles, bilem augent & tuſſim exaſperant: virides & immaturæ cum exteriore cortice Saccharo conditæ, duæ treſve ſi ſumantur alvum leniter ſubducunt. A veneno & peſte præſervant nuces mane comeſtæ. Oleum expreſſum ad lucernas utile eſt; præfertur quoque pictoribus ei quod e Lino exprimitur.

Cortex interior arboris ſiccatus vomitum ciet valide, juli ſeu nucamenta lenius. Fungoſa ſubſtantia nuclei Juglandis lobos intercedens & ſeparans, exſiccata & pulveriſata, in vino exhibita modica quantitate exercitum Anglicanum in Hybernia dyſenteria graviſſima, medicorum ſolertiam eludente, aliiſque remediis inexpugnabili, laborantem feliciter liberavit. Alii ejuſmodi pulverem ad pleuritidem commendant 1 drachm. pondere bis terve exhibitum. Communicavit *D. Joan. Aubrey.*

FAGUS.

* Maſculi Flores *receptaculo amentaceo communi affixi.*

CAL. Perianthium *monophyllum, campanulatum, quinquefidum.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *plura (duodecim circiter,) longitudine calycis, ſetacea.* Antheræ *oblongæ.* * Feminei Flores *in gemma ejuſdem plantæ.* CAL. Perianthium *monophyllum, quadridentatum, erectum, acutum.* COR. *nulla.*

PIST.

PIST. Germen *a calyce tectum*. Styli *tres*, *ſubulati*. Stigmata *ſimplicia*, *reflexa*. PER. Capſula *ſubrotunda (quæ calyx fuit,) maxima*, *ſpinis mollibus obſita*, *unilocularis*, *quadrivalvis*. SEM. Nuces *duæ*, *ovatæ*, *triquetræ*, *trivalves*, *acuminatæ*.

Fagus foliis lanceolatis acuminato-ſerratis ſubtus nudis. Caſtanea *J. B. I.* 121. *Ger.* 1253. vulgaris *Park.* 1400. ſylveſtris, quæ peculiariter Caſtanea *C. B. Pin.* 419. *The Cheſnut-tree.* In ſylvis quibuſdam prope *Sittingburn* Cantii oppidum, & *Woburn* Bedfordiæ obſervavimus, an ſpontaneam, an olim ibi ſatam neſcimus. Sylveſtris fructus ſativæ triplo minores ſunt. Calyces echinati binas ternaſve nuces continent. Folia longa, majuſcula, profunde ſerrata.

Caſtaneæ glandes, ſed præcipue interior membrana rubens, quæ corticem & fructum diſcernit, ſiſtunt vehementer omnes alvi fluores & ſanguinis rejectiones: coctæ & cum melle jejunis datæ tuſſientibus prodeſſe dicuntur. In Italia ruſtici quamplurimi caſtaneis frixis ſe ſuoſque ſuſtentant. Urbani & lautiores ſub cineribus toſtas & decorticatas cum ſucco Limonum & tantillo Sacchari menſis ſecundis adjiciunt, & ſic præparatas *Piſtacias Italicas* vocitant. Verum quocunque modo paratæ flatulentæ ſunt, ventriculo & capiti inimicæ, viſcerum infarctibus opportunæ, colico dolori obnoxiis & iis qui ad colicam proclives ſunt minus commodæ, imo noxiæ.

Fagus foliis ovatis obſolete ſerratis. Fagus *C. B. Pin.* 419. *Ger.* 1255. *Park.* 1403. Fagus Latinorum, Oxya Græcorum *J. B. I.* 117. *The Beech-tree.* In meridionalibus Angliæ v. g. Cantio, Suſſexia, Southamptonia vulgatiſſima; obſervavi & in Hartfordiæ comitatu, unde miramur Cæſarem in *Comment. de Bello Gallico* Fagum Britanniæ denegaſſe.

Calyces echinati, quadripartiti, in quatuor cellis totidem nuces triangulares, læves, ſpadiceo cortice continent. Folia quam Carpini breviora, marginibus æqualibus.

Hujus lignum in tenuiſſimas laminas flexiles diſſectum enſium vaginis firmandis inſeritur *J. B.* Folia recentia, tuſa & impoſita calidis tumoribus proſunt, eoſque diſcutiunt. Fagina glande delectantur & ſaginantur glires, mures, ſciuri, aviculæ, ac etiam ſues: virens & nondum exſiccata, ſi paulo copioſius ſumatur, Lolii inſtar caput tentat *J. B.*

CARPINUS.

* Maſculi Flores *in Amentum cylindraceum digeſti.*

CAL. Amentum Commune *undique laxe imbricatum; conſtans* ſquamis *unifloris, ovatis, concavis, acutis, ciliatis.* COR *nulla.* STAM. Filamenta *(floſculi) decem, minima.* Antheræ *didymæ, compreſſæ, apice villoſæ, bivalvis.* * Feminei Flores *in Amentum oblongum digeſti in eadem planta.* CAL. Amentum Commune *laxe imbricatum: conſtans* Squamis *lanceolatis, villoſis, apice reflexis, unifloris.* COR. *calyciformis, monophylla, ſexfida:* laciniis *duabus majoribus.* PIST. Germen *duo, breviſſima, ſingulis* Styli *duo, capillares colorati, longi.* Stigmata *ſimplicia.* PER. *nullum.* Amentum *maximum evadens, ad baſin ſingulæ ſquamulæ ſemen condens.* SEM. Nux *ovata, anguloſa.*

Carpinus ſquamis ſtrobilorum planis. Oſtrya Ulmo ſimilis, fructu in umbilicis foliaceis *C. B. Pin.* 427. Oſtrys ſive Oſtrya *Park.* 1406. Fagus ſepium vulgo, Oſtrys Theophraſti *J. B. I.* 2. 146. Betulus ſive Carpinus *Ger.* 1296. *The Horn-beam, or Hard-beam-tree, called in ſome Places the Horſe-beech, or Horn-beech, for ſome Likeneſs of the Leaves to Beech.* In ſylvis & ſepibus.

Cortex hujus arboris albidus & æqualis, unde etiam e longinquo facile dignoſci poteſt. Folia ad Ulmum aut Fagum accedunt. Vaſcula ſeminalia alata ſeu membranis in longum productis aucta, plura ſimul conferta. Arbor eſt julifera, flore a fructu remoto, qua nota ab Ulmo ſatis diſtinguitur.

CORYLUS.

* Maſculi Flores *in Amentum longum digeſti.*

CAL. Amentum commune *undique imbricatum, cylindraceum, conſtans* Squamis *unifloris, baſi anguſtioribus, apice latioribus, obtuſioribus, inflexis, trifidis:* lacinula media *longitudine cum reliquis æquali, duplo vero latiore, reliquaſque tegente.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *octo, breviſſima, lateri interiori ſquamæ calycinæ adnexa.* Antheræ *ovato-oblongæ, calyce breviores, erectæ.* * Feminei Flores *remoti a maſculis in eadem planta, seſſiles, gemma incluſi.* CAL. Perianthium *diphyllum, coriaceum, margine laceratum, erectum, longitudine fructus, ſub floreſcentia præ parvitate vix manifeſtum.* COR. *nulla.* PIST.

Germen

Germen *ſubrotundum, minimum.* Styli *duo, ſetacei, calyce multo longiores, colorati.* Stigmata *ſimplicia.* PER. *nullum.* SEM. Nux *ſubovata, baſi deraſa, apice parum compreſſa, parum acuminata.*

Corylus ſtipulis ovatis obtuſis. Corylus ſylveſtris *C. B. Pin.* 418. *Ger.* 1250. Corylus ſeu Nux Avellana ſylveſtris *Park.* 1416. *J. B. I.* 269. *The Haſel-nut-tree.* In ſylvis & ſepibus. Varia nomina apud Veteres ſortitæ ſunt hæ nuces. Nam & *Avellanæ* dictæ ſunt, & antea *Abellinæ* patrio nomine, teſte Plinio Lib. 15. cap. 22. & *Ponticæ* eodem autore loco cit. & *Præneſtinæ* a Præneſtino agro. Dioſcoridi Λεπτοκάρυα lib. 1. c. 169. Hippocrati 2. de diæt. καρύα πλατέα teſte Caſp. Hofman. *de Medicam. Officin.* Theophraſto arbor ipſa Ἡρακλεωτικὴ καρύα, ab Heraclea Ponti urbe. Sativæ (noſtratibus *Filberds*) barbatæ dictæ ſunt; ſylveſtres (*Haſel-nuts*) calvæ: ratio manifeſta eſt.

Folia huic arbori integra & ſubrotunda, ampla; nucis tegumentum exterius membranaceum, ſumma parte apertum.

Ex hujus virgis circuli doliares confici ſolent. E ligno carbones parant pictores ad delineationes accommodos. Nuces corpus pinguefaciunt, affatim ſumptas anheloſos & aſthmaticos efficere vulgo perſuaſum eſt; quod & nobis veriſimile, ſiquidem obſtruentis naturæ eſſe videntur. Juli & cortices Avellanarum aſtringere & ventris fluxiones ſiſtere creduntur. Superſtitioſa ſunt & magicam vanitatem redolent quæ de virgula divinatoria colurna feruntur.

MONADELPHIA.

PINUS.

* Maſculi Flores *in racemos diſpoſiti.*

CAL. *Gemma Squamæ hiantes, nec alius.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *plurima, connata inferne in* columnam *erectam, apice diviſam.* Antheræ *erectæ.* * Feminei Flores *in eadem planta.* CAL. Conus communis *ſubovatus, conſtans* Squamis *biſloris, oblongis, imbricatis, perſiſtentibus, rigidis.* COR *nulla.* PIST. Germen *minimum.* Stylus *ſubulatus.* Stigma *ſimplex.* PER. *nullum.* Conus *calycinus, antea clauſus, nunc connivens.* SEM. Nux *aucta ala membranacea, ſemine majore, ſquama coni minore, oblonga, hinc recta, inde gibba.*

Pinus

Pinus foliis geminis: primordialibus ſolitariis glabris. Pinus ſylveſtris foliis brevibus glaucis, conis parvis albentibus *Syn. II.* 288. Hortulanis noſtris *The Scotch Firr*, i. e. Abies Scotica, perperam dicta. In Scotia prope lacum *Loughbrun*, inter lacum & montem vicinum; *D. Evelyn.* Found alſo by Mr. *Harriſon* in *Ireland*, who relates that it was found in the County of *Kerry*, (where the *Arbutus* grows) by a Perſon of good Integrity and Skill in the Knowledge of Plants. *Faſc. Syn. II. præm.* (Nullam aliam præter hanc, Pinus ſpeciem, in Alpibus Scotiæ aut Angliæ borealibus olim aut nunc naſci, validis argumentis probat *D. Richardſon* literis 19. Aprilis 1723. datis, quæ hic referre nimis prolixum eſſet.)

Paſſim in hortis & viridariis noſtris colitur, in Alpibus Stiriacis ſpontaneam obſervavimus, unde miramur eam a Botanicis vel præteritam, vel obſcure admodum deſcriptam. In viridariis culta in proceram ſatis arborem adoleſcit, caudice recto, firmo & minime contorto, cortice minus ſcabro quam Pinaſtri vulgaris, cinereo ſeu albicante; foliis brevioribus, latioribus, glaucis; conis parvis, acutis, albentibus; ſeminibus minimis.

Pinus foliis ſolitariis emarginatis. Abies *Ger.* 1181. *Park.* 1539. Abies fœmina, ſive Ἐλάτη θήλεια *J. B. I.* 231. Abies conis ſurſum ſpectantibus ſive mas *C. B. Pin.* 505. Abies Taxi foliis vulgo. *The Female or Yew-leafed Firr-tree.* In Alpibus Scoticis copioſe provenire aiunt, [verum Piceam herbariorum eſſe ſuſpicor quæ ibi oritur] Hujus generis arbores proceræ & ſpecioſæ in colle quodam juxta *Wharton* agri Staffordienſis vicum duobus m. p. a Neoporto Salopiæ oppidulo non incelebri remotum viſendum e longinquo accedentibus de ſe ſpectaculum præbent: an ſponte ibidem ortæ (ut opinatur *D. Plot*) an olim ſatæ nobis nondum plane conſtat; quamvis prius veriſimilius videatur.

Foliis eſt in extremitate bifidis, ſuperne viridibus, averſa parte cinereis, utrinque in ramulis Taxi modo pectinatim diſpoſitis, & conis ſive ſtrobilis ſurſum ſpectantibus, quorum nucamenta offert menſe Maio.

Speciem quandam Abietis, foliis Taxicorum modo diſpoſitis, verum ſubtus viridibus, in hortis Batavicis enutriri nos certiores fecit *D. Tancredus Robinſon*, ramulo etiam inde allato, nobiſque oſtenſo, quam fortaſſe Cl.

Vir

Vir *D. P. Hermannus* in Catal. H. Med. Leydenſis pro Abiete mari conis ſurſum ſpectantibus *C. B.* habet.

Pinus foliis ſubulatis mucronatis lævibus bifariam verſis. Abies mas *Theophraſti.* Picea Latinorum ſive ἐλάτη ἄῤῥην Abies mas Theophraſti *J. B. I.* 238. Picea *Park.* 1758. Picea major *Ger.* 1172. Picea major prima ſeu Abies rubra *C. B. Pin.* 493. *The common Firr-tree, or Pitch-tree.* Hujus coni deorſum dependent, & longiores ſunt quam præcedentis. Folia rigida & pungentia incerto ordine ramulos cingunt. In Alpibus Scoticis copioſe provenire aiunt.

Hujus reſina duplex in uſu eſt, 1. *Liquida*, quæ colligitur e tuberculis Abietum novellarum, ſed pauca: Hanc Officinæ noſtræ Terebinthinam Argentoratenſem vocant. 2. *Sicca*, quæ uti Thus figura ementitur, ita uſum ejus æmulatur.

Cerevifia diætetica dicta, cui infuſi ſunt Abietis maris ſeu Piceæ, *The common Firr-tree*, ramuli ſeu ſummitates, in affectibus ſcorbuticis bono cum ſucceſſu ſæpenumero uſus ſum; *D. Needham.*

Monoecia Syngeneſia.

BRYONIA.

* Maſculi Flores.

CAL. Perianthium *monophyllum, campanulatum, quinquedentatum:* denticulis *ſubulatis.* COR. *quinquepartita, campanulata, calyci adnata:* laciniis *ovatis.* STAM. Filamenta *tria, breviſſima.* Antheræ *quinque, quarum* duæ *in ſingulo filamento connatæ,* unica *in tertio filamento.* * Feminei *in eadem planta cum maſculis.* CAL. Perianthium *ut in maſculis, germini inſidens, deciduum.* COR. *ut in maſculis.* PIST. Germen *ſub receptaculo floris.* Stylus *trifidus, longitudine corollæ, patentis.* Stigmata *emarginata, patula.* PER. Bacca *ovalis, lævis.* SEM. *nonnulla, cortici adnata, ſubovata.*

Bryonia foliis palmatis utrinque calloſo-ſcabris. Bryonia alba *Ger.* 720. alba vulgaris *Park.* 178. aſpera, ſeu alba baccis rubris *C. B. Pin.* 297. Vitis alba ſeu Bryonia *J. B III.* 143. *White Briony.* Ad ſepes. Vires vid. *Hiſt noſt. p.* 659. Duplex eſt, mas & fœmina. Mas ſterilis floribus eſt majoribus communi pediculo palmum longo inſidentibus.

Bry-

Bryonia alba baccis nigris *C.B.Pin.* 297. nigra *Dod.Pempt.* 400. vitis ſeu Bryonia baccis nigris *J. B. II.* 146. Circa Cantabrigiam haud infrequens; *D. Plukenet. Amalth.* 45.

Hujus notæ ſunt capreoli ad ſcandendum, caules non ſpinoſi, folia vitiginea, vis cathartica vehementior. Purgat valide ſeroſos & pituitoſos humores, Hydropicorum aquas per vomitum ac ſeceſſum educit, menſes ciet, fœtum ejicit, ſuffocationes uteri arcet, aſthmata ſanat, podagricis convenit intus & extus; *Schrod.*

Agyrtæ ex hujus radicibus Mandragoras quas vocant efficiunt, quibus vulgo illudunt. Aſparagis qui prima germinatione exeunt ſolebant Veteres veſci. Vid. *Hiſt. noſt. p.* 659.

CLASSIS XXII.

DIOECIA.

DIOECIÆ *Character* conſiſtit in Floribus Maſculis & Femineis in diſtincta planta poſitis. Plantæ omnes hujus claſſis ſunt vel mares vel feminæ. Ergo in omni ſpecie hujus claſſis mas eſt & femina. Hic ſexus differentia individualis omnino ut in animalibus. Mares itaque enaſcuntur e ſeminibus feminarum in hac claſſe. Feminæ itaque abſente mare ſpeciem ſuam per ſemina propagare nequeunt, ut de exoticis in hortis manifeſta exempla. Si plantæ in eadem ſpecie altera mas aut femina, altera vero hermaphrodita, ad ſequentem claſſem ſpectant. Sunt quidem plures ſpecies mares & feminæ, licet hic locum habere nequeant, cum non omnes ejuſdem generis ſexu diſtinctæ ſint. E. gr. *Morus*, *Urtica*, *Croton*, *Rumex*, *Silene*, *Carex*, *Rhus*, *Laurus*, *Valeriana*, *Rhamnus*, *Cucubalus*. Nullam dari ſexu diſtinctam ſpeciem, (quantum etiamnum notum ſit) inter Aſperifolias Raj. Didynamas, Tetradynamas, Dia-

Diadelphas ſingulare eſt. Ratio cur, patet inſpicienti ſtructuras florum.

DIANDRIA.

SALIX.

* Mas.

CAL. Amentum Commune *oblongum, undique imbricatum (involucro e gemma inſtructum:) conſtans.* Squamis *unifloris, oblongis, planis, patentibus.* COR. Petala *nulla.* Nectarium *Glandula cylindracea, minima, truncata, mellifera, in centro floris.* STAM. Filamenta *duo, recta, filiformia, calyce longiora.* Antheræ *didymæ, quadriloculares.* * Femina. CAL. Amentum *ut in mare.* Squamæ *ut in mare.* COR. *nulla.* PIST. Germen *ovato attenuatum in* Stylum *vix diſtinctum, ſquamis calycinis paulo longiorem.* Stigmata *duo, bifida, erecta.* PER. Capſula *ovato-ſubulata, unilocularis, bivalvis:* valvulis *revolutis.* SEM. *numeroſa, ovata, minima, coronata* Pappo *ſimplici, hirſuto.* OBS. Species dantur cujus mares ſtaminibus tribus ſ. quinque inæqualis longitudinis, inſtruuntur. *S. hermaphroditica* ſola nobis nota floribus hermaphroditis diandris. Salicis individua mutare ſexum, alteroque anno maſculos, alteroque femineos flores producere, figmentum eſt.

Foliis glabris ſerratis.

Salix foliis ſerratis glabris, floribus triandris. Salix folio auriculato ſplendente flexilis *Catal. Cantab.* An Salix folia Amygdalino utrinque virente aurito *C. B. Pin.* 473? viminalis nigra *Park.* 1431? *The round-eared ſhining Willow.* In Salicetis.

Frutex potius eſt quam arbor: Auricularum ſubrotundarum ad exortum foliorum magnitudine inter Salices inſignis eſt. Folia quam præcedentis minora ſunt. Corticem exuit hæc ſpecies.

Salix foliis ſerratis glabris, floſculis pentandris. Salix folio laureo, ſeu lato glabro odorato *Ph. Br. Merr. P. Syn. II.* 292. 8. An Salix latifolia non hirſuta cum gallis *J. B. I.* 216. *Bay-leafed ſweet Willow.* In Weſtmor-

morlandia, & montoſa comitatus Eboracenſis parte ad rivos frequens.

Hujus folia pro magnitudine breviora latioraque ſunt, quam Salicis fragilis. (Non tantum foliis cum Lauro convenit, ſed etiam odora eſt. Juxta fluvium ſupra & infra *Bradford* copioſe; *D. Richardſon*; By the Pond-ſide at *Wimbleton*; *Mr. James Sherard.*)

Salix foliis ſerratis glabris orbiculatis. Salix Alpina, Alni rotundo folio repens *Bocc. Muſ. P. II. T.* 1. Alpina minima lucida repens, Alni rotundo folio *Ej. p.* 19. Pyrola Mariana, ſubrotundo Ulmi folio glabro Hort. Uvedal. *Pluk. Alm.* 179. *T.* 436. *f.* 7. In aſcenſu montis *Snowdon* copioſe; *D. G. Sherard.*

Salix minime fragilis, foliis longiſſimis utrinque viridibus, non ſerratis D. Sherard. *Syn. II.* 293. The Twigs are moſt ſought after by Baſket-makers, Gardeners, *&c.* and are of a greeniſh Colour, tending to Redneſs. The Buds reddiſh. The *Juli* firſt red, afterwards of a greeniſh yellow Colour. The Leaves wholly green. In the Oſier-holt, between *Maidenhead* and *Windſor.* (Found afterwards by the River near *Saliſbury*, by Mr. *J. Sherard*, in Company with Mr *Rand.)*

Salix foliis ſerratis glabris ovato-lanceolatis, petiolis dentato-glanduloſis. Salix folio longo latoque ſplendente fragilis *Syn. II.* 291. 4. An Salix fragilis *C. B. Pin.* 474? *Park.* 1431? Salix ſpontanea fragilis Amygdalino folio auriculata & non auriculata *J. B. I.* 2. 214. *The Crack-willow.* In aquoſis & ſalicetis.

In mediocrem arborem ſi permittatur adoleſcit, foliis latis longis ſerratis, ramorum ligno fragili. Deſcr. vide in *Cat. Cant.*

Salix foliis ſerratis glabris lanceolatis: inferioribus oppoſitis. Salix folio longo ſubluteo, non auriculata, viminibus luteis; eademque viminibus rubris *Syn. II.* 293. *The long-leafed yellowiſh Sallow.* In Salicetis colitur ad vitilia. Folia huic unciam lata, tres uncias longa, & bina plurimum in ſurculis adverſa.

Ceterum Salices omnes celerrime creſcunt, & ſemeſtri minus ſpatio virgas humanam altitudinem longe ſuperantes emittunt.

Salicis cortex, folia juli refrigerant & ſubaſtringunt, [unde rami in pavimento ſtrati utiles ſunt in aere refrigerando] hæmorrhagiam quamcunque ſiſtunt. Decoctum foliorum, &c.

libi-

libidinem arcere dicitur, unde forte ὠλεσίκαρπος Homero denominatur. Lachryma quæ ex cortice vulnerato extillat commendatur ad ruborem & lippitudinem oculorum.

Salix foliis ſerratis glabris lanceolato-linearibus: ſuperioribus oppoſitis obliquis. Salix humilior foliis anguſtis ſubcœruleis, ex adverſo binis *Syn. II.* 292. 7. Salix tenuior, folio minore, utrinque glabro, fragilis *J. B. I.* 2. 213. *deſc. & ic.* 2. *The yellow Dwarf-willow.* Juxta torrentes & udis locis creſcit.

Hæç ſpecies, ut & Salix arborea vulgaris, Salix humilis anguſtifolia, Salix caprea latifolia, nobis obſervantibus, & aliæ fortaſſe pleræque ſpecies excrementum producunt in ramorum faſtigio, Roſæ æmulum, foliis confertim ſtipatis compactile: unde Salix Roſea perperam a nonnullis pro diſtincta Salicis ſpecie habetur.

Salix pumila folio rotundo *J. B. I.* 2. 217. *Round-leafed mountainous dwarf Willow.* On the Rocks on the uppermoſt Part of *Ingleborough* Hill, on the North-ſide, and on a Hill called *Whernſide*, over-againſt *Ingleborough*, on the other Side the ſubterraneous River; *Tho. Williſell.* Alſo in *North Wales*, on the Tops of higheſt Mountains.

Foliis glabris integerrimis.

Salix foliis integerrimis glabris ovatis obtuſis. Salix pumila foliis utrinque candicantibus & lanuginoſis *C. B. Pin.* 474. Obſerved near *Sandown* Caſtle by Mr. *J. Sherard.* Folia utrinque lanuginoſa ſunt, inferne præcipue ita ut nervi ea penitus obducantur. Icon hujus ſuperius eadem Tabula cum Orchide magna latis foliis galea fuſa vel nigricante *J. B.* Tab. nempe XIX. fig. 3. exhibita eſt.

Foliis integerrimis, villoſis.

Salix foliis integerrimis utrinque villoſis obovatis appendiculatis. Salix folio rotundo minore *Cat. Giſſ.* 38 & *App.* 37. Nondum deſcripta Salicis hæc ſpecies eſt, nec eſt Salix ſubrotundo argenteo folio *C. B.* quod in *App.* dicti *Cat.* viſum fuit, ceu quæ foliis eſt ſubtus penitus argenteis, minuſque rotundis. In ſepibus prope *Chiſſelhurſt*

hurſt hujus aliquot arbores ſatis altæ ſunt; Dr. *Dillenius.*

Salix caprea pumila folio ſubrotundo, ſubtus incano. Vix humo ſe attollit, ad altitudinem pedalem raro aſſurgens. Found in *Norwood*, near *Stretham*, by Mr. *Stoneſtreet.*

Foliis cum priori convenit, ſed cum valde pumila ſit, diverſa merito ſpecies cenſetur. Diverſa etiam eſt a Salice pumila folio rotundo *J. B. I.* 2. 217. ceu quæ folia nonnihil ampliora, tenuiora & ſuperne glabra habet, pediculis inſidentia longioribus.

Salix caprea acuto longoque folio D. Shhrard. *Syn. II.* 293. Frequent about *Oxford.* It is not of young Shoots, but holds always ſo.

Salix latifolia folio ſplendente *Syn. II.* 293. *Sallow with a ſhining Leaf.* This I obſerved growing plentifully about *Oſten* in *Cumberland*, twelve or fourteen Miles from *Pereth*, in the way from thence to *Newcaſtle.*

Salix foliis integris ovatis acutis ſupra ſubvilloſis, ſubtus tomentoſis. Salix Alpina pumila, rotundifolia repens, inferne ſubcinerea *C. B. Pin.* 474. pumila latifolia 1 *Cluſ. H* 85. *J. B. I.* 2. 216. humilis *Ger.* 1205. On *Putney* Heath, and in a Wood by *Weſt-Wickham* and *Addington*, near *Croydon*; *D. Dillenius.* On *Chorley* Foreſt, about *Beacon* and *Bardon* Hills; Mr. *Pultney.*

Aprili menſe julos breves craſſiuſculos profert, procedente autem tempore vaſcula ſeminalia parva in aliis ejuſdem ſpeciei plantis perficit. Folia oblongo rotunda ſunt, ad Vitis Idææ folia proxime accedentia, quibus ab aliis ſpeciebus dignoſcitur.

Salix foliis integerrimis ovatis: ſubtus villoſis nitidis. Salix pumila anguſtifolia inferne lanuginoſa *J. B. I.* 2. 212. pumila brevi anguſtoque folio incano *C. B. Pin.* 474. humilis minor repens *Ph. Br.* humilis anguſtifolia repens *Park.* 1434. *Narrow-leafed Dwarf-willow.*

Vel hanc, vel ejus varietatem folio utrinque lanuginoſo & argenteo invenimus in arenoſis prope Sandvicum Cantii maritimum oppidum: cujus meminit *Cluſius* foliis paulo latioribus, in ſabuloſis Hollandiæ aggeribus inter Gramina & Spartum paſſim naſcentis.

Salix pumila anguſtifolia prona parte cinerea *J. B. I.* 2. 213. Salix pumila linifolia incana *C. B. Pin.* 474. pumila anguſtifolia recta *Park.* 1434. Chamæitea ſive Salix pumila *Ger.*

Ger. 1205. anguſtifolia pumila *Ph. Br.* *Common creeping Dwarf-willow.* In ericetis & paluſtribus, præſertim montoſis.

Folio eſt anguſto, oblongo, ſuperne obſcure virenti, ſubtus cinereo; virgis tenuibus, interdum pedalibus aut cubitalibus, ſæpius humi procumbentibus, reptatricibus.

Foliis ſubſerratis, villoſis.

Salix foliis ovatis rugoſis: ſubtus tomentoſis, undatis ſuperne denticulatis. Salix latifolia rotunda *C. B. Pin.* 474. caprea rotundifolia *Ger.* 1203. latifolia rotunda *Park.* 1432. latifolia inferne hirſuta *J. B.* qui hanc a ſequente non vult ſpecie differre. (Verum plantas ipſas comparanti, diverſæ apparebunt, videturque *J. Bauhini* nomen ad ſequentem potius ſpeciem pertinere.) *Round-leafed Sallow.* In ſepibus.

Salix folio ex rotunditate acuminato *C. B. Pin.* 474. caprea latifolia *Ger.* 1203. latifolia inferne hirſuta *J. B. I.* 2. 215. *Common Sallow.* In ſepibus paſſim, præſertim humidioribus.

Salix foliis ſubintegerrimis lanceolato linearibus longiſſimis acutis ſubtus ſericeis, ramis virgatis. Salix folio longiſſimo *Cat. Cant.* anguſtis & longiſſimis foliis criſpis, ſubtus albicantibus *J. B. I.* 2. 212. *The Oſier.* Riguis gaudet locis, & ad aquas plerunque exit.

Salix foliis lanceolatis acuminatis ſerratis utrinque pubeſcentibus: ſerraturis infimis glanduloſis. Salix *Ger.* 1203. maxima, fragilis, alba, hirſuta *J. B. I.* 2. 212. vulgaris alba arboreſcens *C. B. Pin.* 473. arborea anguſtifolia, alba vulgaris *Park.* 1430. *The moſt common white Willow.*

Hæc omnium nobis cognitarum Salicum maxima eſt, & in ſatis craſſam & proceram arborem adoleſcit.

Salix pumila Rhamni ſecundi Cluſii folio. Sal. oblongo incano acuto folio *C. B. Pr.* 159. humilis repens anguſtifolia *Lob. Ic. P.* 2. 137. (fig. bon.) *J. B. I.* 2. 214. Found amongſt Mr. *J. Sherard's* dried Plants, the Place not named.

TRIANDRIA.

EMPETRUM.

* Mas.

CAL. Perianthium *tripartitum*: laciniis *ovatis, perſiſtentibus*. COR. Petala *tria, ovato oblonga, baſi anguſtiora, calyce majora, marceſcentia*. STAM. Filamenta *tria, capillaria, longiſſima, propendentia*. Antheræ *erectæ, breves, bipartitæ*. * Femina. CAL. Perianthium *ut in mare*. COR. Petala *ut in mare*. PIST. Germen *depreſſum*. Stylus *vix nullus*. Stigmata *novem, reflexo-patentia*. PER. Bacca *orbiculata, depreſſa, unilocularis, apice major*. SEM. *novem, articulatim in orbem poſita, hinc gibba, inde angulata*. OBS. Vidi olim *Hermaphroditum*, quem dein non obſervavi.

Empetrum procumbens. Empetrum montanum, fructu nigro *Inſt. R. H.* 579. Erica baccifera procumbens nigra *C. B. Pin.* 486. baccifera Matthioli *J. B. I.* 526. baccifera procumbens *Ger. Em.* 1383. baccifera nigra *Park.* 1485. *Black-berried Heath, Crow-berries, or Crake-berries*. In montibus udis Derbienſibus, Staffordienſibus, Eboracenſibus, inque ericetis elatioribus frequens.

Folia anguſta brevia, ordine terno aut quaterno, in cauliculis infirmis, prociduis rubentibus; flores ſtaminei; baccæ nigræ ſparſim naſcentes.

TETRANDRIA.

VISCUM.

* Mas.

CAL. Perianthium *quadripartitum*: foliolis *ovatis, æqualibus*. COR. *nulla*. STAM. *quatuor*. Filamenta *nulla*. Antheræ *oblongæ, acuminatæ, ſingulæ ſingulo foliolo calycino adnatæ*. * Femina *mari ſæpius oppoſita*. CAL. Perianthium *tetraphyllum*: Foliolis *ovatis, parvis, ſeſſilibus, deciduis, germini inſidentibus*. COR. *nulla*. PIST. Germen *oblongum, trigonum, margine obſolete quadrifido coronatum, ſub receptaculo floris*. Stylus *nullus*. Stigma *obtuſum, vix emarginatum*. PER. Bacca *globoſa, unilocularis, lævis*. SEM. *unicum, obcordatum, compreſſum, obtuſum, carnoſum*.

Viſcum

Viſcum foliis lanceolatis obtuſis, caule dichotomo, ſpicis axillaribus. Viſcum *Ger.* 1168. vulgare *Park.* 1392. baccis albis *C. B. Pin.* 423. Viſcus Quercus & aliarum arborum *J. B. I.* 89. Aureus Virgilii ramus *Æneid.* 6. nonnullis exiſtimatus. *Miſſel and Miſſeltoe.* Multis arboribus innaſcitur, Quercui, quod præſtantiſſimum habetur, Corylo, quod ejus ſuccedaneum eſt, & ſecundum bonitatis locum obtinet: Malo frequentiſſime, Pyro, Oxyacanthæ, Aceri minori, Fraxino, Tiliæ, Salici, Ulmo, Sorbo, *&c.*

Ligni hujus uſus eſt præcipuus & ſpecificus in Epilepſia. Præſcribitur etiam contra Apoplexiam & Vertiginem tum intus epotum, tum vero collo appenſum. Quibus in Morbis multum præſtare Viſcum medicorum tum veterum, tum recentiorum unanimis eſt ſententia: contuſum & aquis convenientibus maceratum pueris verminantibus egregio effectu ſuaſu ſuo propinari ſolitum ſcribit *J. B.* *E. baccis* & cortice ligni parari poteſt Viſcum ad aucupia.

HIPPOPHAE.

* Mas.

CAL. Perianthium *monophyllum, bipartitum, fundo integro: laciniis ſubrotundis, obtuſis, concavis, erectis, apicibus conniventibus; lateribus dehiſcentibus.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *quatuor, breviſſima.* Antheræ *oblongæ, angulatæ, longitudine calycis.* * Femina. CAL. Perianthium *monophyllum, ovato-oblongum, tubulatum, clavatum, ore bifido, deciduum.* COR. *nulla.* PIST. Germen *ſubrotundum, parvum.* Stylus *ſimplex, breviſſimus.* Stigma *craſſiuſculum, oblongum, erectum, calyce duplo longius.* PER. Bacca *globoſa, unilocularis.* SEM. *unicum, ſubrotundum.*

Hippophae foliis lanceolatis. Rhamnoides fructifera, foliis Salicis, baccis leviter flaveſcentibus *J. R. H. Cor.* 53. Rhamnus 2. *Cluſ. H.* 110. *Ger. Em.* 1334. Rh. Salicis folio anguſto, fructu flaveſcente *C. B. Pin.* 477. vel Oleaſter Germanicus *J. B. I.* 2. 33. primus Dioſcoridis Lobelio, ſive littoralis *Park.* 1006. *Sallow-thorn, or Sea Buck-thorn.* On the Sea-banks on *Lindſey-coaſt, Lincolnſhire,* plentifully; Dr. *Liſter.* Alſo on the ſandy Grounds about *Sandwich, Deal,* and *Folkſtone,* in *Kent.*

Obſerved by Mr. *Lawſon* on the Sea-bank between *Whitby* and *Lyth*, in *Yorkſhire*, plentifully.

Folia Oleæ ſuperne viridia, ſubtus candicantia, flores ad foliorum ortus herbacei apetali fructus rotundi flaveſcentes, monopyreni. Altitudo interdum tricubitalis, aut major.

MYRICA.

* Mas.

CAL. Amentum *ovato-oblongum, undique imbricatum, laxum, conſtans.* Squamis *unifloris, lunulatis, obtuſe acuminatis, concavis.* Perianthium proprium *nullum.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *quatuor (raro ſex,) filiformia, brevia, erecta.* Antheræ *magnæ, didymæ, lobis bifidis.* * Femina. CAL. *ut in mare.* COR. *nulla.* PIST. Germen *ſubovatum.* Styli *duo, filiformes, calyce longiores.* Stigmata *ſimplicia.* PER. Bacca *unilocularis.* SEM. *unicum.* OBS. Eſt hujus generis cum Piſtacia ſumma affinitas. *M. Gale Stamina* quatuor. *Bacca* ſicca ſeu cruſta coriacea, apice compreſſa, triloba. *M. cerifera* J. B. *Stamina* ſæpius ſex. *Fructus* Bacca ſucculenta, globoſa.

Myrica foliis lanceolatis ſubſerratis, caule ſuffruticoſo. Gale frutex odoratus Septentrionalium, Elæagnus Cordo *J. B. I.* 2. 224. Rhus myrtifolia Belgica *C. B. Pin.* 414. ſylveſtris ſive Myrtus Brabantica vel Anglica *Park.* 1451. Myrtus Brabantica ſive Elæagnus Cordi *Ger.* 1228. *Gaule, ſweet Willow, Dutch Myrtle.* In paluſtribus, as in the Fens of the Iſle of *Ely*; about *Wareham* in *Dorſetſhire*; by the Rivulet between *Shap* and *Anna Well*, *Weſtmoreland*; and in many Places of the North.

Altitudo cubitalis; folia Salicis cum quadam gravitate odorata: fructus ſquamoſi.

Folia & ramulos inter veſtimenta recondunt tum ad tineas abigendas, tum odoris cauſa, quem ſuaviſſimum communicant. Poloni ſubſtrato utuntur ad pediculos porcorum interimendos non ſine ſucceſſu. Flores nonnulli lupulorum vice cereviſiæ incoquunt: unde caput tentat & temulentiam ſubito inducit.

Theæ arboris folia diverſa omnino ſunt ab Elæagni, non eadem, ut opinatus eſt *Sim. Paullus.*

PEN-

PENTANDRIA.

CANNABIS.

* Mas.

CAL. Perianthium *quinquepartitum:* foliolis *oblongis, acuminato-obtuſis, concavis.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Antheræ *oblongæ, tetragonæ.* * Femina. CAL. Perianthium *monophyllum, oblongum, acuminatum, latere altero longitudinaliter dehiſcens, perſiſtens.* COR. *nulla.* PIST. Germen *minimum.* Styli *duo, ſubulati, longi.* Stigmata *acuta.* PER. *minimum.* Calyx *arcte clauſus.* SEM. Nux *globoſo-depreſſa, bivalvis.*

Cannabis foliis digitatis. Cannabis ſativa *C. B. Pin.* 320. mas & fœmina *J. B. III.* 447. I. ſeu mas & II. ſeu fœmina *Ger. Em.* 708. ſativa mas & fœmina *Park.* 597. *Hemp the Male and Female, or Winter and Summer Hemp.* Sponte quod ſciam, apud nos non exit, ſed vulgo ſeritur in agris & hortis.

Notæ hujus Characteriſticæ ſunt folia digitata, corticis filamenta valida & tenacia, ad funes & linteamina texenda idonea, atque hic præcipuus eſt herbæ uſus.

Semen, ſi copioſius ſumatur, extinguere genituram a Veteribus eoſque ſecutis recentiorum multis traditur. At *Olearius* in Itinerario Cannabis tum ſemen tum herbam apud Perſas alioſque populos Orientales in frequenti uſu eſſe aſſerit ad Venerem excitandam. Qu. annon Olearius *Bangue* herbam Cannabi quidem ſimilem ſed diverſam, qua Indos & Perſas ad Venerem irritandam uti notum eſt, per errorem pro Cannabe habuerit. Lacte decoctum tuſſi opitulatur & ictericos ſanat. Ab aviculis appetitur, quas mirum in modum ſaginat: gallinas etiam ſi parca manu præbeatur ovorum feraciores reddit. Vid. *Hiſt. noſt. p.* 158.

HUMULUS.

* Mas.

CAL. Perianthium *pentaphyllum:* foliolis *oblongis, concavis, obtuſis.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *quinque, capillaria, breviſſima.* Antheræ *oblongæ,* * Femina. CAL. Involucrum

volucrum univerſale *quadrifidum, acutum:* partiale *tetraphyllum, ovatum, octiflorum, cujus ſinguli floris,* Perianthium *monophyllum, ovatum, maximum, extrorſum hinc planum, baſi connivens.* COR. *nulla.* PIST. Germen *minimum.* Styli *duo, ſubulati, reflexo-patuli.* Stigmata *acuta.* PER. *nullum.* Calyx *baſi ſemen includens.* SEM. *ſubrotundum, tunica obtectum.*

Humulus. Lupulus mas & fœmina *J. B. II.* 151. *C. B. Pin.* 298. non enim ſpecie differunt. 1. ſeu ſativus & 2. ſeu ſylveſtris *Park.* 176. cum non aliter quam magnitudine diſcrepent. Lupus ſalictarius *Ger.* 737. *Hops the Male and Female.* In ſepibus ad margines pratorum humentium. Non ante Julium menſem floret. Hinc rhythmus ille Anglicus:

'Till St. James's *Day be come and gone,*
You may have Hops, or you may have none.

Fructus initio Septembris maturi ſunt.

Notæ Lupuli characteriſticæ ſunt caules volubiles, fructus ſquamoſi in racemis laxis. Uſus ad condiendam cereviſiam ne cito aceſcat, &c. vid. *Meth. Em. p.* 18.

De uſu fructuum hujus herbæ ad cereviſiam condiendam, quo diutius incorrupta ætatem ferat, agere, eſſet lucernam ſoli accendere. Quod ad vires eorundem in medicina, menſes & urinam ciere, proinde & calculum pellere, quanquam nonnulli repugnant, ictero & hypochondriacis affectibus conducere creduntur, conſule *Hiſt. noſt.*

Turiones Lupuli Aſparagorum more verno tempore coquuntur, menſiſque adhibentur; quorum eſu ſanguis purgatur, alvus ſolvitur, hepar & lien obſtructionibus liberantur.

HEXANDRIA.

TAMUS.

* Mas.

CAL. Perianthium *ſexpartitum:* foliolis *ovato-lanceolatis, ſuperne patentioribus.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *ſex, ſimplicia, calyce breviora.* Antheræ *erectæ.* * Femina.

CAL.

CAL. Perianthium *monophyllum, ſexpartitum, campanulatum, patens:* laciniis *lanceolatis*; *germini inſidens, deciduum.* COR. Petala *nulla.* Nectaria: *Punctum oblongum, ſingulæ laciniæ calycinæ ad baſin interne adnatum.* PIST. Germen *ovato-oblongum, magnum, glabrum, infra calycem.* Stylus *cylindraceus, longitudine calycis.* Stigmata *tria, reflexa, emarginata, acuta.* PER. Bacca *ovata, trilocularis.* SEM. *bina, globoſa.*

Tamus foliis cordatis indiviſis. Tamnus racemoſa, flore minore luteo palleſcente *J. R. H.* 103. Bryonia nigra *Ger.* 721. ſylveſtris nigra *Park.* 178. lævis ſeu nigra racemoſa *C. B. Pin.* 297. Vitis nigra quibuſdam, ſeu Tamnus Plinii, folio Cyclamini *J. B. II.* 147. Sigillum B. Mariæ *Offic.* *Black Briony.* Ad ſepes & in dumetis.

Caules huic volubiles, folia Convolvuli majoris, fructus in racemis per maturitatem rubentes, flores hexapetaloides, cum Bryoniæ albæ pentapetaloides ſint.

Radix urinam renumque ſabulum, menſiumque ſaburram impellit potu; incidit & attenuat lentam pituitam in thoracis affectibus; *Lobel.* De vi purgatrice nihil dum comperi; *C. Hoffman.* cui ſuffragatur *D. Liſter.* *Geſnerus* radici exulcerantem vim ineſſe dicit. De hujus Aſparagis accipit *Dodonæus*, quæ Veteres de Bryoniæ Aſparagis tradunt, eſui ſcil. aptos eſſe.

OCTANDRIA.

POPULUS.

* Mas.

CAL. Amentum commune *oblongum, laxe imbricatum, cylindraceum, conſtans.* Squamis *unifloris, oblongis, planis, margine laceris.* COR. Petala *nulla.* Nectarium *monophyllum, inferne turbinatum, tubulatum, ſuperne oblique in ovatum limbum terminatum.* STAM. Filamenta *octo, omnium breviſſima.* Antheræ *tetragonæ, magnæ.* * Femina. CAL. Amentum *ut in mare.* Squamæ *ut in mare.* COR. Petala *nulla.* Nectaria *ut in mare.* PIST. Germen *ovato-acuminatum.* Stylus *vix manifeſtus.* Stigma *quadrifidum.* PER. Capſula *ovata, bilocularis, bivalvis:* valvulis *reflexis.* SEM. *numeroſa, ovata,* Pappo *capillari volatilia.*

Populus foliis ſubrotundis dentato-angulatis ſubtus tomentoſis. Populus alba *Ger.* 1310. *Park.* 1410. alba, λεύκη *J. B. I.* 160. alba, quæ λευκη ab albedine dicitur, majoribus foliis *C. B. Pin.* 429. *The Poplar, or Abele-tree.* In aquoſis locis. Folia ſuperne atro virore prædita, ſubtus tomento denſo incano, ceu Tuſſilaginis pubeſcunt.

Alia hujus ſpecies habetur foliis minoribus, quæ Populus alba foliis minoribus *C. B. Park.* folio minore *J. B.*

Populus foliis ſubrotundis dentato-angulatis utrinque glabris. Populus Lybica *Ger.* 1302. *Park.* 1411. Libyca Plinii, κερκὶς Theophraſti *J. B. I.* 163. tremula *C. B. Pin.* 429. *The Aſp, or trembling Poplar.* In ſylvis, locis uliginoſis, & inter Betulas. Folio eſt continue leviſſimo flatu tremente, breviore & rotundiore quam nigræ, per ambitum inæqualiter dentato.

Populus foliis deltoidibus acuminatis ſerratis. Populus nigra *Ger.* 1301. *C. B. Pin.* 429. *Park.* 1410. nigra, ſive Ἄιγειρος *J. B. I.* 155. *The black Poplar.* Ad fluvios & in aquoſis. Folia hederaceis figura ſua accedunt, ex rotundo mucronata, glabra, atro virore ſplendentia.

Cortex Populi albi adhibetur in dolore iſchiadico intus & extra in ſtranguaria, in ambuſtis.

Populi nigræ gemmæ adhiberi ſolent a ſexu muliebri ad capillos ornandos & promovendos, proſunt itidem ad dolores ſedandos; *Schrod.* Gemmæ ſeu ſurculi extremi poſt mediam æſtatem luteum, odoratum, pinguem, & tenacem ſuccum exſudant. Unguentum inde factum Populeum dictum refrigerat & ſomnum conciliat; verum id non vi gemmarum Populearum, quæ calidæ ſunt, ſed aliorum ingredientium.

RHODIOLA.

* Mas.

CAL. Perianthium *quadripartitum, concavum, erectum, obtuſum, perſiſtens.* COR. Petala *quatuor, oblonga, obtuſa, erecto-patentia, calyce duplo longiora, decidua.* Nectaria *quatuor, erecta, emarginata, calyce breviora.* STAM. Filamenta *octo, ſubulata, corolla longiora.* Antheræ *ſimplices.* PIST. Germina *quatuor, oblonga, acuminata.* Styli & Stigmata *obſoleta.* PER. *abortiens.* * Femina CAL. Perianthium *ut in mare.* COR. Petala *quatuor, rudia, erecta, obtuſa, cum calyce æqualia,*

æqualia, perſiſtentia. Nectaria *ut in mare.* PIST. Germina *quatuor, oblonga, acuminata: in* Stylos *ſimplices, rectos deſinentia.* Stigmata *obtuſa.* PER. Capſulæ *quatuor, corniculatæ, introrſum compreſſæ univalves, introrſum dehiſcentes.* SEM. *plurima, ſubrotunda.*

Rhodiola. Anacampſeros radice roſam ſpirante major *J. R. H.* 264. Rhodia radix *J. B. III.* 683. *C. B. Pin.* 286. *Ger.* 426. *Park.* 729. Telephium roſeum *Moriſon. Roſewort.* On the Rocks of the high Mountains of *Snowdon* and *Caderidris* in *Wales*; *Ingleborough* and *Hardknot* in *Yorkſhire*, &c. plentifully.

Radice odorata, foliorum colore glauco, & loco natali a præcedenti differt.

ENNEANDRIA.

MERCURIALIS.

* Mas.

CAL. Perianthium *tripartitum:* laciniis *ovato-lanceolatis, concavis, patentibus.* COR. *nulla: niſi Calycem velis.* STAM. Filamenta *novem vel duodecim, capillaria, recta, longitudine calycis.* Antheræ *globoſæ, didymæ.* * Femina. CAL. Perianthium *ut in mare.* COR. *nulla.* Nectaria: *Acumina duo, ſubulata, ad ſingulum latus germinis ſingula, ſulco germinis impreſſa.* PIST. Germen *ſubrotundum, compreſſum, latere utrinque ſulco exaratum, hiſpidum.* Styli *duo, reflexi, cornuti, hiſpidi.* Stigmata *acuta, reflexa.* PER. Capſula *ſubrotunda, ſcrotiformis, didyma, bilocularis.* SEM. *ſolitaria, ſubrotunda.*

Mercurialis caule ſimpliciſſimo, foliis ſcabris. Mercurialis perennis repens Cynocrambe dicta. Cynocrambe mas & fœmina *Ger. Em.* 333. mas & fœmina ſeu Mercurialis repens *J. B. II.* 979. Mercur. ſylveſtris Cynocrambe dicta vulgaris, mas & fœmina *Park.* 295. Merc. montana teſticulata, & Mercur. montana ſpicata *C. B. Pin.* 122. *Dog's Mercury.* In ſylvis & ſepibus.

Mercurialis notæ genericæ ſunt folia in caule bina adverſa: ſemina bina, vaſculis incluſa, teſticulos imitantibus.

Olerum more coctam, & oleo ac ſale conditam inter medicamenta ſeroſitates benigne evacuantia enumerat *Prævotius in Lib. de Medicina Pauperum ſed Herbæ.*

Herbæ

Herbæ hujuſce intra corpus liberalius aſſumptæ malignam & venenatam vim triſti experimento nuper didicimus. Siquidem a muliere quadam *Salopienſi* in agris collecta, & una cum lardo ſeu porcina ſalita & infumata, (*Bacon* noſtrates vocant,) frixa, & pro cœna a ſeipſa cum marito & tribus liberis comeſa, funeſta ſymptomata excitavit. Nam liberi poſtquam decubuiſſent, & duas circiter horas in lecto dormiiſſent exporrecti, graviter ægrotarunt; igni autem a parentibus admoti per vomitum & ſedem aliquoties purgati ſunt, & poſt ſemihoram iterum obdormierunt; omnibuſque gravi ſopore oppreſſus unus non ante triduum exactum evigilans & tum oculos tantum leviter aperiens, convulſus illico exſpiravit. Reliqui duo poſt 24 horas exporrecti, ἄνω ϰ̀ κάτω iterum purgati evaſerunt. Vir, utpote robuſtior, & firmiore viſcerum conſtitutione veneni vim haud difficulter eluctatus, poſt ſomnum duntaxat ſolito longiorem ad conſuetum laborem & quotidiana munia egreſſus, non aliud incommodum ſenſit, quam igneum in mento ardorem, cui leniendo per totum diem mentum aquæ frigidæ ſubinde immergere coactus eſt. Mulier poſt ſomnum diuturniorem male aliquantum ſe habuit, & ægre tandem poſt multos dies convaluit; *D. Sloane Syn. II. Indic.*

Mercurialis caule brachiato, foliis glabris. Mercurialis annua glabra vulgaris. Mercurialis mas & fœmina *J. B. II.* 977. vulgaris mas & fœmina *Park.* 295. Merc. mas & Merc. fœmina *Ger.* 332. Merc. teſticulata ſeu mas Dioſcoridis & Plinii, & Merc. ſpicata ſeu fœmina Eorundem *C. B. Pin.* 121. *French Mercury, the Male and Female.* On the Sea Beach near *Ryde*, in the Iſle of *Wight*, plentifully. Near *Paddington* Church, 1757.

Emollit & abſtergit, unde in enematis frequentiſſima. Succus illitus verrucas tollit. Semen cum Abſinthio decoctum ictericos mirifice juvat.

HYDROCHARIS.

* Mas.

CAL. Spatha *triflora, diphylla, oblonga.* Perianthium *proprium, triphyllum:* foliolis *ovato-oblongis, concavis, margine membranaceis.* COR. Petala *tria, ſubrotunda, plana, magna.* STAM. Filamenta *novem, ſubulata, erecta, in tres ordines diſpoſita, quorum intermedius ordo ſtipitem ſubulatum e baſi ſua in-*

te-

teriore, ſtyli ad inſtar, exſerit, & in centro collocat. Duo reliqui ordines baſi connectuntur, ut internum & externum cohæreat filamentum. Antheræ *ſimplices.* PIST. Germinis *rudimentum in centro.* * Femina. CAL. Spatha *nulla, flores ſolitarii.* Perianthium *ut in mare.* COR. *ut in mare.* PIST. Germen *ſubrotundum, ſub receptaculo floris.* Styli *ſex, longitudine calycis, compreſſi, bifido-canaliculati.* Stigmata *bifida, acuminata.* PER. Capſula *coriacea, ſubrotunda, ſexlocularis.* SEM. *numeroſa, minima, ſubrotunda.*

Hydrocharis. Stratiotes foliis Aſari, ſemine rotundo *Gundelſh ap. Johren.* Nymphæa alba minima *C. B. Pin.* 193. alba minima, ſive Morſus ranæ *Park.* 1252. minor, ſive Morſus ranæ *J. B. III.* 773. Morſus ranæ *Ger. Em.* 818. *The leaſt white Water-lilly, or Frog-bit.* In agris pigrioribus, Maio floret. Flos tripetalus. Vaſculum in ſex loculamenta diviſum plura continet ſemina.

Hujus varietas eſt :

Morſus ranæ flore pleno odoratiſſimo nondum deſcriptus *Cat. Cant.* 101. Nymphæa alba minima, flore pleno odoratiſſimo *Syn. II.* 279. *Double-flowered ſweet Frog-bit.* In foſſa paluſtri ad latus aggeris ſeu calceti, *Audrey Cauſey* dicti, prope pontem ligneum in inſula Elienſi.

MONADELPHIA.

JUNIPERUS.

* Mas.

CAL. Amentum *conicum, conſtans rachi communi, cui tres flores oppoſiti, triplici oppoſitione apponuntur, terminante decimo amentum: ſingulus flos pro baſi agnoſcit.* Squamam *latam, brevem, incumbentem, pedicello columnæ affixam.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta (in floſculo terminali) *tria, ſubulata, inferne coalita in unum corpus,* (in floſculis lateralibus *vix manifeſta.)* Antheræ *tres, diſtinctæ* in floſculo terminali, *at ſquamæ calycinæ in* lateralibus *adnatæ.* * Femina. CAL. Perianthium *tripartitum, minimum, germini adnatum, perſiſtens.* COR. Petala *tria, perſiſtentia, rigida, acuta.* PIST. Germen *calyce & corolla connatum.* Styli *tres, ſimplices.* Stigmata *ſimplicia.* PER. Bacca *carnoſa, ſubrotunda, inferna parte tribus oppoſitis tuberculis (e calyce concreto) iiſque obſoletis notata, apice*

tribus

tribus denticulis (antea petalis) umbilicata. SEM. Oſſicula *tria, hinc convexa, inde angulata, oblonga.*

Juniperus foliis ternis patentibus mucronatis. Juniperus vulgaris baccis parvis purpureis *J. B. I.* 293. vulgaris *Park.* 1028. vulgaris fruticoſa *C. B. Pin.* 488. item vulgaris arbor *Ejuſdem.* Juniperus *Ger.* 1189. *The common Juniper-tree.* In ericetis agri Cantiani, Eſſexienſis, & alibi in Anglia copioſe.

Juniperi notæ ſunt lignum odoratum, folia perpetua, anguſta, acuta; terna in ſingulis baccis grana.

Juniperus Alpina *J. B. I.* 301. *Cluſ. Hiſt.* 83. *Park.* 1028. Alpina minor *Ger. Em.* 1372. minor montana, folio latiore, fructuque longiore *C. B. Pin* 489. *Mountain Dwarf Juniper.* In altiſſimo Cambriæ monte *Snowdon* dicto, inque montibus Weſtmorlandicis in Septentrionali Angliæ parte. (On *Kendal Fell* copioſe; *D. Richardſon.*) Utrobique a vulgo *Sabina* dicitur.

Baccæ vim diureticam obtinent, & calculoſis apprime conducunt. Elixir Juniperinum admirandarum virium in calculo *v.* apud *Schroder.* Apud Germanos & Anglos etiam ſingulari remedio adverſus peſtem & febres peſtilentiales uſurpantur; *D. Bowle* in aceto maceratas, deinde exſiccatas & in pulverem redactas exhibet. Eædem ſtomacho conducunt, necnon pectoris & pulmonum vitiis.

Lignum incenſum ad aerem emendandum, & odores noxios aut contagioſos arcendos ſuffumigatur. Vernix liquida factitia res eſt, non tamen a lachryma Juniperi in oleo lini ſoluta (ut multi volunt) ſed ex ſcobe ſuccini in oleo dicto decocta. Vid. *Hiſt. noſt. p.* 1413. Carbo Juniperinus ſuo cinere obrutus ignem diutiſſime fovet.

Juniperus foliis oppoſitis erectis decurrentibus: oppoſitionibus pyxidatis. Sabina *Ger.* 1193. vulgaris *Park.* 1027. folio Tamariſci Dioſcoridis *C. B. Pin.* 487. baccifera & ſterilis *J. B. I.* 2. 288. *Savin.* It grows in one of the Iſlands of *Lough-lane*, in the County of *Kerry*, as Dr. *Molyneux* was informed by an Apothecary; vid. *Philoſ. Tranſ. N.* 227. *p.* 511.

TAXUS.

* Mas.

CAL. *nullus*; *niſi* Gemma *ſimilis Perianthio tetraphyllo.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *numeroſa, coalita inferne in co-*

columnam, gemma longiorem.* Antheræ *depreſſæ, margine obtuſæ, octofidæ, baſi undique dehiſcentes (& dejecto polline;) planæ, peltatæ, margine octofido notabiles.* * Femina. CAL. *ut in mare.* COR. *nulla.* PIST. Germen *ovato-acuminatum.* Stylus *nullus.* Stigma *obtuſum.* PER. Bacca *e receptaculo elongato in globum ſuperne & inferne tunica propria tectum, ſucci plenum, apice dehiſcens, coloratum, tandem exſiccatione contabeſcens, evaneſcens.* SEM. *unicum, ovato-oblongum, apice extra baccam prominens.* OBS. Bacca iſta ſtricte loquendo pericarpium dici non debet. Notabilis eſt hæcce ſpecies baccæ, & in toto regno vegetabili noto, ſine pari.

Taxus foliis approximatis. Taxus *Ger.* 1187. *Park.* 1412. *J. B. I.* 241. *C. B. Pin.* 505. & omnium fere Botanicorum. Similax Dioſcoridis Lib. 4. cap. 80. Μίλος Theophraſti 3. Hiſt. 10. *The Yew-tree.* In montoſis ſylvis & ſepibus, in Occidentalibus & Meridionalibus Angliæ partibus frequens eſt.

Folia anguſta, non pungentia, ſaturo virore prædita, pennatim in ſurculis diſpoſita: Baccæ unico nucleo præditæ.

Quæ de facultate venenoſa & lethifera hujus arboris apud Veteres habentur, an vera ſint necne, contraria recentiorum experimenta dubium faciunt. Vide *Hiſt. noſt. p.* 1416. *Doody* ut ipſe refert *Syn. Ed. II. App.* 345. baccas abſque nota comedit.

SYNGENESIA.

RUSCUS.

* Mas.

CAL. Perianthium *hexaphyllum, erecto-patens:* foliolis *ovatis, convexis, margine laterali reflexis.* COR. Petala *nulla, niſi folia alterna calycina dicas.* Nectarium *ovatum, magnitudine calycis, inflatum, erectum, ore dehiſcens.* STAM. Filamenta *nulla.* Antheræ *tres, patentes, apici ipſius nectarii inſidentes, baſi coalitæ.* * Femina. CAL. Perianthium *ut in mare.* COR. Petala *ut in mare.* Nectarium *ut in mare.* PIST. Germen *oblongo-ovatum, intra nectarium abſconditum.* Stylus *cylindraceus, longitudine nectarii.* Stigma *obtuſum, per os nectarii prominens.* PER. Bacca *globoſa, trilocularis.* SEM. *bina, globoſa.*

Ruſcus.

Ruſcus foliis ſupra floriferis nudis. Ruſcus *J. B. I.* 579. *C. B. Pin.* 470. *Park.* 253. Ruſcus ſive Bruſcus *Ger.* 759. Oxymyrſine quibuſdam *Knee Holly, or Butchers Broom.* In ſepibus & dumetis, ſed rarior. In the Pariſh of *Black Notley, Eſſex*, where I now live, it grows in the Hedges of a Croft called *Lords-acre*, belonging to *Plum-trees*, the Houſe of Mr. *James Coker*, my very good Friend and Neighbour. (In ſylvis comitatus Bercherienſis & Oxonienſis haud longe a *Redinga* oppido obſervante *Bobarto*, tum & in ericetis circa *Woolwich* ſatis eſt vulgaris.)

Planta eſt epiphylloſpermos, foliis Myrti æmulis, mucrone acuto & ſpinoſo : neſcio an ad frutices potius referenda.

Radix hujus recenſetur inter quinque aperientes. Uſus præcipuus in obſtructione hepatis [ictero] urinæ [ſtranguria] menſium. Alii de his qualitatibus dubitant, aiuntque in oſſibus fractis conſolidandis non minus efficacem eſſe Polygono aut Symphyto majore. In hydrope mira præſtat. Vid. *J. B.* & *Hiſt. noſt.*

CLASSIS

CLASSIS XXIII.

POLYGAMIA.

POLYGAMIA eſt, cum præter Florem Hermaphroditum alius Flos in eadem ſpecie ſexu diverſus progignitur.

MONOECIA.

HOLCUS.

* Hermaphroditus Flos.

CAL. Gluma *uniflora, bivalvis, rigida, mutica:* Valvula exteriore *ovata, concava, magna, amplexante* interiorem *oblongam, lateribus convolutam.* COR. Gluma *bivalvis, tenella, villoſa, calyce minor:* Valvula exteriore *inſtructa* Ariſta *rigida, calyceque longiore:* interiore *vero mutica, minima.* STAM. Filamenta *tria, capillaria.* Antheræ *oblongæ.* PIST. Germen *turbinatum.* Styli *duo, capillares.* Stigmata *penicilliformia.* PER. *nullum.* Corolla *involvit, tegit, adnaſcitur ſemini.* SEM. *ſolitarium, ovatum, tectum.* * Maſculus Flos *femineo minor.* CAL. Gluma *bivalvis:* Valvulis *ovato-lanceolatis, convolutis, muticis, acutis.* COR. *nulla; niſi calycem dicas.* STAM. Filamenta *tria, capillaria.* Antheræ *oblongæ.*

Holcus glumis bifloris villoſis: hermaphrodita mutica, maſculo ariſta recurva. Gramen miliaceum pratenſe molle *Pet. Conc. Gr.* 124. pratenſe paniculatum molle *C. B. Pin.* 2. *Pr.* 5. *ic. Park.* 1155. lanatum Dalechampii Lugd.

Lugd. *J. B. II.* 466. ſextum *Cap.* 22. *L.* 1. *Ger. Em.* *Soft-tufted Meadow-graſs.* In paſcuis frequens.

Culmo eſt pedali aut altiori, 4. plerumque geniculis intercepto, & totidem foliis cinereis veſtito.

Gramen miliaceum ariſtatum molle *Pet. Conc. Gr.* 125. paniculatum molle, radice Graminis canini repente *H. Ox. III.* 202. caninum longius radicatum majus & minus *C. B. Pin.* 1. canarium longius radicatum latiore panicula *Lob. Adv. P. Alt.* 467. *J. B. II.* 457. caninum paniculatum molle *Syn. II.* 257. 7. In arvis inter ſegetes Junio menſe paniculam promit.

Sub terra reptando Graminis canini vulgaris modo in infinitum ſe propagat. Præcedente cui perſimile, majus eſt & elatius, glumæ huic majores multo quam illi, & in breves ariſtas terminatæ (quod in *Lobelii* figura non æque exprimitur, licet ea de cætero bona ſit & Gramen hoc bene exprimat.

Gramen miliaceum maritimum molle *Pet. Conc. Gr. n.* 126. foliolis junceis, radice jubata *C. B. Pin.* 5. *Th.* 74. (deſcr. ſine fig.) & Gr. ſparteum variegatum *Ejuſd. Ibid. Th.* 72. (ſine fig.) exile durius Norwegicum aut Danicum, ſcopario Gramini cognatum *Lob. Adv. P. alt.* 466. *ic. J. B. II.* 463. In ora maritima Suffolciæ reperit D. *Buddle.* Folia habet dura juncea, paniculam vero mollem. An Gramen maritimum vulgatiſſimo pratenſi Gramini congener *Lob. Illuſtr.* 8? quod *Petiverus* exiſtimat.

Gramen miliaceum majus, glumis ariſtatis, ſpadiceis & pallidis *Pet. Conc. Gr. n.* 122, 123. ſegetum panicula arundinacea *C. B. Pin.* 3. *Th.* 35. agrorum Lobelii *J. B. II.* 461. agrorum venti ſpica *Park.* 1158. arundinaceum *Ger.* 5. Inter ſegetes, ſed rarius.

Magnitudine fere æquale eſt ſegetum gramini ſeu capillato *J. B.* quocum confunditur a quibuſdam, ſed differt locuſtis ariſtatis & juba ramoſiore in unum plerumque latus a ventis agitata & inflexa.

VALANTIA.

* Hermaphroditus Flos *ſolitarius.*

CAL. *vix ullus, cujus loco Germen.* COR. *monopetala, plana, quadripartita:* laciniis *ovatis, acutis.* STAM. Filamenta *quatuor, longitudine corollæ.* Antheræ *parvæ.* PIST. Germen *magnum, infra receptaculum floris.* Stylus *longitudine ſtaminum, ſemibifidus.* Stigmata *capitata.* PER. coriaceum, *compreſſum, reflexum.* SEM. *unicum, globoſum.* * Maſculus flos *hermaphrodito utrinque ſolitarius adſiſtens.* CAL. *vix ullus, cujus loco germen.* COR. *monopetala, plana, tripartita aut quadripartita:* la-

laciniis *ovatis, acutis.* Stam. Filamenta *totidem; longitudine corollæ.* Antheræ *parvæ.* Pist. Germen *parvum, infra receptaculum.* Styli & Stigmata *obſoleta, vixque notabilia.* Per. *abortit : at* rudimentum *tenue oblongum adhæret lateri hermaphroditi.* Sem. *nullum.* Obs. Flores *maſculi trifidi.*

Valentia floribus maſculis quadrifidis, pedunculis diphyllis. Cruciata *Ger.* 965. vulgaris *Park.* 566. hirſuta *C. B. Pin.* 335. Gallium latifolium, Cruciata quibuſdam, flore luteo *J. B. III.* 2. 717. *Croſwort or Mugweed.* Ad ſepes & in dumetis. Every where about *Leiceſter* in the Hedges, and on dry Banks ; Mr. *Pultney.* In *Hampſtead* Churchyard ; Dr. *Watſon.*

Flores huic flavi, velut verticillatim ad caulium nodos e foliorum ſinubus exeunt : Folia lata, hirſuta, quaterna ſimul.

Siccat & aſtringit : vulneraria eſt e præcipuis interne & externe ; valet & ad ramices in vino pota.

PARIETARIA.

* Hermaphroditi Flores *duo continentur* Involucro *plano, hexaphyllo :* foliolis *duobus oppoſitis & exterioribus majoribus.*

Cal. Perianthium *monophyllum, quadrifidum, planum, obtuſum, magnitudine involucri dimidiati.* Cor. *nulla : niſi Calycem dicas.* Stam. Filamenta *quatuor, ſubulata, perianthio florente longiora, illudque expandentia, perſiſtentia.* Antheræ *didymæ.* Pist. Germen *ovatum.* Stylus *filiformis, coloratus.* Stigma *penicilliforme, capitatum.* Per. *nullum.* Perianthium *elongatum, majus, campanulatum, ore laciniis conniventibus clauſo.* Sem. *unicum ovatum.* * Femineus flos *unus inter hermaphroditos ambos intra involucrum.* Cal. *ut hermaphroditi.* Cor. *nulla.* Pist. *ut hermaphroditi.* Per. *nullum.* Perianthium *tenue, involvens fructum.* Sem. *ut in hermaphrodito.*

Parietaria foliis lanceolato-ovatis alternis. Parietaria *Ger.* 261. *J. B. II.* 976. vulgaris *Park.* 437. Officinarum & Dioſcoridis *C. B. Pin.* 121. *Pellitory of the Wall.* In muris & ruderibus.

Calycum & totius comæ hirſutie veſtium tenaci, ſeminibus ſplendentibus, quibus floſculi ſunt pro vaſculis, & loco natali a reliquis hujus generis diſtinguitur.

Salem nitro-ſulphureum præbet hæc planta non ſecus quam Borrago aut Bugloſſum ; *D. Boyle de Utilit. Philoſ.*

loſ. Natur. Quod ſale nitroſo abundet vis ejus deterſoria, in Urceolis vitreiſque vaſis emundandis efficax, oſtendit; unde Urceolaris dicta eſt. Inde abſtergit, leviter adſtringit & vulneraria eſt. Uſus ejus frequens, in enematis ad ventris dolores. Herbæ exſiçcatæ pulvis vel melle exceptus, vel in cereviſia aut Zythogalo potus ad tuſſim inveteratam & tabem experientia & veterum teſtimonio ſuffragante, mirifice conducit.

ATRIPLEX.

* Hermaphroditus Flos.

CAL. Perianthium *pentaphyllum, concavum, perſiſtens:* laciniis *ovatis, concavis, margine membranaceis.* COR. *nulla.* STAM. Filamenta *quinque, ſubulata, calycis foliis oppoſita, iiſque longiora.* Antheræ *ſubrotundæ, didymæ.* PIST. Germen *orbiculatum.* Stylus *bipartitus, brevis.* Stigmata *reflexa.* PER. *nullum.* Calyx *clauſus, pentagonus, quinque-angularis,* angulis *compreſſis, deciduis.* SEM. *unicum, orbiculare, depreſſum.* * Femineus Flos *in eadem planta.* CAL. Perianthium *diphyllum:* foliolis *planis, erectis, ovatis, acutis, magnis, compreſſis.* COR. *nulla.* PIST. Germen *compreſſum.* Stylus *bipartitus.* Stigmata *reflexa, acuta.* PER. *nullum.* Calycis *valvæ maximæ, cordatæ, inter ſe includentes ſemen.* SEM. *unicum, orbiculatum, compreſſum.* OBS. Atriplex abſque flore femineo eſſet *Chenopodium* & Chenopodium cum flore ejuſmodi femineo eſſet *Atriplex* ergo. Summa affinitas generum *Chenopodii & Atriplicis.*

Atriplex caule fruticoſo, foliis obovatis. Atriplex maritima fruticoſa, Halimus & Portulaca marina dicta, anguſtifolia. Halimus ſeu Portulaca marina *C. B. Pin.* 120. vulgaris ſeu Portulaca marina *Ger. Em.* 523. Portulaca marina noſtras *Park.* 724. marina fruticoſa, quæ Halimus 2 Cluſii *J. B. I. P.* 2. 228. *Common Sea-purſlane.* In paluſtribus maritimis ad aquarum ilices, & in aggeribus ubique.

Atriplex maritima, Scopariæ folio *D. Dale.* minima anguſtifolia maritima *Bocc. Plant. rar.* 29 *R. Hiſt.* 194. *Inſt. R. Herb.* 505. *H. Ox. III. S. V. T.* 32. maritima altera, Oſyridis aut Scopariæ folio, ſive minima *Lob. Illuſtr.* 85. graminea maritima *Pet. H. Br.* 7. 6. maritima, folio integro anguſtiſſimo *H. L. Bat.* 79. *Pluk. Almag.* 61. Obſerved at *Dover* by Mr. *Dale. Lobelius* circa *Portſmouth* obſervavit. Huc forte etiam ſpectat,

Atriplex

Atriplex marit. noſtras Ocimi minoris folio. Prope *Lynn* Norfolciæ oppidum eam invenit *D. Plukenet.*

Atriplex caule herbaceo, foliis deltoideo-lanceolatis obtuſe-dentatis ſubtus farinaceis. Atriplex maritima *J. B. II.* 974. maritima laciniata *C. B. Pin.* 120. marina *Ger.* 257. marina repens *Lob. Ic.* 255. *Park.* 758. *Jagged Sea-orache.* On the Sea-ſhore near *Little Holland* in *Eſſex.* Found alſo by Mr. *Dale* in the Iſle of *Merſey,* not far from *Colcheſter,* plentifully. Parvitate ſua, quodque tota incana foliis latis laciniatis ſit, a reliquis congeneribus dignoſcitur.

Atriplex marina ſemine lato *Ph. B. Merr. Pin.* maritima Halimus dicta, humilis erecta, ſemine folliculis membranaceis bivalvibus, in latitudinem expanſis, & utrinque recurvis, longo pediculo inſidentibus, clauſo *Pluk. Alm.* 61. *T.* 36. *f.* 1. (bon.) Prope *Scirbeck* vicum unum milliare a Boſtonia diſtantem copioſe provenit; *D. Plukenet.* It grows ſtill in the ſame Place plentifully; Dr. *Watſon.* (Found in the Iſle of *Thanet,* near the Ferry, in great Plenty, by Mr. *J. Sherard.*)

Atriplex caule herbaceo: valvulis femineis magnis deltoidibus ſinuatis. Atriplex ſylveſtris folio haſtato ſeu deltoide *Syn. II.* 62. 1. ſylveſtris annua folio deltoide triangulari ſingulato & mucronato, haſtæ cuſpidi ſimili *H. Ox. II.* 607. *S. V. T.* 32. *f.* 14. folio deltoide *Pet. H. Br.* 7. 1. An Atriplex ſylv. altera *Ger. Em. C. B?* *Wild Orache, with a ſpear-pointed Leaf.* In hortis oleraceis, inque fimetis & ruderibus. Folia in latum & triangulum mucronem haſtæ cuſpidi aut Spinachiæ aut Chenopodii ſimilem (inferiora præcipue) exeunt.

Hujus duas varietates obſervavit *D. Buddle,* quarum alteram *H. S. Vol. IV. fol.* 31. vocavit Atriplicem folio deltoide humilem, ſpicis ſeminalibus denſiſſime ſtipatis, alteram autem *fol.* 32. Atriplicem ſylveſtrem Polygoni folio ſimilem, ſpicis ſeminalibus denſe ſtipatis nuncupavit. Illa foliis erat vulgari plane ſimilibus, hæc oblongis & rarius dentatis conſtabat.

Atriplex caule herbaceo patulo, foliis ſubdeltoideo-lanceolatis, calycibus ſeminum diſco dentatis. Atriplex ſylveſtris anguſtifolia *Ger. Em.* 326. *Park.* 748. anguſto oblongo folio *C. B. Pin.* 119. ſylv. Polygoni aut Helxines folio *Lob. Ic.* 257. (qua nota a præcedenti diſtinguitur) vulgaris anguſtifolia cum folliculis *J. B. II.* 973. *Narrow-*

leafed wild Orache. Cum priore. (An duæ ſpecies? una caule erecto, altera procumbente; *D. Doody.*)

Atriplex anguſtifolia marit dentata *Hiſt. noſt. p.* 193. maritima anguſtifolia *C. B. Prod.* 58. *Pin.* 120. anguſtifolia dentata *Pet. Herb. Brit. Tab.* 7. *N.* 4. An Atr. anguſtif. laciniata minor *J. B. II.* 972? *Narrow leafed indented Sea Orache.* It grows plentifully by the River, and on the Banks of the Marſhes about *Maldon* in *Eſſex*, and elſewhere doubtleſs, in the like places.

Atriplex anguſtifolia laciniata *Raj. Hiſt. I.* 192. Ubi bene deſcribitur. Caulibus firmioribus & craſſioribus, foliis longis anguſtis, laciniatis ab aliis differre videtur. On the Entrance into *Batterſea* Field from *Nine Elms*; *Mr. Martyn.*

Atriplex marit. perennis folio deltoide ſeu triangulari minus incano *H Ox. II.* 607. 19. Atrip. maritima noſtras *Cat. Ang.* *Perennial Sea Orache.* Hæc Atriplici ſylveſtri folio haſtato annuæ adeo ſimilis eſt, ut dubitaverim aliquando an eadem eſſet necne. Verum ſi hæc perennis ſit, ut Moriſonus affirmat, diverſam concedo. (Enimvero cum non perennis ſit ex obſervatione Doodiana *Syn. Ed. II. App.* 341. merito dubitatur an ſpecie differat a vulgari terreſtri.)

Atriplex maritima noſtras procerior, foliis anguloſis incanis, admodum ſinuatis *Pluk. Alm.* 60. Ab Atriplice, inquit, maritima *J. B.* plurimum differt, an vero præcedenti eadem ſit dubitat & quærit Sed illa incana non eſt.

Atriplex maritima ad foliorum baſin auriculata procumbens, & ne vix ſinuata *Pluk. Alm.* 61. Atriplicis marinæ ſpecies Valerandi *J. B. II.* 974. marinæ ſpecies alia Valerandi *Chabr.* 306. Atriplex maritima in fimetis circa Londinum, plurimum diverſa a vulgari folio haſtato, nempe non ſinuato *Dood. Ann.* On the Banks of the Sea Marſhes near *Maldon* in *Eſſex.* Mr. *Ray* refers this to our common *Sea Orache*, but not rightly, in my Judgment, as doth alſo Mr. *Petiver*; Mr. *S. Dale.* Not only about *London*, but alſo on the Sea-ſide in *Selſey*, in *Shepey* Iſland.

Atriplex caule herbaceo erecto, foliis omnibus linearibus integerrimis Atriplex anguſtiſſimo & longiſſimo folio *H. L. Bat.* 79. *Inſt. R. herb.* 505. Atriplex maritima folio longiſſimo *D. Buddle.* By the Peer at *Ramſgate* in *Kent.* Mr. *Dale.*

Atriplex maritima anguſtifolia, obtuſiore folio. Found in the ſame Place by Mr. *Dale.* Probably a Variety.

Atriplex cocta editur ut olus, & in alvo ſolvenda celebris eſt, unde a nonnullis 5 herbis emollientibus annumeratur.

Uſus

Uſus officinalis præcipue externus eſt in clyſteribus & epithemat. paregoricis *Schröd.* Semen vi purgatrice & emetica vehementi pollet.

ACER.

* Hermaphroditi.

CAL. Perianthium *monophyllum, quinquefidum, acutum, coloratum, baſi plana & integra, perſiſtens.* COR. Petala *quinque, ovata, extrorſum latiora, obtuſa, calyce vix majora, patentia.* STAM. Filamenta *octo, ſubulata, brevia.* Antheræ *ſimplices.* Pollen *cruciformis.* PIST. Germen *compreſſum, immerſum* Receptaculo *convexo, perforato, magno.* Stylus *filiformis, per dies altior excreſcens.* Stigmata *duo, acuminata, tenuia, reflexa.* PER Capſulæ *numero ſtigmatum, baſi coalitæ, ſubrotundæ, compreſſæ, ala membranacea maxima ſingulæ terminatæ.* SEM *ſolitaria, ſubrotunda.* * Maſculi *flores.* CAL. *ut in Hermaphrodito.* COR. *ut in Hermaphrodito.* STAM. *ut in Hermaphrodito.* PIST. Germen *nullum.* Stylus *nullus.* Stigma *bifidum.*

Acer foliis quinquelobis inæqualiter ſerratis, floribus racemoſis. Acer majus *Ger. Em.* 1484. majus latifolium, Sycomorus falſo dictum *Park* 1425. majus, multis falſo Platanus *J. B. I.* 2. 168. montanum candidum *C. B. Pin.* 430. *The greater Maple, commonly, yet falſely, the Sycomore-tree.* In cœmiteriis & circa nobilium ædes: nullibi tamen, quod ſciam, in Anglia ſponte oritur.

Acer foliis lobatis obtuſis emarginatis. Acer minus *Ger. Em.* 1484. minus & vulgare *Park.* 1426. vulgare minori folio *J. B. I.* 2. 166. campeſtre & minus *C. B. Pin.* 431. *The common Maple.* In ſepibus paſſim.

Acer campeſtre & minus, fructu rubente *Vaill. Bot. Par.* Fructu eſt villoſo rubente, alis ex rubro eleganter purpuraſcentibus. Prioris elegans varietas, ſi non ſpecies diverſa. Between *Lee-common* and *Weſton-green*, in the Road to *Eltham*, on the left Hand, over-againſt the Road that goes to *Mockingham*, Dr. *Sherard.*

Acer operum elegantia & ſubtilitate cedro [rectius citro] ſecundum *Plin. Lib.* 16. *cap.* 15. Quin & nunc dierum in Angliæ partibus Borealibus ex hoc ligno vaſa elegantia adeo tenuia detornantur, ut etiam lumen tranſmittant.

Arbor hæc veris initio vulnerata dulcem & potulentum ſuccum copioſe effundit, ad Scorbutum (ut aiunt) utilem. quod nobis non videtur veriſimile; cum ſuccus hic eodem modo coctus & deſpumatus quo Arundineus Saccharum ſimiliter

præbeat. De motu ſucci & extillatione vernali, in Acere majore, Betula & Juglande vide *Hiſt. noſt. lib.* 1. *c.* 5. *p.* 8. item *p.* 1700.

DIOECIA.

FRAXINUS.

* Hermaphroditus.

CAL. *nullus aut* Perianthium *monophyllum, quadripartitum, erectum, acutum, parvum.* COR. *nulla*; *aut* Petala *quatuor, linearia, longa, acuta, erecta.* STAM. Filamenta *duo, erecta, corolla longe breviora.* Antheræ *erectæ, oblongæ, quadriſulcæ.* PIST. Germen *ovatum, compreſſum.* Stylus *cylindraceus, erectus.* Stigma *craſſiuſculum, bifidum.* PER. *nullum præter Cruſtam ſeminis.* SEM. *lanceolatum, compreſſo-membranaceum, uniloculare.* * Femina. CAL. *ut in hermaphrodito.* COR. *ut in hermaphrodito.* PIST. *ut in hermaphrodito.* PER. *ut in hermaphrodito.* SEM. *ut in hermaphrodito.*

Fraxinus foliolis ſerratis, floribus apetalis. Fraxinus *Ger.* 1289. vulgatior *J. B. I.* 2. 174. excelſior *C. B. Pin.* 416. cui & Βȣμελία Theophraſti. Fraxinus vulgaris Μελία Dioſcoridi, Μελίας genus excelſum & procerum Theophraſto *J. B. Ib. Common Aſh-tree.* In ſylvis & ſepibus.

Lignum ad ædificia & inſtrumenta ruſtica & fabrilia multi eſt uſus. Cortex & lignum ſplenis duritiem ſpecifice emolliunt, diuretica ſunt & lithontriptica, eaque non e poſtremis. Semen Lingua avis dictum, calfacit & ſiccat valide; conducit epaticis, pleuriticis, calculoſis: in calculo comminuendo omne tulit punctum. Ejus pulverem ad icterum & hydropen ut remedium præſtantiſſimum commendat *D. Bowle.* Corticem medianum Fraxini in exteris regionibus in febribus intermittentibus frequenter præſcribi, nec ſine ſucceſſu obſervavit *D. Tancr. Robinſon.* Compoſitionem unguenti ad rupturas & hernias commodiſſimi, ingrediuntur gemmæ Fraxini nigricantes dum adhuc turgent, necdum aperiuntur. Mannam Calabrinam Fraxini ſpeciei exſudationem quandam eſſe calore ſolis concreſcentem extra controverſiam certum eſt, Vid. *Hiſt. noſt.*

CLAS-

CLASISS XXIV.

CRYPTOGAMIA.

Cryptogamia continet Vegetabilia, quorum Fructificationes oculis noſtris ſe ſubtrahunt, & ſtructura ab aliis diverſa gaudent. Ordines hujus Claſſis conſtituo. 1. FILICES *Dorſiferas*, *Epiphylloſpermas* S. *Capillares* vulgo includit. CALYX ſquama e folio enata, altero latere dehiſcens, ſub qua globuli pedunculati. Globulus annulo elaſtico cinctus, qui elaſtice rumpitur, effundens pulverem. 2. MUSCOS diviſimus ſecundum Antheras calyptratas aut non calyptratas in eodem vel diſtincto vegetabili, cum floſculis femineis aggregatis aut ſolitariis, præcipue principiis Dillenii innixi, qui hanc familiam abſolvit. Semina mucſcorum nuda ſunt corcula abſque cotyledonibus aut tunica, cum ſiccati reviviſcant. 3. ALGÆ etiamnum obſcure quoad fructificationem latent, præter eas quæ *Michelio* debentur. 4. FUNGOS ex doctrina *Dilleniana* potius dividere, quam ex *Micheliana*, nobis viſum fuit, quum illius omnibus pateat, hujus vero ſolum & vix lynceis.

FILICES.

EQUISETUM.

FRUCTIFICATIONES *in ſpicam ovato-oblongam digeſtæ.* Singula *orbiculata, a baſi dehiſcens, pluribus valvulis apice plano peltato connexis.*

Equiſetum caule ſpicato, frondibus compoſitis. Equiſetum ſylvaticum *Tab. Ic.* 253. *Ger.* 953. ſylvaticum tenuiſſimis ſetis *C. B. Pin.* 16. omnium minus tenuifolium *Park.* 1201. *Lob. illuſtr.* 143. Equiſetum ſeu Hippuris tenuiſſima non aſpera *J. B. III.* 730. *Wood Horſe-tail.* Setas habet omnium tenuiſſimas & maxime ramoſas, quibus notis ut & lævore ſuo a reliquis ſuæ ſortis facile diſtinguitur. In locis humidis ſylvarum & umbroſis ad rivulos, inque paludoſis oritur, non tamen adeo frequens.

Equiſetum ſylvaticum, procumbens, ſetis uno verſu diſpoſitis. An prioris varietas? Found by Mr. *Stoneſtreet* and Mr. *J. Sherard,* in the Wood near *Chiſſelhurſt.*

Equiſetum paluſtre, tenuiſſimis & longiſſimis ſetis *C. B. Pin.* 16. *Prod.* 24. *Buddle H. S.*

Equiſetum ſcapo fructificante nudo, ſterili frondoſo. Equiſetum arvenſe longioribus ſetis *C. B. Pin.* 16. *Park.* 1202. ſegetale *Ger.* 952. minus terreſtre *J. B. III.* 730. *Corn Horſe-tail.* Inter ſegetes ſolo humidiore crebro invenitur. Nulla in hujus foliis nobis tractantibus aſperitas ſentitur. Folia e geniculis interdum folia ſeu ſetas ſecundarias emittunt.

Equiſetum caule angulato, frondibus ſimplicibus. Equiſetum paluſtre, minus, polyſtachion *C. B. Pin.* 16. *Prod.* 24. *Buddle H. S.* Vid. Tab. 5. fig. 3.

Equiſetum pratenſe, longiſſimis ſetis *C. B. Pin.* 16. *Theat.* 246. *Buddle H. Sicc.* Betwixt *Wandſworth* and *Wimbleton,* in the Midway in the Meadows; *Merr. Pin.*

Equiſetum paluſtre *Lob. Ic.* 795. *Ger.* 952. paluſtre minus *Park.* 1200. paluſtre brevioribus ſetis *C. B. Pin.* 15. *The leſſer Marſh Horſe-tail.* In paluſtribus ſolo putrido & ſpongioſo. Ab Equiſeto ſegetali differt capitulis ſeu julis floriferis ſummos caules terminantibus, quæ in illo ſeorſim veluti Aſparagi quidam Vere exeunt, antequam caules folioſi oriuntur.

Equiſetum caule ſtriato, frondibus ſubſimplicibus. Equiſetum majus *Ger.* 951. majus paluſtre *Park.* 1200. majus aquaticum *J. B. III.* 728. paluſtre longioribus foliis *C. B. Pin.* 15. *Great Marſh or Water Horſe-tail.* In paluſtribus & aquoſis paſſim provenit. Scaporum non ramoſorum magnitudine altitudineque, necnon prælongis & numeroſis circa articulos ſetis ab aliis ſpeciebus differt.

(Huc referri debet Equiſetum paluſtre majus foliis longioribus,

gioribus, a *Pet. Conc. Gr. n.* 241. pro nova ſpecie præter rationem propoſitum.)

Equiſetum caule ſubnudo lævi. Equiſetum nudum lævius noſtras. *Smooth naked Horſe-tail* Hæc ſpecies apud nos in Anglia vulgo provenit in fluviorum alveis ad ripas, inque rivulis & foſſis paluſtribus; a ſequente autem, ab exteris regionibus ad nos delata, quæ non tantum ligna & oſſa, ſed etiam metalla ipſa velut lima rodit, longe differt. Vid. Tab. 5. fig. 2. lit. *a* & *b*.

Equiſetum nudum *Ger.* 951. junceum ſeu nudum *Park.* 1201. foliis nudum non ramoſum ſeu junceum *C. B. Pin.* 16. *Naked Horſe-tail.* In paluſtribus & aquoſis. Aſperior eſt reliquis pallidiorque, & perpetuo, etiam viret. Hæc præcipue ſpecies eſt, cujus junceis virgis materiarii fabri multorum minutorum operum veluti pectinum & manubriorum ſcabritiem in lævorem & nitorem expoliunt, unde Anglis non minus quam Germanis *Shave-graſs* dicitur.

In Anglia minus frequens eſt hæc ſpecies: eam tamen nobis oſtendit *Tho. Williſellus* in quadam foſſa humida Middletoni in agro Warwicenſi verſus *Drayton* vicum: nuperrime etiam per literas ad me datas ab Amico honorando *D. Joanne Aubrey* certior factus ſum, inveniri hoc genus in rivulo quodam prope *Broad-ſtitch Abbey* in Comitatu *Wiltoniæ* copioſe. (At *Scippon* and *Craven* in *Lancaſhire*, and in *Rigby* Woods; *Merr. P.*)

Equiſetum læve pæne nudum *Pet. Conc. Gr.* 238. An Equiſetum nudum *Tab. Ic.* 251. *Ger.* 955. *Ger. Em.* 1113. *Park.* 1201? Theſe Figures pretty well reſemble this Plant. Found by the Rev. Mr. *Buddle* on a new dug Bog on *Hounſlow Heath. Pet.* Enimvero hæc ſynonyma pertinent ad præcedentem ſpeciem, nec in *Horto Sicc. Buddl.* alia præter priorem, quæ huc referri queat, ſpecies occurrit, ut *Petiverus* novam præter rationem ſpeciem commemoraſſe videatur.

Equiſetum foliis nudum ramoſum *C. B. Pin.* 16. junceum ramoſum *Park.* 1207. *Branched naked Horſe-tail.* In *Bocking* River plentifully; Mr. *Dale.*

Adſtringit valide: hinc in hæmorrhagiis ſiſtendis, profluvio muliebri, dyſenteria, reliquiſque alvi fluxibus, exulceratione renum, veſicæ & inteſtinorum tenuium, ſtrenuum & generoſum eſt remedium.

Equi-

Equiſetum caule nudo ſcabro baſi ſubramoſo. Equiſetum nudum minus variegatum Baſileenſe *C. B. Pin.* 16. *Pr.* 25. *J. B. III.* 730. This was firſt ſhewed to Mr. *Lawſon* at *Great Salkeld*, but grows in ſo great Plenty there, and every where on the Banks of the River *Eden*, that he could not but wonder that this was the firſt time of its being obſerved in *England*. It is an early and quickly fading Vernal Plant, which might probably be the Occaſion of its not being hitherto taken Notice of by thoſe curious Gentlemen, who commonly began their Circuits too late in the Year for ſuch a Diſcovery; *Th. Robinſon Eſſ. towards a Nat. Hiſt. of Weſtm. and Cumberl. p.* 92. Quibus licet memorata adire loca, conſiderent an hoc Equiſetum revera conveniat cum deſcriptione *C. Bauhini*, vel an non potius ſit julus prioris ſpecies; qui menſis pæne intervallo caulem ejus antevertit.

OPHIOGLOSSUM.

CAPSULA *diſticha:* articulis *numeroſis, tranſverſalibus, in totidem loculamenta diviſa: dehiſcente ſingulo* loculo *maturo tranſverſim.* SEM. *numeroſa, minima, ſubovata.*

Ophioglſſum fronde ovata. Ophioglоſſum *J. B. III.* 708. *Ger.* 327. ſeu Lingua ſerpentina *Park.* 506. primum ſeu vulgatum *C. B. Pin.* 354. *Adders-tongue.* In pratis & paſcuis humidis. (In a Meadow near the Mill by *Bow*, *Hackney-marſh*; Mr. *Newton.*) In *Batterſea* Meadow plentifully. Planta eſt ſingularis & ſui generis, unifolia, ſpica linguam ſerpentinam imitante, e medio folio egreſſa, plerumque ſimplici, interdum gemina.

Vulnerarium eſt inſigne tum intus ſumptum, tum extrinſecus applicatum. Conficitur ex eo oleum, foliis cum oleo olivarum diutius maceratis, ad omnia vulnera & ulcera commendatiſſimum. Pulvis ad ramices valet.

OSMUNDA.

CAPSULÆ *globoſæ, diſtinctæ, in racemum diſpoſitæ, horizontaliter dehiſcentes.* SEM. *numeroſa, minima, ovata.*

Scapis

Scapis inſidentibus cauli ad baſin folii.

Oſmunda ſcapo caulino ſolitario, fronde pinnata ſolitaria. Lunaria minor *Ger.* 328. *Park.* 507. botrytis *J. B. III.* 709. racemoſa minor vel vulgaris *C. B. Pin.* 354. *Moon-wort.* In montibus Eboracenſibus prope *Settle* oppidum copioſiſſime provenit, alibi etiam in montoſis non raro. It is found alſo in cold Paſtures and old Gravel pits. In *Scadbury* Park, *Kent*, and on *Chiſſelhurſt* Common; Mr. *Sherard.* In *Wichwood* Foreſt, *Oxfordſhire*; Mr. *Black-ſtone.* In the Cloſes between *Okley* Wood and *Whatton*, near *Loughborough*; alſo in the Meadows near *Swarſton* Bridge, and near *Harborough*; Mr. *Pultney.*

Ex Lunaria Walli unguentum conficiunt, quod regioni renum illitum habetur inter certiſſima dyſenteriæ remedia; *D. Needham.*

Lunariam minorem ramoſam, & Lunariam min. fol. diſſectis Weſtmorland. *D. Lawſon* hujus plantæ varietates eſſe; non diſtinctas ſpecies opinatur. *D. Doody Syn. II. App.* 340. Lunariam minorem foliis diſſectis revera diſtinctam ſpeciem vult, cum ſegmenta ſeu lunulæ non ſolum eminenter ſint ſectæ, ſed planta etiam elatior ſit & botrus racemoſior. Eſt Lunaria botrytis minor pinnulis laciniatis, in Borealibus noſtris *Pluk. Alm.* 288. Mr. *Doody* received it from Sir *Th. Willughby*, but hath ſince ſeen it ſeveral times gathered by our Herb-women.)

Fronde ipſa fructificationes ferente.

Oſmunda fronde bipinnata apice racemifera. Filix ramoſa non dentata florida *C. B. Pin.* 357. florida ſeu Oſmunda regalis, *Ger. Em.* 1131. Oſmunda regalis, ſex Filix florida *Park.* 1038. Filix floribus inſignis *J. B. III.* 736. *Water-fern, or Flowering-fern, or Oſmund Royal.* Naſcitur locis riguis & paluſtribus putridis, in humidis etiam ſylvis, ſed præcipue in montoſis Septentrionalibus & Cambricis. In inſula Mona, in clivis maritimis & rupium interveniis udis copioſam obſervavimus. (*Doody* obſervavit eam in ericeto *Bagſhot. Londino* vicinior locus, quo provenit, eſt ericetum

cetum *Woolwicenſe.)* Folia prima erumpentia ſunt trifoliata & quinquefolia ſubrotunda Hemionitidis ſpeciem referentia, (unde in *Syn.* priori *Edit.* dicta fuit Hemionitis pumila trifolia vel quinquefolia maritima *p.* 26. & figura illuſtrantur folia iſta ſeminalia. Vid. & *Pluk. Ph. T.* 36. *f.* 6.)

Filicula ſaxatilis ramoſa maritima noſtras *Syn. II.* 50. 5. *Pluk. Alm.* 155. *T.* 182. *f.* 1. Filix ſaxatilis criſpa Parkinſoni *D. Merret. in Pinnace. Small, branched Stone-fern.* Ad littus Angliæ Occidentale rupibus maritimis adnaſcentem obſervavimus. It hath been found on ſome Walls at *Weſtminſter*, and in *Grays-inn* Walls by Mr. *Dale.* (In horto medico Chelſeano in muro conſita, poſt annum unum aut alterum radices in terram fixit, quæ Filicem fœminam *Ger.* produxere, adeoque ejus ſaltem varietas eſt.)

Filix ramoſa minor *J. B. III.* 741. ſaxatilis ramoſa nigris maculis punctata *C. B. Pin.* 358. pumila ſaxatilis prima Cluſii *Park.* 1043. 1044. Dryopteris Tragi *Ger. Em.* 1135. *The leſſer branched Fern.* Foliis mollibus, quoad figuram tamen majorem Filicum æmulis, a reliquis Filiculis petræis differt. In opacis ad latera montium: In Anglia prope Abbatiam Tinternenſem, in agro Monumethenſi. (In locis umbroſis prope ædes noſtras & aliis ejuſmodi locis in noſtra vicinia ſat copioſe; *D. Richardſon.)*

Filix ſaxatilis caule tenui fragili *Syn. II.* 50. 7. *Pluk. Alm.* 150. *T.* 180. *f.* 5. Adiantum album folio Filicis *J. B. III.* 741. (cujus figura minime convenit cum Plukenetiana.) *Fine-cut Stone-fern, with ſlender and brittle Stalks.* On old Stone Walls and Rocks in the Mountains of the *Peak* in *Derbyſhire*, and in the Weſt-riding of *Yorkſhire*, and in *Weſtmoreland*, plentifully. Parvitate & raritate ſegmentorum in quæ folia dividuntur, tenuitateque & fragilitate cauliculorum a congeneribus diſtinguitur. Dr. *Tancred Robinſon* found this Fern on the dropping Rock at *Knareſborough*, from which the petrifying Water diſtils.

Adiantum nigrum pinnulis Cicutariæ diviſura *D. Bobart Syn. II.* 50. 8 Filicula Cambrobritannica, pinnulis Cicutariæ diviſuris donata *H. Ox. III* 581. 31. An Adiantum album tenuifolium Rutæ murariæ accedens *J. B? Fine-leafed white Maidenhair, with Leaves divided like baſtard Hemlock.* On *Snowdon*; *D. Lhwyd.* Præcedente minor eſt, foliis in longiores & tenuiores lacinias diviſis. (*Pinnulis Cicutariæ diviſura*; Filici ſaxatili caule tenui fragili *Raj.* magis convenit, quam huic ſpeciei ſiquidem hæc planta, quæ in montibus Cambrobritannicis abundat, folia obtinet multo latiora, pinnulas

nulas rotundiores, craſſiores & ex luteo virentes. Ambæ ſpecies horti noſtri diu fuere alumnæ; *D. Richardſon.)*

Frondibus aliis foliaceis, aliis fructificantibus.

Oſmunda frondibus lanceolatis pinnatifidis: laciniis confluentibus integerrimis parallelis. Lonchitis aſpera *Ger.* 978. aſpera minor *C. B. Pin.* 359. *Park.* 1042. altera folio Polypodii *J. B. II.* 2. 744. *Rough Spleen-wort.* In humidioribus nemoroſis aſperis & ericetis. On *Hampſtead* Heath. Anguſtia & longitudine foliorum, ut & loco natali a Polypodio differt. Adde & duo huic eſſe foliorum genera.

Oſmunda frondibus ſupradecompoſitis: pinnis alternis ſubrotundis inciſis. Adiantum album criſpum Alpinum *Schwenckf. Cat.* 10. *Syn. II.* 49. 3. album floridum ſeu Filicula petræa criſpa perelegans *Syn. II.* 51. 10. *Pluk. Alm.* 9. *T.* 3. *f.* 2. Rutæ mutariæ forte affinis, Adiantum album criſpum Alpinum Schwenckf. *J. B III.* 753. *Small flowering Stone-fern.* Deſcriptionem vid. *Hiſt. n. I.* 153. At the Bottom of Stone Walls made up with Earth in *Orton* Pariſh, and other Places of *Weſtmoreland*, plentifully; and likewiſe on *Snowdon* Hill in *Carrarvonſhire*, on the moiſt Rocks. *D. Sutherlandus* in montibus Pictlandicis Scotiæ invenit. (In montibus Walliæ planta eſt vulgatiſſima, ſed nullibi in majori copia, quam ſupra lacum *Phainon-vrech* eundo ad ſummitatem montis. *Widica:* In agro Eboracenſi nuper mihi obviam venit loco vulgo vocato *Knotty-lane* prope lapidum fodinam in vico *Saddlenorth* copioſe; Dr. *Richardſon.)*

ACROSTICUM.

FRUCTIFICATIONES *accumulatæ per totam paginam inferiorem folii, ut eandem undique tegant.*

Fronde ſimplici diviſa.

Acroſtichum fronde nuda lineari laciniata. Filix ſaxatilis Tragi *J. B. III.* 2. 755. *Park.* 1045. Adiantum ἀκρόσιχον ſeu furcatum *Thal.* 5. Filix ſaxat V. ſeu corniculata

niculata *C. B. Pin.* 358. *Horned or forked Maidenhair.* Obſerved by *Tho. Williſell* upon the Rocks in *Edinburgh* Park. Ad cacumen montis *Carnedh-Lhewelyn* prope *Lhan-Lhechyd* in agro Arvonienſi invenit *D. Lhwyd.* (In muris antiquis *Lhan-Dethylæ* uno circiter milliari a *Lhan-Rhooſt* aquilonem verſus; *D. Richardſon.)*

Fronde ſubpinnata.

Acroſtichum fronde ſub-bipinnata: pinnis oppoſito-coadunatis obtuſis ſubtus hirſutis: baſi integerrimis. Filix Alpina Pedicularis rubræ foliis ſubtus villoſis *D. Lhwyd.* pumila, Lonchitidis Maranthæ ſpecies Cambrobritannica; an Lonchitis aſpera Ilvenſis Lugd? *D. Plukenet. Alm.* 150. *T.* 89. *f.* 8. *Stone-fern with red-rattle Leaves, hairy underneath.* Nuſquam vidimus quam udis ſcopulis *Clogwyn y Garnedh* dictis, juxta summitatem montis Gwydvæ totius Cambriæ altiſſimi. E petrarum rimis emergit, non erecta, ſed aliquantulum procumbens, Ceterach aut Trichomanis adinſtar, foliis ſex circiter digitos longis. It is a very rare Plant even at *Snowdon*; Mr. *Lhwyd.* (It grows on a moiſt black Rock, almoſt at the Top of *Clogwyn y Garnedh*, facing Northweſt, directly above the lower Lake; Dr. *Richardſon.)*

P T E R I S.

FRUCTIFICATIONES *digeſtæ in lineam, ſubtus cingentem marginem folii.*

Pteris fronde ſupradecompoſita: foliolis pinnatis: pinnis lanceolatis: infimis pinnatifidis: ſuperioribus minoribus. Filix fœmina *Ger.* 969. fœmina vulgaris *Park.* 1037. major & prior Trago, ſeu ramoſa repens *J. B. III.* 735. ramoſa major pinnulis obtuſis non dentatis *C. B. Pin.* 357. *Female Fern, or common Brakes.* In paſcuis ſterilioribus ubique fere luxuriat, agricolis maxime exoſa. Magnitudo ei inſignis, radix repens.

Radix hujus ſecretum eſt adverſus lumbricos. Vid. Hiſt. noſtr. I. p. 149. Aremorici in frugum inopia e radice Filicis, maris præcipue, panem conficiunt; *Dalechamp.* Ex exuſtis Filicum cineribus globulos lixiviales ad pannos eluendos parant noſtrates.

Filix

Filix mas ramoſa, pinnulis dentatis *Ger. Em.* 1129. *Pluk. Alm.* 185. *T.* 181. *f.* 2. *Great branched Fern with indented Leaves.* In umbroſis, ſabuloſis præſertim aut petræis, ubi aquæ ſcaturiunt, inque paludoſis ad ſtipites Quercuum putridarum.

Filix montana ramoſa minor argute denticulata *D. Lhwyd.* Alpina Myrrhidis facie Cambrobritannica *Pluk. Alm.* 155. *T.* 89. *f.* 4. *Small branched Mountain Fern with finely indented Leaves.* Ad ſummitatem montis Glyder, qua Lacui *Lhyn Ogwan* imminet. (Viviradices prope *Phainon Vellon* quondam eradicavi, quæ jam in horto noſtro vigent. Loco natali planta eſt admodum rara; Dr. *Richardſon.*) Singulare quid in hac ſpecie eſſe videtur, quod in alis ſeu ramulis infimis ſurculi ad alæ coſtam inferiores oppoſitis longiores ſunt, præſertim ſcapo proximi, notabili differentia; *D. Lhwyd.*

ASPLENIUM.

FRUCTIFICATIONES *in lineas rectas, diſco folii ſubjectas, diſpoſitæ.*

Fronde ſimplici.

Aſplenium frondibus ſimplicibus cordato-lingulatis integerrimis, ſtipitibus hirſutis. Phyllitis *Ger.* 976. ſeu Lingua cervina vulgo *J. B. III.* 756. ſeu Lingua cervina vulgaris *Park.* 1046. Lingua cervina officinarum *C. B. Pin.* 353. *Harts-tongue.* In umbroſis ſaxoſis & uliginoſis, præſertim montanis, inque puteis & muris antiquis, in pleriſque Angliæ comitatibus.

Hujus varietates ſunt: 1. Phyllitis multifida *Ger.* polyſchides *J. B.* *Jagged or fingered Harts-tongue*; 2. Phyllitis polyſchides laciniis ſingulis cruciatim decuſſatis, in ſylvis a *Jac. Bobarto* reperta: 3. Phyllitis minima Anglica Bobarti *Herm. Cat. Leyd.*

Uſus hujus præcipuæ eſt in liene tumido, fluxu alvi, expuitione ſanguinis. Extrinſecus mundificat vulnera & ulcera. Exſiccatæ pulvis in vehiculo convenienti exhibitus, aut Conſerva e foliis virentibus in ſuffocatione uterina & motibus convulſivis mira præſtat.

Fronde pinnatifida.

Aſplenium frondibus pinnatifidis: lobis alternis confluentibus.

tibus. Aſplenium ſive Ceterach *J. B. III.* 749. *Ger.* 978. *Park.* 1046. Ceterach Officinarum *C. B. Pin.* 354. *Spleenwort or Miltwaſt.* In ſaxorum crepidinibus & antiquis muris in Occidentalibus Angliæ partibus abundat; as on the Walls about *Briſtol*, and among the Stones on St. *Vincent*'s Rock. On *Cliffe* Church near *Graveſend*; Mr. *Blakiſton.* On a Wall near *Brokehouſe* at *Clapton*; Dr. *Mather.* (Non tantum in Occidentali Angliæ parte reperitur, ſed etiam in Boreali, præcipue in rupibus calcariis juxta ſtagnum *Malham-Tarne* dictum, orientem verſus ſat copioſe. *D. Lhwyd* in Walliæ obſervavit comitatu Pembrochienſi; Dr. *Richardſon.*)

Aſplenium dicitur quia lienem abſumere creditur, Scolopendria a ſimilitudine Scolopendræ inſecti. Parvitate ſua & foliorum laciniis, quæ breves ſunt & obtuſæ, non conjugatim ſed alternatim diſpoſitæ, a congeneribus differt. Seminales efflorefcentiæ in averſa foliorum parte non in punctula ſeu lineolas diviſæ ſunt, ſed continuæ per totam ſuperficiem.

Uſus præcipue eſt in liene tumido, expuitione ſanguinis, fluxu alvi: extrinſecus mundificat vulnera & ulcera; *Schrod.*

Fronde Pinnata.

Aſplenium frondibus pinnatis: pinnis ſubrotundis crenatis. Trichomanes *Park.* 1051. mas *Ger.* 985. Trich. ſeu Polytrichum *J. B. III.* 754. Trichom. ſive Polytrichum Officinarum *C. B. Pin.* 356. *Engliſh Black Maidenhair.* In petris umbroſis & roſcidis, inque aggeribus umbroſis & muris antiquis magnus ejus per totam Angliam eſt proventus. On old Walls in *Normanton* Town, *Leiceſterſhire.* Mr. *Pultney.* Alſo in ſhady Ditch-banks, near *Denham*, *Buckinghamſhire.*

Parvitate ſua & foliis Viciæ aut Securidacæ æmulis a reliquis diſtinguitur.

Adianto viribus reſpondet, unde & ejus in Officinis noſtris ſuccedaneum eſt: vitiis thoracis & pulmonum auxiliatur: Calculo renum & urinæ ſtillicidio ſubvenit.

Aſplenium fronde pinnata: pinnis ovatis ſuperne baſi gibbis ſerratis obtuſis. Chamæfilix marine Anglica *J. B.*

B. III. 2. 737. Filix marina Anglica *Park.* 1045. Filicula petræa fœmina ſeu Chamæfilix marina Anglica *Ger. Em.* 1143. Filicula maritima ex inſulis Stœchadibus *C. B. Pin.* 358. *Dwarf Sea-fern.* On the Rocks about *Preſtholm* Iſland near *Beaumaris*, and at *Llandwyn* in the Iſle of *Angleſea*; about the Caſtle of *Haſtings* in *Suſſex*, and elſewhere on the Rocks of the Southern Coaſt. Folia pinnata ſunt, conſiſtentia foliorum Dryopteridis.

Hujus uſus eſt in obſtructionibus viſcerum, imprimis lienis & uteri. Extrinſecus commendatur ad ambuſta [extracta mucilago] ubi reliqua omnia medicamenta auxilium negant.

Fronde decompoſita.

Aſplenium frondibus duplicato pinnatis: pinnis obovatis ſuperne crenatis; foliolis inferioribus majoribus. Adiantum nigrum Officinarum *J. B. III.* 742. nigrum vulgare *Park.* 1049. foliis longioribus, pulverulentis, pediculo nigro *C. B. Pin.* 355. Onopteris mas *Ger. Em.* 1137. *Common black Maidenhair, or Oak-fern.* In opacis ad radices arborum & fruticum, inque aggeribus umbroſis & muris antiquis paſſim.

Variat foliorum ſegmentis latioribus & anguſtioribus. Quæ ſegmentis eſt anguſtioribus Adianti, albi tenuifolii Rutæ murariæ accedentis *J. B. III.* 743. iconi bene reſpondet, ut me monuit *D. Dale,* Varietas illa quæ folia habet rotundiora ſeu latiora, *Gerardo* Onopteris fœmina dicitur, Adiantum mas *Tab. Ic.* 797. *C. B. Pin.* 355. 5. Dryopteris alba *Dod.* ſeu Adiantum album Filicis folio *C. B.* quæ planta ſit (ſi modo ab hac diverſa) mihi nondum conſtat. Quæ a *J. Bauhino* ſub titulo Adianti albi folio Filicis deſcribitur, Filix noſtra ſaxatilis caule tenui fragili nobis eſſe videtur.

In tuſſi, aſthmate, pleuritide, ictero, obſtructionibus lienis prodeſſe creditur: quin & ad renum & veſicæ dolores valere, urinam clementer movendo, calculoſque & arenulas expellendo: Matthiolus ad puerorum enterocelas pulveriſatum propinat: Hoffmannus in ſcorbuticis affectibus commendat.

Filix elegans, Adianto nigro accedens, ſegmentis rotundioribus *Syn. II.* 51. 11. Filicula maritima ſaxatilis, ſegmentis

rotundioribus *Inſt. R. H.* 542. On the Rocks on the North Side of the Iſle of *Jerſey*; Dr. *Sherard* (Et poſtea a *D. Bobarto* inventa eſt in porticu Eccleſiæ Adderburienſis, Comitatus Oxonienſis, qua ſeptentrionem ſpectat. Found alſo in *England* by Dr. *Woodward*; Mr. *Dood.*)

Filix pumila petræa noſtras, Adianti nigri foliorum æmula, ſaxorum interveniis prorumpens *Pluken. Am.* 91. In montoſis Suſſexiæ obſervavere *D. Manningham* & *D. Dillenius.* Videtur ad Adiantum nigrum officinarum pertinere, & hujus ſaltem junior planta eſſe.

Filix minor longifolia, tarſis raris, pinnulis longis, tenuiſſimis & oblongis laciniis fimbriatis D. Sherard. *Syn. II.* 51. 12. non ramoſa tenerior, pinnulis vere capillaceis; ſeu Filicis genus ex Hibernia molliuſculum, foliis tenuiſſime pennatis *Pluk. Alm.* 150. *Mant.* 78. *T.* 282. *f.* 3. On the Mountains of *Mourn*, in the County of *Down*, in *Ireland.* (In hac planta ſeminalia nulla obſervare contigit, unde an ſpecies vere diſtincta ſit, dubium videtur. Forſitan non niſi varietas eſt, Adianti nigri officinarum *J. B.* loci umbroſitati originem debens, nam in ſpelunca, quam radii ſolares nunquam illuſtrabant, naſcebatur. Sane vero ſi varietas ſit, ſingularis ea eſt & valde ſpecioſa.)

Filix humilis repens, foliis pellucidis & ſplendentibus, caule alato *D. Richardſ.* An Onopteris major *Tab. Ic.* 796? mas *Ger.* 975? Caules ſingulari huic plantæ alati ſunt & virides, niſi inferius, ubi ex fuſco nigreſcunt. Radix villoſa eſt & hirſuta, repens, quod non exprimitur in figura *Tabernæmontani*, ipſam alias plantam ſatis bene referente. Seminalia nondum comparuere, quo minus conſtat, an eadem ſit hæc planta cum Filicula pyxidifera *Plum. Fil. Amer. Tab.* 50. cui ſane ſimillima eſt. Folia tenuia, pellucida & ſplendentia, coloris ſaturate virentis. Found by Dr. *Richardſon* at *Belbank*, ſcarce half a Mile from *Bingley*, at the Head of a remarkable Spring, and no where elſe that he knows of. Figuram vid. Tab. 3. f. 3 & 4. quæ poſterior juniorem deſignat plantam.

(Plantæ quidem Capillares rarius obſervantur foliis variegatis; *D. Merret* tamen in *Pin. p.* 2. recenſet Adiantum album ſive Rutam murariam foliis variegatis in muro ad ædes *D. Wades* apud *Kilnſey* in Cravonia repertam: & *D. Richardſon* eandem varietatem ex comitatu Derbienſi in hortum ſuum intulit, ubi per plures annos viguit. *Idem* Filicem fœminam vulgarem invenit, foliis ex albo & viridi variegatis donatam prope *Tong*: & D. *J. Sherard* Adiantum nigrum foliis variegatis prope *Nottingham Caſtle* obſervavit.)

Aſplenium


TAB. III.
Pag. 530
Fig. 1.
p. 526
Fig. 2. p. 550
Fig. 3.
p. 530
Fig. 4 p. 530

Aſplenium frondibus alternatim decompoſitis: foliolis cuneiformibus crenulatis. Ruta muraria *C. B. Pin.* 356. *J. B. III.* 753. *Ger.* 983. muraria ſive Salvia vitæ *Park.* 1050. Adiantum album *Tab. Ic.* 796. *White Maidenhair, Wall-rue, Tentwort.* In muris & pontibus lapideis, inque petrarum fiſſuris multis Angliæ in locis invenitur. On *Vidford* Bridge, a Mile from *Chelmsford*; alſo on the Bridge at the Bottom of *Hanwell* Heath, going to *Southwell*; and on *Pinner* Church. Lateribus coctis immoritur. Parvitate ſua & foliorum craſſitie, e pinnulis paucis iiſque obtuſis compoſitorum, ab aliis hujus generis differt. Vires vid. *Hiſt. noſtr. T. I. p.* 147.

Adiantum, an album tenuifolium, Rutæ murariæ accedens J. B? *Syn. II.* 49. 2. *Fine-leafed white Maidenhair, reſembling Wall-rue.* It grows in a Cave above a Lake called *Lhyn Dû* as we aſcend *Snowdon* from *Lhanberys*; D. *Lhwyd.* Mr. *Vernon* found the ſame at *Wambriſe.* (Suſpicor hanc plantam nil aliud eſſe, quam plantulas ſeminales Adianti nigri pinnulis Cicutariæ diviſura Bobart *Syn. II* 50. Planta a D. *Vernon* Wambriſiæ collecta, Rutæ murariæ fuit ſpecies, vel varietas tantum inſignis, vulgari paulo major, foliis anguſtioribus & acuminatis, cujus ſpeciem mecum communicavit curioſus inventor; Dr. *Richardſon.*)

Aſplenium frondibus duplicato-pinnatis: pinnis obovatis crenatis: foliolis inferioribus minoribus. Trichomanes ramoſum *J. B. III.* 755. ramoſum majus & minus *C. B. Pin.* 356. fœmina *Ger.* 985. *Branched Engliſh black Maidenhair.* In ſummis rupibus Arvoniæ copioſe oritur. Muris ſaxeis innatum conſpexit *D. Plukenet* in horto *D. Owen* apud Maidſtoniam in agro Cantiano. Vid. *Almag. p.* 9. (In omnibus Arvoniæ rupibus excelſis planta eſt vulgatiſſima, ubi Trichomanes *Park.* non reperitur. In rupibus calcariis Cravoniæ, cum vulgari aliquando reperitur, ſed rarius; *Dr. Richardſon.*) Eſt autem me judice a vulgari Trichomane ſpecie diverſum. Nobis antequam deſcriptum comperimus, Trichomanes coſta viridi quandoque bifida, foliis lenticularibus crenatis dictum eſt; *D. Lhwyd.*

Trichomanes foliis eleganter inciſis *Inſt. R. H.* 539. *T.* 350. *fig. I. C.* foliis mucronatis profunde inciſis Sibbald. Pr. Scot. *H. Ox. III. S. XIV. T.* 3. *f.* 13. minus alis foliorum triangularibus integris dentatis *Ibid. p.* 591. *n.* 13. Adiantum maritimum ſegmentis rotundioribus Sch. Bot. *Pluk. Alm.* 9. *T.* 73. *f.* 6.

f. 6. (ſed perperam.) Varietas eſt vulgaris Trichomanis, a quo nec ſpecie differt. On the Rocks near *Beacon* Hill, in *Chorley* Foreſt, *Leiceſterſhire*; Mr. *Pultney*.

Adiantum nigrum foliis Lunariæ minoris D. Preſton *Raj. Hiſt. III.* 61. Folia multo latiora ſunt, parum dentata, juniora Lunariæ minoris folia nonnihil referunt: ſeminalia exanthemata Linguam cervinam referunt. In maritimis prope *Fifeneſs* in comitatu Fifa invenit *D. Preſton*. An hujus vel ſequentis tribus ſit, non conſtat.

POLYPODIUM.

FRUCTIFICATIONES *diſtributæ in puncta ſubrotunda, per paginam folii averſam.*

Fronde pinnatifida lobis Coadunatis.

Polypodium frondibus pinnatifidis: pinnis oblongis ſubſerratis obtuſis, radice ſquamata. Polypodium *J. B. III.* 746. *Ger.* 972. vulgare *C. B. Pin.* 359. *Park.* 1039. *Polypody.* In muris antiquis & ædium tectis, inque aggeribus terrenis umbroſis ad radices aut truncos arborum. Quercinum reliquis in medicina præfertur.

Polypodium murale, pinnulis ſerratis *Petiv. Bot. Hort.* 11. *pl.* 1. Polypodium majus, ſerrato folio *Barrel. Obſ.* 12. 64. *Icon. N.* 38. *J. R. Herb.* 540. Found on the Walls of *Windſor* Caſtle, by the Rev. Mr. *Manningham*. Prioris varietas eſt.

Polypodium frondibus pinnatifidis: pinnis lanceolatis lacero-pinnatifidis ſerratis. Polypodium Cambrobritannicum, pinnulis ad margines laciniatis. Filix ampliſſima lobis foliorum laciniatis Cambrica *Pluk. Alm.* 153. *T.* 30. *f.* 1. *Laciniated Polypody* of *Wales*. On a Rock in a Wood near *Dennys Powys* Caſtle, not far from *Caerdiff* in *Glamorganſhire*, *Wales*. Ad nos ſæpius miſſum eſt pro planta Indica & nonnullis Polypodium plumoſum, neſcio quam ob cauſam, dictum eſt.

An Polypodium Ilvenſe *Lugd. II.* 1230. *J. B. III.* 740. pro 748. *Park.* 1039. *A ſmall Fern reſembling* Lugdunenſis *his Polypody of* Elba. In ſummis rupibus *Hyſvae* dictis prope Eccleſiam D. Peryſii in Arvonia; *D. Lhwyd*. (Hanc plantam loco indigitato poſtea incaſſum quæſivit D. *Lhwyd* me comite; D. *Richardſon*.)

Purgat

Polypodium vulgare purgat bilem aduſtam & pituitam lentam, ſed ſigniter admodum, ideoque in decoctis & infuſionibus plerumque, raro in aliis formis exhibetur. D. *Bowle* pulverem radicum aliquot dies exhibitum ad lienem tumidum, icterum & hydropem commendat.

Fronde pinnata ſimpliciter.

Polypodium fronde pinnata: pinnis lunulatis ciliato-ſerratis declinatis, petiolis ſtrigoſis. Lonchitis aſpera major *Ger. Em.* 1140. aſpera *C. B. Pin.* 359. aſpera major Matthiolo *Park.* 1042. altera cum folio denticulato, ſive Lonchitis altera Matthioli *J. B. III.* 2. 744. *Rough Spleenwort with indented Leaves.* E rupium fiſſuris emergit in ſummis jugis Arvorniæ, v. g. *Clogwyn y Garnedh y Grîb Gôch Trygvylchau*; D. Lhwyd. (Præter loca a *D. Lhwyd* nominata, nullibi frequentius reperitur quam in rupibus *Phainon-vellon* imminentibus, prope eccleſiam Divi Peryſii; *D. Richardſon. Dr. Plukenet* makes two kinds of this, which *Mr. Lhwyd* ſays differ only according to Age and Place of Growth; *Mr. Doody* in his Notes.)

Fronde ſub-bipinnata, cujus pinnæ confluunt baſi, ut ſemi-bipinnata potius, quam perfecte duplicato-pinnata ſit.

Polypodium frondibus ſub-bipinnatis: foliolis infimis reflexis: paribus pinnula quadrangulari coadunatis. Filix minor Britannica pediculo pallidiore, alis inferioribus deorſum ſpectantibus *H. Ox. III. p.* 575. *n.* 17. quam ſe a *Th. Lawſon* & *D. Lhwyd* in borealibus Angliæ lectam accepiſſe *Bobartus* teſtatur, qua in Angliæ parte ea etiam a *D. Jac. Sherardo* obſervata eſt. Hujus deſcriptionem æque ac figuram habet *Petit. Epiſt.* 3. *p.* 50. nomine Filicis non ramoſæ minoris & ſylveſtris.

Polypodium fronde bipinnata: pinnis obtuſis crenulatis, ſtipite paleaceo. Filix mas vulgaris *Park.* 1036. Fil. non ramoſa dentata *C. B. Pin.* 358. vulgo mas dicta, ſeu non ramoſa *J. B. III.* 737. mas non ramoſa, pinnulis latis denſis minutim dentatis *Ger. Em.* 1129. *Common Male-*

 fern.

fern. In aggeribus ſæpium, præſertim umbroſis, paſſim. (In horto Chelſeano & alibi in ſylvis, v. gr. *Canewood* invenitur cum pinnulis non ſerratis; *D. Doody*, quam pro diſtincta ſpecie, nomine Filicis maris pinnulis anguſtioribus non crenatis, punctis ferrugineis duplici ſerie juxta nervum diſpoſitis minus bene recenſet *Pluk. Amalth.* 91.)

Filicis maris vulgaris radix rachitidi morbo dicto medetur, mulieribus inimica cenſetur, ſterilitatem enim facit, conceptionem impedit & abortum cauſat; *Theophr. Dioſcor. Plin.* Filicis Floridæ ſeu Oſmundæ radix ad hernias & ulcera exploratiſſimi commodi eſt. Rachitidi morbo remedium præſtantiſſimum & quaſi proprium aut ſpecificum cenſetur, cui percurandæ vel ſola ſufficiat. Conſerva hujus Aſparagorum in hoc morbo uti ſolitus eſt *D. Bowle* medicus inſignis.

Polypodium fronde bipinnata: pinnulis lanceolatis pinnatifidis acutis. Filix mas non ramoſa, pinnulis anguſtis raris profunde dentatis *Ger. Em.* 1130. *Pluk. Alm.* 151. *T.* 180. *f.* 4. mollis ſeu glabra, vulgari mari non ramoſæ accedens *J. B. III.* 738. *deſcr. The Male-fern with thin-ſet deeply-indented Leaves.* In paluſtribus humidis & umbroſis non raro invenitur.

† Filix minor non ramoſa, alis foliorum alternatim poſitis, bifidis & multifidis *Syn. II.* 48. F. Staffordienſis elegans, foliorum apicibus multiſciſſis *Pluk. Alm.* 151. *T.* 284. *f.* 3. *Small-tufted Fern.* Found on *Litchfield-Minſter* by Sir *Th. Willughby.* Ex ſententia *Doody Syn. II. App.* 341. luſus eſt Filicis maris non ramoſæ pinnulis raris anguſtis profunde dentatis, vel ad eam proxime accedit. Nota, quod hujus nomen in *Syn. II.* 48. 6. in eodem cum Filice minore non ramoſa *J. B.* paragrapho errore typographico ponatur, unde videri queat, ac ſi ejus ſynonymon eſſet, cum ſeorſim ante eam poni debuiſſet.

Filix minor paluſtris repens *Syn. II.* 48. 6. minor non ramoſa *J. B. III.* 740. Dryopteris *Lob. Ic.* 814. *Ger. Em.* 1135. ſive Filix querna repens *Park. Th.* 1041. *Creeping Water-fern, or the leſſer Marſh-fern.* Locis paluſtribus putridis pluries obſervavimus.

Varietas illa Filicis maris vulgaris a *Petivero* obſervata in ericeto *Dunſmore* agri Warwicenſis prope *Rugby*, cujus mentionem facit *Doody in Syn. Ed. II App.* 341. cujuſque pinnulas rigidiores & acutiores dicit, marginibus lineis ſeminalibus ex

ex frequentioribus tuberculis pulverulentis notatis, cum in vulgari tubercula ſeu maculæ pulverulentæ pauciores, duplici ordine pinnulas occupare conſpiciantur, pertinere ad hanc ſpeciem, immo cum ea eadem videtur. Vocatur a *Plukenetio Amalth. p.* 91. Filix non ramoſa noſtras, pinnulis brevibus acutioribus integris, nonnihil falcatis, punctis ferrugineis ad oras pulverulentis.

Hujus etiam loci eſt, nam puncta, ſeminalia ſimili modo diſponuntur, ni quidem diſtincta potius ſit ſpecies:

Polypodium fronde bipinnata: pinnis lunulatis dentatis, ſtipite ſtrigoſo. Filix mas non ramoſa, pinnulis latis auriculatis ſpinoſis *Ger. Em.* 1130. *Pluk. Alm.* 152. *T.* 179. *f.* 6. mas aculeata major *C. B. Pin.* 358. *Pr.* 151. F. Lonchitidi affinis *J. B. III.* 739. *deſcr. Prickly auriculate Male-fern.* Variat cum & ſine auriculis. (Species eſt revera diſtincta, & nominari debet, Filix major non ramoſa, pinnulis latis auriculatis; *Dood. Ann.*) In *Hornſey* Lane.

Filix aculeata major, pinnulis auriculatis crebrioribus, foliis integris anguſtioribus. *Prickly Male-fern with narrower Leaves.* In aggeribus ſæpium umbroſis frequens eſt in hac parte Eſſexiæ, ubi nos degimus. In the Wood near *Thorndon.*

Folia hujus integra præcedentis folia longitudine interdum æquant, latitudine tamen iis cedunt. Tarſi utrinque ſeu ſurculi mediæ coſtæ ſeu rachi adnaſcentes in hac breviores ſunt, crebriores & ſibi invicem propiores quam in illa, pinnulæ itidem crebriores ſunt & plerunque contiguæ, majores etiam & acutiores, texturæ denſioris & ſolidioris, unde non ita ſubito flacceſcunt, pallidiores porro, nec adeo obſcure virides, glabriores denique & velut politæ. Surculorum in uno folio 35 & plura numeravimus paria, pinnularum in uno ſurculo 15 aut 16.

Filix lonchitidi affinis *Syn. II.* 48. 4. aculeata minor *C. B. Pin.* 358. *Pr.* 151. aculeata Lonchitidis æmula noſtras *Pluk. Alm.* 151. *T.* 180. *f.* 3. Hoc titulo plantam ad me miſit D. *Lhwyd* præcedenti ſimilem, pinnulis tamen rotundioribus, & longioribus aculeis obſitis, in montoſis Cambrobritannicis collectam. (Priori eadem, nec niſi junior planta videtur.)

Filix mas aculeata noſtras, alis expanſis, muſcoſa lanugine aſperſa *Pluk. Alm.* 151. *T.* 180. *f.* 1.

Polypodium fronde bipinnata: foliolis remotis: pinnis ſubrotundis inciſis. Filix pumila ſaxatilis altera Cluſii *Park.* 1043. ſaxatilis non ramoſa, nigris maculis punctata *C. B.*

 Pin.

Pin. 358. *Male Stone-fern.* In montoſis ſaxoſis Derbienſibus, Eboracenſibus, Weſtmorlandicis copioſe. A penultima ſpecie loco natali & magnitudine præcipue differt: neutrius pinnulæ dentatæ ſunt. (In montibus Cambrobritannicis prope *Lhanberys*; *Dr. Richardſon.* Hæc vere ramoſa eſt, cujus duæ habentur ſpecies; *Dood. Ann.*)

ADIANTUM.

FRUCTIFICATIONES *congeſtæ in maculas ovales, apicibus foliorum reflexis ſubjectas.*

Adiantum frondibus decompoſitis: foliis alternis: pinnis cuneiformibus lobatis pedicellatis. Capillus Veneris verus *Ger.* 982. Adiantum foliis Coriandri *C. B. Pin.* 355. ſive Capillus Veneris *J. B. III.* 751. verum ſive Capillus Veneris verus *Park.* 1049. (fig. mal.) *True Maidenhair.* Found by Mr. *Lhwyd* at *Barry Iſland*, and *Porth Kirig*, in *Glamorganſhire.* Vires vid. *Hiſt. T. I. p.* 147. 148.

TRICHOMANES.

CALYX *turbinatus, ſolitarius, erectus, ex ipſo margine folii.* Stylus *ſetaceus capſulam terminans.*

Trichomanes frondibus pinnatis: pinnis lobatis oblongis crenulatis. Adiantum petræum perpuſillum Anglicum, foliis bifidis vel trifidis *Syn. II.* 47. trichoides inter Muſcos & capillares herbas ambigens *D. Lhwyd Ibid.* radicoſum humiſparſum, ſeu Filicula pellucida noſtras, Coriandri foliolis mollicellis, globuliferum *Pluk. Alm.* 10. *T.* 3. *f.* 5. it. Ad. radicoſum erectius, foliolis imis biſectis, ceteris vero integris tenuiſſime crenatis *Ejuſd. Ib. f.* 6. Utrumque enim idem eſt, & non tam diſtincta ſpecies, quam varietas ſaltem eſt, ætati, loco & accidentibus inde ortis differentiam debens. Eſt vero genuina Capillaris planta, non Muſcus, acceditque ad genus Capilli Veneris, cum ſimilia ſeminalia puncta, pellicula rotunda tecta, ad foliorum inciſuras locata obtineat. This was firſt ſhewn Mr. *Ray* by Mr. *Newton*, who in Company with Mr. *Lawſon*, found it on *Buzzard* rough Cragg, near *Wrenoſe*, *Weſtmoreland*, among the Moſs. Mr. *Dare* found it near *Tunbridge.* Upon the moiſt Rocks in *Wales*, and near *Settle*, *Yorkſhire*; Dr. *Richardſon.* It grows on the left

left Hand as ſoon as you enter the Mountains to go to the old *Caſtle*, near *Lhanperis*. Found alſo plentifully by Mr. *Rand*, in Company with Mr. *Sherard*, amongſt the Pebbles at *Cockbuſh*, ſix or ſeven Miles from *Chicheſter*, on the Coaſt of *Suſſex*.

Adiantum majus Coriandri folio, Adianto vero Affine, pediculo pallide rubente *Sibbald. Pr. Scot.* 7. In Scotia.

Adianto vero affinis minor Scotica, folio obtuſo ſaturate viridi &c. *Sibbald. Prod. Scot.* 8. Ibidem.

Filix lobata, globulis pulverulentis undique aſperſa. Singularem hanc Filicem in *Horto Sicco Bobartiano* obſervavit D. *Dillenius*, cui *Bobartus* ſua manu ſubſcripſerat: This Capillary was gathered by the Conjuror of *Chalgrave*. Vicus eſt 7. circiter milliaribus diſtans *Oxonio*. An tota planta vel ramulus ſaltem eſſet, conjectari non licebat. Tali autem plane erat figura donata, qualis exhibetur *Tab. III. fig.* 3. Pediculus ad folia uſque leviter piloſus erat.

Folium Anemones nemorum albæ ovis inſecti aſperſum. Frequent in *Canewood*.

PILULARIA.

* Maſculi *in linea inſtar pulveris ſub folio.* * Feminei *ad radicem. Globus quadrilocularis, polyſpermus.*

Pilularia. Graminifolia paluſtris repens, vaſculis granorum Piperis æmulis *Syn. II.* 281. Muſcus aureus capillaris paluſtris inter foliola folliculis rotundis (ex ſententia *D. Doody*) quadripartitis *Pluk. Alm.* 256. *T.* 48. *f.* 1. Gramen piperinum *Merr. Pin.* Perexigua hæc plantula per terram repit foliis capillaceis. In alis foliorum globulos ſeſſiles profert granorum Piperis magnitudine fere, ſeminibus albis refertos.

Vaſcula quadripartita ſunt, multa ſemina minuta continentia: flores nondum obſervavi; *D. Doody*; cui a *D. Plukenet* oſtenſa eſt in puteis, ubi per hyemem aquæ ſtagnarant, prope fontes medicatos *Strethamenſes*. Poſtea ipſe etiam in ericeto *Hounſlejano* verſus *Hampton* invenit; *Syn. II. App.* 344.

ISOETES.

* Maſculi flores *ſolitarii intra baſin foliorum interiorum.*

CAL. Squama *cordata, acuta, ſeſſilis.* COR. *nulla.* STAM. Filamentum *nullum.* Anthera *ſubrotunda, unilocularis.*

* Fe-

* Feminei flores *ſolitarii, intra baſin foliorum exteriorum ejuſdem plantæ.* CAL. *ut in Maſculis.* COR. *nulla.* PIST. Germen *ovatum, intra folium.* Stylo Stigmateque *occultatis.* PER. Capſula *ſubovata, bilocularis, intra baſin folii recondita.* SEM. *numeroſa, globoſa.*

Iſoetes. Subularia vulgaris erecta folio rigidiſſimo. Subularia lacuſtris ſeu Calamiſtrum herba Aquatico-alpina *Syn. I.* 210. *ic. II.* 283. Aizoides fuſiforme Alpinorum lacuum; *D. Lloyd Ibid.* In fundo lacus exigui prope ſummitatem montis Snowdon *Phynon-vrech* dicti. Hujus plantæ nihil præter folia & radices vidit *D. Lloyd*, (nec ab eo tempore alius quis quicquam præterea obſervavit, & quamvis Dr. *Richardſon* in piſcinis ſuis plantaverit, ibique læte vigeat planta, flores tamen & ſemina nondum proferre voluit.

Subularia repens folio minus rigido. In the Lake, and by the River's Side, near Mr. *Evans*'s Houſe in *Wales.* Folia priori ſimilia, ſed minus rigida, e quorum baſi caulis egreditur palmaris & longior reſupinus, novas per intervalla aliquot plantulas emittens; Dr. *Richardſon.*

Subularia fragilis, folio longiore & tenuiore. Eodem naſcitur loco, vulgari altero tanto & bis etiam longior, erecta, foliis anguſtioribus & acutioribus, valde fragilibus, coloris traſparentis & multis minutiſſimis poris pertuſis, Dr. *Richardſon.*

M U S C I.

L Y C O P O D I U M.

* Maſculus *flos in alis foliorum ſeſſilis.*

CAL. Calyptra *nulla.* ANTHERA *reniformis, bivalvis, ſeſſilis.* * Femineus *flos in eodem vegetabili.* CAL. Perianthium *tetraphyllum.* PIST. *nullum.* SEM. *plumula connata calyci, abſque cotyledonibus.*

Lycopodium foliis ſparſis filamentoſis, ſpicis teretibus pedunculatis geminis. Lycopodium *Tabern. Ic.* 814. Muſcus terreſtris clavatus *C. B. Pin.* 360. 10. terreſtris repens a Trago depictus *J. B. III. L.* 37. *p.* 766. clavatus ſive Lycopodium *Ger.* 1374. *Park.* 1307. *Syn. II* 25. 1. *Club-moſs, or Wolfs-claw.* Inque montibus *Wallicis, Derbienſibus, Staffordienſibus. Eboracenſibus,* aliiſque *Septentrionalibus,* necnon *Scoticis* copioſe.

Apud

Apud Ruthenos & Lithuanos ad Plicam, morbum gentibus illis endemium, adhibetur hic Muſcus, unde Plicarium & Cingularium eum nominant. Flores pulverem exhibent ſubtiliſſimum flavum, qui vi fulminante gaudet, de quo vid. *Hiſt. Raj. p.* 120. Huic pulveri in calculo & urinæ ſuppreſſione, inque epilepſia & torminibus vires egregiæ tribuuntur a Recentioribus. Herba in vino decocta fluxum alvi aut dyſenteriam cohibet: cinguli modo corpori circumligata nimium menſium fluxum reprimit.

Lycopodium clavatum pediculis folioſis *C. G.* 230. Muſcus terreſtris ſive Lycopodium *Dodon. Pempt.* 472. terreſtris repens pediculis foliaceis, binis clavis in altum ſe erigentibus *Pluk. Alm.* 258. *T.* 47. *f.* 8. Non eſt diverſa a priori ſpecies, ut innuit & alii errandi anſam ſuppeditavit *Plukenetius*, ſed omnino eadem, nec aliter ab ea differt niſi figuris, quam priori ſpeciei minus accuratam, pro temporum ratione adhibuere priſci Botanici, *Tragus*, *Tabernæmontanus*, *Gerardus*, *Parkinſonus* & alii, ſpicarum nempe pediculos abſque foliaceis iſtis parvis ſquamis deſignantes, ſine quibus nuſpiam fuit ab eorum tempore repertus hic Muſcus. *Dodonæi* & *Hiſt. Lugd.* figuræ accuratiores ſunt & Plukenetianam fere præſtant.

Lycopodium foliis ſparſis ciliatis lanceolatis, ſpicis ſolitariis terminalibus folioſis. Selaginoides foliis ſpinoſis. Muſcus terreſtris erectus polyſpermos *C. Pl. Angl.* 206. *Syn. I.* 17. 5. terreſtris erectus minor polyſpermos *Syn. II.* 27. 3. *Pluk. Alm.* 257. *T.* 47. *f.* 7. polyſpermos *Merr. Pin. Seeding Mountain-moſs.* Loca montium humida & ſcaturigines aquarum ſectatur, *Snowdon*, *Ingleborough*, &c. (on *Towyn-Trewan*, Angleſea; Mr. *Lhwyd.* By the Head of a Spring above *Orton-fields*, on the left Hand at the Foot of a Hill towards *Appleby*; Mr. *Newton.*)

E foliorum alis naſcuntur vaſcula quadrangularia & quadrivalvia, quatuor granula albicantia & quaſi miliacea fundentia, quæ an vera ſemina ſint, vel farinam ſaltem fundant, accuratius obſervari meretur. Figura quæ de hac planta exhibetur in *H. Ox. III. p.* 624. *S. XV. T.* 5. *f.* 10. minime bene eam repræſentat & magis convenit cum Selaginis quadam ſpecie foliis reflexis donata, *fig.* autem 11 magis huic competit, quamvis non exacte ſatis & in eo vitioſa, quod cauliculorum ſummitates nimis craſſas & folioſas exhibeat. *Plukenetius* veram quidam deſignat plantam, ſed icon minus accurata eſt.

Ly-

Lycopodium foliis ſparſis integerrimis, ſpicis terminalibus folioſis. Muſcus terreſtris repens, clavis ſingularibus folioſis erectis *C. Pl. Angl.* 205. *Syn. I.* 17. 3. *II.* 27. 1. *Creeping Club-moſs with erect Heads.* On *Bagſhot* Heath, on the Common before you come to *Chiſſelhurſt*, and on the Northern Mountains: locis uliginoſis. Figuræ *Plukenetii* & *Bobarti* minime cum ipſa planta conveniunt, & hujus quidem figura partim e Selaginoide, partim ex hac planta conſarcinata eſt, illius vero ad Lycopodii 2. ſpeciem pertinet, licet folia reflexa non exhibeat.

Lycopodium foliis ſparſis octifariis, caule dichotomo erecto faſtigiato, floribus ſparſis. Selago foliis & facie Abietis *Fl. Jen.* 330. tertia Thalii *J. Breyn. Eph. N. C. Dec. I. An.* 4. & 5. *Obſ.* 149. *p.* 116. *ic.* Muſcus erectus ramoſus ſaturate viridis *C. B. Pin.* 360. 1. terreſtris rectus *J. B. III. L.* 38. *p.* 767. erectus abietiformis *Syn. I.* 17. 4. *II.* 27. 2. *H. Ox. III. p.* 624. *S. XV. T.* 5. *f.* 9. Chamæpeuce *Turn. Part. I. p.* 129. *Upright Firr-moſs.* On *Snowdon*, *Caderidris*, and the other high Mountains in *Wales*, as alſo the Mountains of the *Peak* in *Derbyſhire*, *Ingleborough* in *Yorkſhire*, &c. (In ericetis inter *Godalmin* & *Wakehurſt*, Comitatus Suſſexiæ; D. *Manningham.*)

Vomitum ciet vehementiſſimum, meretricibus ad infanticidia uſitatus. Vulgus in aqua decoquit, qua ad abigendos pediculos caput lavant, quod tamen turbare dicitur. Vid. *Eph. Nat. Cur.*

Lycopodium foliis ſparſis quinquefariis ſubſerratis, ſurculis annotino-articulatis, ſpicis terminalibus glabris erectis. Lycopodium elatius juniperinum, clavis ſingularibus ſine pediculis, nondum deſcriptum *Syn. I.* 16. elatius Abietiforme julo ſingulari apode *Ib.* 18. 10. & *II.* 26. 2. Lycopodii alia ſpecies *Syn. I.* 18. 10. *II.* 26. 2. Muſcus terreſtris foliis retro reflexis *J. B. III. L.* 37. *p.* 767. clavatus Juniperinis foliis reflexis, clavis ſingularibus ſine pediculis *H. Ox. III. p.* 624. *S. XV. T.* 5. *f.* 3. *Club-moſs with reflected Leaves, and ſingle Heads without Footſtalks.* Naſcitur una cum Muſco cupreſſiformi in Alpibus Arvorniæ, ſed multo rarius: copioſum obſervavimus in monte *Rhiwr Glyder* ſupra Lacum *Lhyn y own*, prope eccleſiam *S. Periſti*, nec rarius in depreſſis ejuſdem montis *y Glyder*, qua rupem *y Trivan* ſpectat; D. *Lhwyd.* (In ericetis inter *Godalmin* & *Wackhurſt*, comitatus Suſſexiæ, D.

D. *Manningham* obſervavit.) On *Iver* Heath, near *Uxbridge*, abundantly.

Lycopodium foliis quadrifariam imbricatis acutis, ſurculis erectis dichotomis, ſpicis ſeſſilibus teretibus. Lycopodium Sabinæ facie *Fl. Jen.* 328. Muſcus clavatus foliis Cupreſſi *C. B. Pin.* 360. 11. *Ger. Em.* 1562. terreſtris ramoſus pulcher *J. B. III. L.* 37. *p.* 767. clavatus cupreſſiformis *Park.* 1309, 1310. *Cypreſs-moſs, or Heath Cypreſs.* On the Mountains of *Snowdon* and *Caderidris* in *Wales*, *Ingleborough* in *Yorkſhire*, *Anderkin* in *Scotland*, &c. plentifully.

Lycopodium foliis bifariis patulis: ſuperficialibus diſtichis, ſpicis geminis pedunculatis. Muſcus denticulatus major *C. B.* cum quo idem eſt Muſcus denticulatus minor *Ejuſd.* Quem licet *Lobelius* Somerſetiæ ſterilibus montibus, *Mendip* vocatis, ubi plumbum effoditur, nonnunquam magna copia provenire memoriæ proditum reliquerit, nemo tamen poſt eum nec ibi, nec aliis locis hunc Muſcum in Anglia adhuc obſervavit. Nec loca a *Merreto in Pin. p.* 80. memorata huic Muſco competunt, ſed alii procul dubio ſpeciei, quam pro hac perperam habuit. Herbarium ſane ipſius nullum hujus Muſci ſpecimen continent.

SPHAGNUM.

* Maſculus *flos ſubſeſſilis.*

CAL. Calyptra *nulla.* COR. *nulla, ſed membrana fugax intra antheram & receptaculum.* ANTHÆRA *globoſa: ore integerrimo; tecto* Operculo *obtuſo.* RECEPTACULUM Apophyſis *marginata, obſoleta, ſub anthera.* * Femineus *flos etiamnum nobis latet.*

Sphagnum ramis deflexis. Sphagnum cauliferum & ramoſum paluſtre molle candicans, reflexis ramulis, foliolis latioribus *C. G.* 229. Muſcus paluſtris terreſtri ſimilis *C. Pl. Angl.* 208. *Syn. I.* 18. 9. paluſtris albicans terreſtri ſimilis, capitulis erectis brevibus, pediculis etiam breviſſimis inſidentibus *Syn. II.* 37. 4. paluſtris in ericetis naſcens floridus Plukenetii *Syn. I. App.* 241. *Pluk. Phyt. T.* 101. *f.* 1. terreſtris vulgatiſſimus *Park.* 1306. On the Bogs on *Hampſtead* Heath abundantly.

Muſcus hic nulli ex terreſtribus ſimilis eſt, ſed faciem habet propriam, nec alibi quam in udis & paludoſis naſcitur. Figura *Plukenetii* minus bene repræſentat plan-

tam

ſtam, quam *Dodonæi* & *Parkinſoni*, qui Dodonæanam figuram tranſumſit. Maio, Junio & Julio menſibus capitula profert, eaque non alibi facile, quam locis valde paluſtribus conſpiciuntur.

Sphagnum cauliferum & ramoſum paluſtre molle candicans, reflexis ramulis, foliolis anguſtioribus *C. G.* 229. Muſcus erectus paluſtris albus, foliis capillaceis *Doody Syn. II. App.* 338.

Diverſa a præcedente ſpecies eſt, & non tantum foliis multo anguſtioribus ſed & capitulis minoribus differt. In agro Lancaſtrienſi a D. *Brotheron*, in Eboracenſi a D. *Richardſon* obſervata eſt, nec dubium, quin pluribus aliis proveniat locis, cum & non procul a Londino, juxta ſylvulam *Charlton* vico adjacentem in ericeti paluſtribus reperiatur, idque ſummitatibus plerumque rubeſcentibus, quibus & ſuperior ſpecies variare ſolet. Quo pertinere videtur Muſcus incurvatus ruber nondum deſcriptus. *Ph. Br.* 77.

PHASCUM.

* Maſculus *flos ſubſeſſilis vel brevi pedunculo.*

CAL. Calyptra *nulla.* ANTHERA *ovalis ore ciliato, tecto,* Operculo *acuminato.* RECEPT. Apophyſis *nulla.* * Femineus *flos.* . . . .

Phaſcum acaule, anthera ſeſſili. Sphagnum acaulon foliis in bulbi formam congeſtis majus *C. G.* 230. Muſcus trichoides acaulos minor latifolius Doody *M. P.* 86. *Syn. II. App.* 324. Ad ſepes paſſim & in aggeribus prope Londinum, Februario & Martio.

Sphagnum acaulon foliis in bulbi formam congeſtis minus *C. G.* 230. Iiſdem locis ac tempore provenit.

Phaſcum cauleſcens repens. Sphagnum cauliferum & ramoſum minus hirſutum, capitulis crebris piloſis per ramulorum longitudinem adnaſcentibus. Muſcus apocarpos arboribus adnaſcens polyſpermos D. Sherardi *Raj. Hiſt. III.* 39. 7.

Colore eſt ſaturate viridi, in varios ramulos diviſus, ſecundum quorum longitudinem capitula crebra enaſcuntur, quæ veluti vagina quadam piloſa, quæ nonniſi foliolorum continuatio eſt (unde Polytrichis accenſeri minus bene poteſt) tecta ſunt. Octobri & Novembri ea profert, & *Badmingtoniæ* in agro Gloceſtrienſi primo obſervatori ſæpe obviam venit. On old Apple-trees near *Acton*.

Sphag-

Sphagnum acaulon trichoides *C. G.* 229. Muſcus trichoides minor acaulos, capillaceis foliis Doody *M P.* 87. *ic. Syn. II. App.* 324. Ad vias & ſemitas humidiores, in ericetis præſertim, Martio & Aprili capitula profert in foliorum medio ſeſſilia, quæ per æſtatem omnem retinet, rutilantia & luteſcentia, donec ſub auctumnum ea matura facta fuſca fiant & aperiantur.

FONTINALIS.

* Maſculus *ſubſeſſilis.*

CAL. Calyptra *lævis, conica.* ANTHERA *oblonga, ore ciliato, tecto* Operculo *acuminato.* RECEPT. Apophyſis *nulla.* PERICHÆTIUM *urceolatum, imbricatum, Antheram obvolvens.* * Femineus *flos*.....

Fontinalis foliis complicato-carinatis trifariis acutis, antheris lateralibus. Fontinalis major foliis triangularibus complicatis, capitulis in foliorum alis ſeſſilibus. Muſcus triangularis aquaticus *Cat. Cant. App.* aquaticus terreſtri vulgari ſimilis, ſed major *C. Pl. A.* 208. *Syn. I.* 17. 7. *II.* 37. 3. aquaticus viticulis longis minus ramoſis lucidis, foliis acutis triangularibus cinctis *H. Ox. III. p.* 626. *S. XV. T.* 6. *f.* 32. *Triangular Water-moſs.* In *Hackney* River, prope Londinum copioſe, aliiſque plurimis Angliæ fluminibus & ſtagnantibus aquis. On the Walls of the Thames near *Chelſea.*

Fontinalis foliis imbricatis ſubulato-lanceolatis, capitulis lateralibus. Fontinalis minor foliis triangularibus minus complicatis, capitulis in ſummis ramulis ſeſſilibus. Fontalis minor lucens *J. B. III. L.* 38. *p.* 779. *fig. & deſcr.* Muſcus Fontalis minor lucens J. Bauhini Doodio *H. S. Buddl. Vol. II. f.* 21. Muſco triangulari aquatico Raij ſimilis, ſurculis tenuioribus *Buddl. Hort. Sicc. Mannigh.* Ad ripam Thameſis in muris ad palatium Archiepiſcopi Cantuarienſis. On old Planks in the Thames, near *Fulham.* A priore non tantum parvitate, foliis & capitulorum ſitu, ſed & quod ea nulla vagina includantur, differt.

SPLACHNUM.

* Maſculus *flos pedunculatus.*

CAL. Calyptra *conica, lævis.* ANTHERA *cylindrica: ore dehiſcente Denticulis octo reflexis, annulo deſtituto.* RECEPT. *mem-*

membranaceum, coloratum, maximum; ſub Anthera. * Femineus *flos in diſtincto vegetabili.* CAL. communis *ſtellaris terminalis, ex foliolis plurimis, ſubulatis undique radiantibus, imbricatis.* PISTILLI *plurimi, centrales, faſtigiati, breves, colorati.*

Splachnum umbraculo ampullaceo clauſo. Bryum erectis gigartinis capitulis, foliis Serpilli pellucidis acutis. Adinatum aureum minus paluſtre, capitulis erectis coronatis D. Sherard *Syn. I. A.* 237. *II.* 30. 12. Muſcus aureus capillaris minor, capitulis geminatis, mutuo incubitu adnatis *H. Ox. III. p.* 629. *S. XV. T.* 6. *f.* 10. Dr. *Sherard* firſt found this elegant Moſs in the Bogs about *Hitchin-ferry* near *Southampton*, and afterwards plentifully in the Bogs by *Weſt-wickham* and *Addington*, near *Croydon.* Aprili & Majo capitula profert & ea cito perficit.

POLYTRICHUM.

* Maſculus *flos pedunculatus ex apice vegetabilis.*

CAL. Calyptra *conica, ſæpius villoſa, æqualis.* ANTHERA *oblonga, ore ciliari, tecto Membrana orbiculari & Operculo conico.* RECEPT. Apophyſis *marginata, antheræ ſubjecta.* PERICHÆTIUM *vagina cylindrica, pedunculo longe brevior.* * Femineus *flos in diſtincto individuo.* CAL. communis *patens in roſulam imbricatam, coloratam.* PISTILL. *filiformia, articulata.*

Polytrichum caule ſimplici anthera parallelepipeda. Polytrichum vulgare & majus capſula quadrangulari *C. G.* 221. aureum majus *C. B. Pin.* 356. 1. *Park.* 1052. Apuleii & majus quibuſdam *J. B. III. L.* 37. 760. capillaris ſive Adiantum aureum majus *Ger.* 1371. *Great Golden Maidenhair, or Goldilocks.* In paludoſis ſpongioſo & putrido ſolo. Copioſiſſime in montoſis Derbienſibus, Eboracenſibus, Weſtmorlandicis &c. On the boggy Parts of *Hampſtead* Heath.

Decoctum ejus capillorum radices firmat & eorum defluvio medetur. Interne craſſos & viſcoſos humores attenuat eorumque execretionem e pulmone & renibus promovet. Strumoſis etiam conferre creditur.

Polytrichum montanum & minus, capſula quadrangulari *C G.* 221. aureum medium *C. B. Pin.* 356. 2. Muſcus capillaris ſive Adiantum aureum minus *Gerr.* 1371. Adiantum aureum pileolo villoſo medium *Syn. II.* 28. 2. aureum medium

um in ericetis proveniens *M. P.* 23. *Syn. II. App.* 323. Muſcus coronatus medius, pileolo villoſo tenuiore *H. Ox. III. p.* 630. *S. XV. T.* 7. *f.* 6. it. M. coronatus humilis rigidior, capitulis longis acutis ſeſſilibus erectis *Ibid. f.* 8. Hæc enim figura non niſi de planta juniore, ubi foliis magis luxuriat, pediculum brevem, calyptram vero longiorem habet, deſumpta eſt. Per vetuſtatem folia areſcunt & pæne evaneſcunt, capitula vero nutant, ſub quo ſtatu figura Gerardiana utcunque repræſentat hanc plantam.

Foliis eſt oblongis tenuibus, in longum & tenuem mucronem deſinentibus, non recta extantibus, ſed plerumque incurvis. Capitula & calyptram hyemis initio producit oblongam, ad capituli augmentum poſtea decreſcentem. Ceterum æſtate capitula matura fiunt, ſicut & præcedentis ſpeciei.

Polytrichum minus capſulis ſubrotundis, calyptra quaſi lacera coronatis *C. G.* 221. Adiantum aureum minus capitulis rotundis Bob. *Syn. I. A.* 237. pileolo villoſo minimum *Syn. II.* 28. 3. aureum minus, foliis rigidis, capitulis coronatis *M. P.* 22. *ic. Syn. II. App.* 323. Muſcus coronatus rigidus minor & humilior, capitulis villoſis brevioribus *H. Ox. III. p.* 630. *S. XV. T.* 7. *f.* 7. Paſſim in ericetis. Capitula mature, Martio nempe matureſcunt. Folia pro magnitudinis ratione latiora quam prioris, nec incurva ſunt.

MNIUM.

* Maſculus *flos pedunculatus.*

CAL. Calyptra *oblonga, acuminata, obliqua.* ANTHERA *ſubrotunda, ore ciliari annulato, tecto* Operculo *ſubconico.* RECEPT. Apophyſis *nulla.* * Femineus *flos in diſtincto ſæpius individuo.* CAL. communis *ſtellatus ex foliis radiantibus.* PIST. *plurimi, centrales, congeſti.*

Mnium caule ſimplici geniculis inflexo. Muſcus paluſtris Adianto aureo affinis, ſcapis tenuibus, foliolis brevibus *Syn. I.* 19. 4. paluſtris cinereo-viridis, ſcapis longis tenuibus, foliolis breviſſimis *Hiſt. I. p.* 124. *Syn. II.* 32. 19. ſtellaris ramoſus paluſtris, pediculo aureo erecto, capitulo magno ſphærico Vern. *Syn. II.* 33. 28. trichoides paluſtris erectus coronatus, capitulis ſphæricis amplioribus *H. Ox. III. p.* 628. *S. XV. T.* 6. *f.* 8. *Grey Marſh-moſs.*

Pediculi non e foliorum alis vel e radice, ut in *Hiſt. Ox.* & *Synopſi* aſſeritur, ſed e ramulorum ſtellatorum medio egrediuntur, e quibus cum ad capitulorum ortum unus

 alterve

alterve plurimum excreſcat, pediculi non ſatis attente examinati, velut ac ſi e radice egrediantur videri poſſunt. An non pulverulenta etiam proferat capitula, adeoque Mnii ſpecies ſit hic Muſcus, obſervatione dignum eſt. Locis paluſtribus, præſertim ubi aquæ ſcaturiunt.

Bryum trichoides erectis ſublongis capitulis, extremitatibus per ſiccitatem ſtellatis. Muſcus muralis minimus roſeus ſtellaris, capitulis longiuſculis acutis erectis *H. Ox. III. p.* 629. *S. XV. T.* 6. *f.* 12. Quæ figura plantam ſiccam & compreſſam ſatis bene repræſentat, vivæ autem & virenti minime convenit, nec, ut in figura, capitula ſunt reflexa, ſed erecta. In muris ædium tectis, inque palis antiquis.

Mnium caule dichotomo, foliis ſubulatis. Mnium majus, ramulis longioribus bifurcatis. Muſcus capillaris paluſtris, flagellis longioribus bifurcatis *M. P.* 75. *Syn. II. A.* 374. trichoides major paluſtris citrini coloris *Dood. Syn. II. A.* 338. paluſtris flagellis erectis luteolis, raro diviſis, capitulis oblongis Adianti *H. Ox. III. p.* 629. *S. XV. T.* 6. *f.* 9. In Hibernia a *D. Sherard*, prope Redingham a *D. Bobart.* & in agro Lancaſtrienſi a *D. Brotherton* obſervatum.

Mnium majus minus ramoſum, capitulis pulverulentis crebrioribus. Muſcus pulverulentis (forſitan variis) capitulis Vernon *H. S. Buddl. Vol. II. f.* 32. Alia præter pulverulenta capitula in hac ſpecie nondum obſervata, nec de loco conſtat.

Mnium minus non ramoſum, anguſtioribus & pellucidis foliis. Muſcus capillaris ſurculis tenuibus, capitulis variis, aliis videlicet tenuiſſimis in pediculis oblongis, aliis autem pulverulentis in ſurculorum ſummitatibus nullo fere pediculo *H. S. Buddl. Vol. II. f.* 32. ubi locus deeſt, verum conſiſtentia & figura paluſtrem eſſe dictitabant.

Mnium minimum non ramoſum, anguſtiſſimis & pellucidis foliis. Diverſa a præcedenti ſpecies. In ericetis juxta *Woolwich,* Martio menſe.

Mnium, caule ramoſo, androgynum. Mnium peranguſtis & brevibus foliis *C. G.* 214. & *App.* 84. Muſcus trichoides parvus, capitulo conglomerato ſeu botryoide *Dood. Syn. II.* 33. 31. & *App.* 323. it. M. capillaris omnium minimis foliis, pediculis, capitulis *Syn. II.* 30. 10. coronatus minimus, foliolis, pediculis & capitulis minimis erectis *H. Ox. III. p.* 631. *S. XV. T.* 7. *f.* 20. *Cluſter-headed Goldilocks.*

Variis

Variis circa *Londinum* locis, ſed præſertim ad aggeres ericetorum, copioſe provenit. On Banks near *Paddington.* Februario & Martio præcipue viget. Pulverulenta primum comparent capitula ; altera quæ ſequuntur membranacea & calyptrata, ſed minus ac illa obvia. Locis aggerum ſuperioribus & ſiccioribus, inter dumeta pone *Woolwich.* Orientem verſus, nec alibi reperire licuit cum hiſce capitulis. Variat, & nunc majus, nunc minus reperitur, plerumque vero ramoſum eſt.

Mnium pedunculis aggregatis, foliis roſaceo-congeſtis lanceolatis acutis. Bryum roſeum majus, foliis oblongis. Muſcus ſtellaris roſeus *C. B. Pin.* 361. 12. *Pr.* 151. 8. *J. B. III. L.* 37. *p.* 765. *Merr. Pin.* coronatus humilis, foliolis latioribus ſtellatim naſcentibus donatus *H. Ox. III. p.* 630. *S. XV. T.* 7. *f.* 9. parvus ſtellaris Gerardi *Bobart. Syn. I. App.* 237. (ſed perperam.) Variis locis udis naſcitur hic Muſcus, v. gr. on *Shooterſhill* near *Eltham*; on *Coleman's-moor* near *Reading*, obſervante *Bobarto:* half a Mile from *Crediton* in *Devonſhire*, at a Bridge in the Way to *Exon*, referente *Merreto in Pinace.*

Capitula hujus Muſci ignota ſunt, quæ enim *Bobartus* in *Syn. I. App.* deſcribit, & in *Hiſt. Ox.* ipſi appingit, erronea ſunt, ad ſpeciem nempe 15. (licet ea revera, quam is deſcribit & depingit, longiora ſint) pertinentia, quod *Hort. Sicc. Bobartianus* mihi confirmavit, in quo utriuſque ſpeciei ſpecimina, hujus quidem capitulis carentia, illius vero ipſis prædita, commixta reperi, unde per errorem illius capitula ad hunc tranſlata fuere.

Bryum roſeum minus, foliis ſubrotundis. Muſcus parvus ſtellaris *C. B. Pin.* 361. 11. *Ger. Em.* 1563. *Merr. Pin. Park.* 1308. in ericetis proveniens *Lob. Ic. II.* 243. *J. B. III. L.* 38. *p.* 765.

Surculi hujus plerumque plures ex annotino cauliculo egrediuntur, & foliolis crebrioribus & magis conſpicuis cinguntur, ſummitate excepta, quæ ea non æque numeroſa obtinet. Ceterum utriuſque folia in pilum deſinere ſolent. Dr. *Richardſon* in Comitatu Eboracenſi obſervavit hanc ſpeciem.

Mnium acaule, anthera nutante, calyptra reflexa tetragona. Bryum aureum capitulis reflexis piriformibus, calyptra quadrangulari, foliis in bulbi formam congeſtis *C. G.* 227. Polytrichum Apulei minus quorundam *J. III. L.* 37. *p.* 760. aureum minus *C. B. Pin.* 356. 3.

Park. 1052. Muſcus coronatus minor, foliolis latiuſculis ad caulem convolutis, capitulis cernuis & obtuſis aureis *H. Ox. III. p.* 631. *S. XV. T.* 7. *f.* 17. trichoides minor, foliis ad caulem convolutis, capitulis ſubrotundis reflexis *Doody Syn. I. App.* 244. capillaris pediculis bulboſis uncialibus pallidis, capitula oblonga reflexa ſuſtinentibus *Syn. II.* 34. 4. Adiantum aureum minus, foliis bulbi in modum diſpoſitis Vern. *Syn. II.* 33. 29. aureum minimum *Merr. Pin. Little Goldilocks, or Golden Maidenhair.* Paſſim in ſylvis, hortis & ad vias; capitula hyeme producit, quæ vere & ſub æſtatis initium maturat.

Adiantum medium paluſtre, foliis bulbi in modum ſe amplexantibus, capitulis erectis *Syn. II.* 32. 25. non niſi varietas præcedentis eſt.

Mnium pedunculis aggregatis foliis obovatis integerrimis obtuſis punctatis. Bryum nitidum Serpilli rotundis & minoribus pellucidis foliis, majus. Muſcus trichoides foliis Serpilli rotundis *Doody Syn. II. App.* 338. polytrichoides paluſtris major, Serpilli latioris folio pellucido *H. Ox. III. p.* 627. *S. XV. T.* 6. *f.* 39. polytrichoides humilior, foliis latis ſubrotundis *Pluk. Alm.* 247. *T.* 45. *f.* 7. Locis paluſtribus & opacis variis Angliæ regionibus, præſertim Septentrionalibus provenit. Capitula primo vere oſtendit.

Plurimum variat hic Muſcus; modo enim longius ſuccreſcit non ramoſus, foliis ubique æqualibus, qui eſt Bryum nitidum foliis Serpilli pellucidis ſubrotundis elatius *C. G.* 228. modo in ramulos aliquot abit, foliis anguſtioribus cinctos, qui eſt Bryum nitidum foliis inferioribus Serpilli, ſuperioribus magis anguſtis & oblongis *Ibid.* Tum & frequentiſſime procumbit, ramulis undique ſparſis & luxuriantibus, ſub quo ſtatu nulla unquam producit capitula, cujus omnino loci eſt, Muſcus Trichomanis facie, foliis utrinque rotundis ſplendentibus Cat. Alt. *Syn. II.* 35. 1. polytrichoides aquaticus, foliolis crebris, extremis obtuſis & ſubrotundis *Syn. I.* 36. 5. Trichomanis facie, foliis utrinque ſplendentibus rotundis Jungerm. *H. Ox. III. p.* 627. *S. XV. T.* 6. *f.* 41. Atque hujus porro varietas vel junior planta eſt, Lichenaſtrum Trichomanis facie minus *C. G.* 213. Muſcus Trichomanoides ſupinus noſtras elegans minor *Pluk. Alm.* 257.

Bryum

Bryum nitidum Serpilli rotundis & minoribus pellucidis foliis, minus. Muſcus polytrichoides humilior, alternis foliis pellucidis ſubrotundis *H. Ox. III. p.* 627. *S. XV. T.* 6. *f.* 40. Locis humidis & paluſtribus.

Brium nitidum Serpilli rotundis & latioribus foliis pellucidis. Adiantum aureum humilius, foliis latis ſubrotundis *Cat. Pl. Angl.* 8. Muſcus polytrichoides foliis latis ſubrotundis *Syn. II.* 35. 1. Foliis latis ſubrotundis, in caule rarioribus, in ſummitate vero crebrioribus & in orbem diſpoſitis ab ultima & penultima ſpecie differt. Paluſtribus & opacis gaudet. Vere capitula perficit. Plerumque humilior, ſubinde tamen altior obſervatur, quo pertinere videtur, Muſcus palmaris 4. geſtans in ſummitate folia adinſtar Tormentillæ *Merr. Pin.* Betwixt *Plumſtreet* and *Crayford*, in a dark Lane leading to the Moor in *Kent*.

Bryum nitidum foliis oblongis undatis, capitulis cernuis arbuſculam referens *C. G.* 227. Muſcus ad polytrichoidem accedens arbuſculam referens, foliis longis & veluti criſpis *Syn. II.* 36. 6. trichoides ramoſus, foliis longis lucidis & veluti criſpis Doody *Ibid. & Ed. I. App.* 243. Polygoni folio *J. R. H.* 555. *T.* 326. *fig.* E. ad Polytrichoidem accedens ramoſus, foliis longis lucidis & veluti criſpis *H. Ox. III. p.* 630. *S. XV. T.* 6. *f.* 1. In humidis & uliginoſis frequens reperitur. Autumno comparet, & capitula vere maturat. Subinde vero plura ex eodem centro capitula producere ſolet.

Hujus varietas non ramoſa eſt, Muſcus polytrichoides elatior, foliis anguſtis pellucidis & fere membranaceis 20. Raj. Syn. Pluk. Tab. 44. 7. *H. Ox. III. p.* 630. *S. XV. T.* 6. *f.* 2. Obſervandum autem alienum & diverſum a Plukenetiano *Bobartum* hic exhibere Muſcum. Vid. ſpec. 19.

Mnium antheris pendulis, pedunculo curvato, ſurculo ſimplici, foliolis margine ſcabris. Bryum nitidum foliis Serpilli anguſtioribus medium *C. G.* 228. Muſcus polytrichoides humilior, foliis brevioribus raris, pallide viridantibus & vix pellucidis *H. Ox. III. p.* 630. *S. XV. T.* 6. *f.* 3.

Ab hoc parum differt, Muſcus polytrichoides anguſtifolius, caule folioſo tenui reclinante *H. Ox. III. p.* 630. *S. XV. T.* 6. *f.* 4. Uterque autem cum capitulis nondum obſervatus eſt, videturque ad quempiam e præcedentibus ſpectare & non niſi ipſius varietas repens eſſe.

Mnium caule ſimplici, foliis ovatis. Bryum erectis longis & acutis falcatis capitulis, calyptra ſubfuſca, foliis Serpilli

illi pellucidis *C. G.* 223. Muſcus capillaris, corniculis longiſſimis incurvis *Syn. II.* 29. 3. trichoides minor capitulis longiſſimis *Doody Syn. I. App.* 243. In aggeribus terrenis humidioribus primo vere & citius capitula producit, quæ deinde circa æſtatis initium matura fiunt.

Bryum erectis capitulis, calyptra laxa conica, foliis Serpilli pellucidis anguſtioribus *C. G.* 223. Muſcus trichoides minor, pileis magnis acutis *M. P.* 89. *Syn. II. A.* 324. coronatus humilis tenuifolius, pileolo magno acuto infra aperto, extinctorium referente *H. Ox. III. p.* 630. *S. XV. T.* 7. *f.* 12. Adiantum aureum perpuſillum, foliis congeſtis acutis, pileolo extinctorii figura *Syn. II.* 32. 24. *The Extinguiſher-moſs.* Obſerved by Mr. *Pool* about *Nottingham*, and Mr. *Vernon* in *Eſſex*, at Sir *Th. Middleton*'s Houſe.

Figura *Petiveri* a ſpecimine arido deſumpta folia capillacea fingit, cum planta viva latiuſcula obtineat. *Bobarti* figura duos confundit Muſcos, nam hujus capitula alii cuidam, nempe Muſco capillari parvo, ſtellulæ in modum ſe aperienti *D. Buddl.* quem ipſi intermixtum *Hort. Sicc. Bob.* monſtrabat, appingit.

Bryum erectis gigartinis capitulis, foliis Serpilli pellucidis obtuſis. Muſcus trichoides paluſtris æſtivus, capitulis nigris erectis, collo luteo fimbriato *D. Richardſ.* qui in borealibus Angliæ elegantem hanc & raram ſpeciem invenit. Vid. Tab. 3. fig. 2.

Mnium antheris erectis, operculis filiformibus longitudine capitulorum. Bryum erectis capitulis anguſtifolium, caule reclinato *C. G.* 222. Muſcus trichoides minor, foliis oblongis anguſtis obſcure viridibus, in longum & prætenuem mucronem deſinentibus *Syn. II.* 29. 5. Adiantum aureum medium, foliis tenuiſſimis, capitulis erectis acutis Bobarti *Syn. I. App.* 237. Muſcus coronatus medius, foliis tenuiſſimis pallidis longioribus, capitulis erectis acutis *H. Ox. III. p.* 630. *S. XV. T.* 7. *f.* 11. it. M. coronatus humilis, corniculis longiſſimis & acutiſſimis *ibid. f.* 13. In montoſis ericetis ubique fere reperitur. Martio & Aprili profert capitula, quæ æſtate deinde maturantur.

Caulibus oblongis in alterutrum latus reclinatis, foliis oblongis, anguſtis, mollibus, coloris pallidi (non obſcuri) pediculis oblongis ad inclinationem caulis exeuntibus facile cognoſcitur.

Mnium

Mnium foliis arefactione revolutis. Bryum peranguſtis & breviſſimis foliis, extremitatibus ſtellatis *C. G.* 226. Muſcus capillaris parvus, cum madefactus ſtellulæ modo ſe aperiens *Buddl. H. S. Vol. II. f.* 31. Folia quam præcedentis multo minora ſunt, & ſummitates non per ſiccitatem, ſed ubi viret & madeſit ſtellatæ apparent. Denſo oritur ceſpite.

Bryum trichoides longifolium craſſiuſculis cauliculis, capitulis, erectis aduncis acutis. Muſcus trichoides medius, capitulis aduncis acutis *D. Richardſon.*

Bryum trichoides brevifolium anguſtis cauliculis, capitulis erectis parvis & minus aduncis. Muſcus trichoides aquaticus minimus, capitulis parvis erectis D. *Richardſon* qui in Comitatu Eboracenſi collectum miſit cum priori.

Bryum peranguſtis crebrioribus foliis, capitulis erectis longiuſculis pediculis e ſurculis annotinis innaſcentibus. Muſcus polytrichoides paluſtris major, cauliculis & pediculis ſericeis D. *Richardſon.*

Folia licet valde anguſta ſint in hac & ſequentibus ſpeciebus, ea tamen trichoide, quæ peculiarem & velut ſubhirſutam ac ſæpius implexam faciem repræſentant, dici non merentur, cum ſint ſuperficiei magis æquabilis & lævis, & per microſcopium, quin & nudis oculis tranſparentia appareant.

Bryum anguſtiſſimis foliis crebrioribus, capitulis erectis brevibus, pediculis e ſurculis novis & longis enaſcentibus. Muſcus paluſtris æſtivus, capitulis parvis erectis, foliis denſe ſtipatis D. *Richardſ.* Cujus induſtriæ & benevolæ communicationi hæ & aliæ plures ſpecies novæ debentur. On *Rook's-hill*; *Goodwood.*

Bryum peranguſtis foliis & cauliculis, foliis rarioribus cinctis, capitulis erectis e ſurculis annotinis egredientibus *C. G.* 225. Muſcus capillaris parvus, cauliculis tenuibus longiuſculis, foliolis brevibus anguſtis acutis rarioribus cinctis *Syn. II.* 31. 18. Primo vere floret & ſolo laxiore arenoſo gaudet. Capitula non reflexa, ut in deſcriptione *Rajus* aſſerit, ſed erecta ſunt, quare etiam bene ſub iis qui erecta gerunt capitula, locatur ab ipſo.

Bryum peranguſtis foliis & cauliculis, foliis crebrioribus & circa extremitates magis congeſtis, capitulis erectis ad ſummitatem magis egredientibus *C. G.* 225. Muſcus Adiantum aureum dictus aſſurgens, foliolis tenuiſſimis, capitulis parvis erectis in oblongis pedicellis *Syn. II.* 31. 14. Locis gramineis ad ſepes & in muris ſubinde, autumno & hyeme paſſim.

Bryum peranguſtis foliis & cauliculis, foliis crebrioribus & circa ſummitates magis congeſtis, capitulis erectis e ſurculis annotinis egredientibus, pediculis purpureis, *C. G.* 226. Muſcus trichoides parvus foliis Muſci vulgaris, capitulis longis acutis *Doody Syn. I. App.* 243. *Redſhank* vulgo, a pediculorum rubore, quo vel ſolo facile cognoſci poteſt hic Muſcus. Primo vere capitula perficit, vulgariſque eſt ad vias & ſemitas, inque ericetis. Denſo oritur ceſpite, & pediculos creberrimos producit. Ceterum nec deſcriptio *Doodii* in *Synopſi*, nec figura *Bobarti* in *H. Ox. III. p.* 628. *S. XV. T.* 6. *f.* 4. exacte reſpondet ipſi plantæ.

Bryum trichoides obſcure vireſcens, capitulis cernuis *C. G.* 226. A Dr. *Richardſon* in comitatu Eboracenſi obſervatum. Provenit & circa Londinum.

Bryum trichoides læte virens, capitulis cernuis oblongis. Muſcus trichoides fontanus minor, foliis capillaceis viridiſſimis *Syn. II.* 32. 27. trichoides paluſtris ſericeus, capitulis majoribus nutantibus D. *Richardſ.* Pediculum emittit aureum, capitulum oblongum carnei coloris ſuſtinentem. Æſtate floret. In a Fountain at the Earl of *Peterborough*'s at *Drayton* in *Northamptonſhire*, and by D. *Richardſon* obſerved in *Yorkſhire*. Provenit & circa Londinum verſus *Newington*. Alſo near *Kentiſhtown*.

Mnium foliis ovatis acuminatis pellucidis, pedunculis ſubradicalibus, anthera nutante. Bryum capitulis reflexis, foliis congeſtis latioribus & pellucidis. Bryum nitidum foliis Serpilli pellucidis, capitulis reflexis e ſurculis annotinis & marcidis egredientibus *C. G.* 227. Muſcus trichoides latioribus foliis, capitulis oblongis reflexis *Dood. Ann. Mſcr. ad Syn.* In ſylvis prope *Hampſtead*, & in colle *Shooterſhill* vocato, hyeme & vere capitula profert. In *Canewood*, 1752. A. priore cui ſimilem naſcendi modum habet, differt foliis pellucidis & latioribus, cauliculis longioribus & capitulis majoribus.

Mnium antheris pendulis, calyptra recurvata, foliis pellucidis. Bryum nitidum foliis Serpilli anguſtioribus majus *C. G.* 228. On *Shooterſhill* vere & æſtate. Capitulis magis quam aliæ ſpecies luxuriat.

Mnium foliis trifariis patulis ſubulato-lanceolatis carinatis. Bryum nitidum capitulis majoribus reflexis, calyptra imum vergente, pediculis oblongis e cauliculis novis egredientibus. Muſcus ſtellaris ſylvarum, capitulis magnis nutantibus Vernon *Syn. II.* 35. 8. In ſylvula prope *Charlton*, & in aggeribus ericetorum vicinorum copioſe. Capitula hyeme & primo vere producit.

Bryum

Bryum nitidum peranguſtis Serpillinis pellucidis foliis, reflexis capitulis ſubrotundis virentibus, longioribus pediculis naſcentibus. Muſcus trichoides paluſtris tenuifolius lucidus, capitulis tumidis nutantibus D. *Richardſ.* In Comitatu Eboracenſi.

Bryum nitidum foliis Serpilli pellucidis anguſtioribus, reflexis capitulis ſubrotundis, carnei coloris, in pediculis brevioribus. Muſcus trichoides fontanus minor, capitulis turgidis reflexis carnei coloris Vernon. *Buddl. H. S. Vol. II. f.* 33.

Bryum nitidum foliis Serpilli pellucidis anguſtis, capitulis tumidis nutantibus, præaltis pediculis e ſurculis annotinis egredientibus. Muſcus trichoides paluſtris elatior tenuifolius pellucidus, capitulis magnis nutantibus incurvis D. *Richardſ.* In Comitatu Eboracenſi.

Bryum nitidum rubens, capitulis reflexis, foliis anguſtis pellucidis, cauliculis proliferis. Muſcus capillaris paluſtris rubens, capitulis reflexis Doody *Buddl. H. S. Vol. II. f.* 33. trichoides paluſtris, capitulis pendulis, coma rubra D. *Richardſ.* On *Shooterſhill* vere & æſtate. On *Rookſhill*, *Goodwood.*

Mnium foliis diſtichis integerrimis. Mnium Trichomanis facie, foliolis integris. Lichen minimus capitulis pulverulentis *Dood. Ann. Mnſcr. ad Syn.* Locis udis & umbroſis circa *Eltham*, *Woolwich* & *Hampſtead* hyeme & primo vere. Alia præter pulverulenta in hac & ſequenti ſpecie, capitula nondum comparuere, quæ mihi viſa fuerunt in ultima & penultima ſpecie, anguſta, calyptrata, erecta.

Mnium foliis diſtichis bifidis. Mnium Trichomanis facie, foliolis bifidis. On *Shooterſhill* and about *Highgate*, Februario Martio & Aprili.

B R Y U M.

* Maſculus *flos ex apice ſurculorum pedunculatus.*

CAL. Calyptra *oblonga, acuminata, obliqua.* Anthera *ſubrotunda ſ. oblongiuſcula, ore ciliari annulato, tecto* Operculo *conico.* Recept. Apophyſis *nulla.* Perichætium *nullum, ſed* tuberculum *pro baſi pedunculi.*

Antheris ſeſſilibus.

Bryum antheris ſeſſilibus terminalibus, calyptra minima. Sphagnum cauliferum & ramoſum ſaxatile hirſutum vireſcens,

cens, capitulis obſcure rubris *C. G.* 229. Muſcus apocarpos hirſutus ſaxis adnaſcens, capitulis obſcure rubris D. Sherardi *Raj. Hiſt. III.* 40. 10. *Badmingtoniæ* & aliis locis obſervavit Dr. *Sherard.* Non tantum ſaxis, ſed & arboribus adnaſcitur, eſtque nunc foliis & capitulis majoribus, nunc utriſque minoribus, quo pertinet Muſcus trichoides capitulis apodibus, foliis anguſtioribus *Doody Syn. II. App.* 339. Januario & Februario capitula producit.

Sphagnum cauliferum & ramoſum ſaxatile hirſutum incanum, capitulis virentibus *C. G.* 229. Muſcus terreſtris cupreſſinus nanus Stirienſis *Bocc. Muſ. II. p.* 161. *T.* 108. Novembri, Decembri & Januario capitula profert, quo tempore vireſcit magis, poſtea vero totus incanus evadit, ut de longinquo etiam cognoſci queat. A. D. *Richardſon* in Comitatu Eboracenſi obſervatus.

Bryum antheris ſeſſilibus ſparſis, calyptris ſtriatis ſurſumve piloſis. Polytrichum capſulis ſubrotundis pediculis breviſſimis inſidentibus, calyptra ſtriata, arboreum ramoſum, majus *C. G.* 222. Muſcus apocarpos arboreus ramoſus D. Sherardi *Raj. H. III.* 40. In Hibernia primum, poſtea Badmingtoniæ etiam obſervavit D. *Sherard.* Capitula profert hyeme.

Polytrichum capſulis ſubrotundis, pediculis breviſſimis inſidentibus, calyptra ſtriata, arboreum & terreſtre, minus ramoſum & breve *C. G.* 222. Adiantum aureum acaulon, pileis ſtriatis *M. P.* 24. *Syn. II. A.* 323. Muſcus humilis tectorum ſubfuſcus, capitulis brevibus pileatis erectis, pediculis curtis *H. Ox. III. p.* 629. *S. XV. T.* 6. *f.* 13. Ad arbores, ædium tegulas & muros.

Polytrichum capſulis oblongo-rotundis, calyptris piloſiſſimis. Muſcus capitulis longis acutis piloſiſſimis D. Sherardi *Syn. II.* 33. 32. Adiantum aureum minimum, pediculis brevibus, foliis capillaceis *M. P.* 25. *Syn. II. App.* 323. Obſerved in *Ireland* by Dr. *Sherard,* and on Hawthorns in *England* by Mr. *Glover.* In a Wood a little beyond *Weſterham* in *Kent,* by Dr. *Deering.*

Antheris pedunculatis erectis.

Bryum antheris erectis ſphæricis. Bryum trichoides vireſcens, erectis majuſculis capitulis maliformibus *C. G.* 224. Muſcus trichoides medius, capitulis ſphæricis *Doody Syn. I. App.* 243. *II.* 30. 11. trichoides minimus ſericeus

ſericeus capillaceus, capitulis ſphæricis *H. Ox. III. p.* 628. *S. XV. T.* 6. *f.* 6. On the Ditch-Banks, a little on this Side Mother *Huff*'s, on *Hampſtead* Heath, about *Woolwich*, *Shooterſhill*, and other Places.

Brium antheris erectis obovatis, calyptra ſubulata, ſurculis acaulibus, foliis ovatis muticis. Bryum parvum erectis piriformibus majuſculis capitulis, foliolis Serpilli pellucidis *C. G.* 223. Muſcus capillaris parvus, capitulis magnis piriformidis erectis, in pediculis brevibus *Syn. II.* 29. 7. trichoides humilior, capitulis piriformibus erectis *Dood. Syn. I. App.* 243. coronatus humilis ſtellaris, foliis latiuſculis, capitulis piriformibus erectis turgidiuſculis *H. Ox. III. p.* 631. *S. XV. T.* 7. *f.* 16. Ad ſepes & foſſarum aggeres Martio & Aprili. Locis humidioribus folia, pediculos & capitula altero tanto prope majora acquirit.

Bryum parvum erectis ſubrotundis majuſculis capitulis ſubfuſcis, foliis Serpilli pellucidis *C. G.* 223. Muſcus trichoides minimus, operculo magno donatus *Dood. Ann. Mſcr. ad Syn.* perpuſillus piloſus & veluti bulboſus *Buddl. H. S. V. II. f.* 31. Ad foſſarum aggeres hyeme.

Bryum exiguum erectis parvis ſubrotundis creberrimis capitulis rufis, foliolis Serpilli anguſtis pellucidis *C. G.* 223. Muſcus trichoides minimus, capitulis creberrimis parvis rufis brevibus, in pediculis breviſſimis Vernon *Syn. II.* 33. *inter* 30. *&* 31. it. M. capillaris minimus, capitulis ſubrotundis erectis in pediculis breviſſimis *Syn. II.* 30. 8. In pratis, ad ſepes & foſſarum aggeres hyeme & primo vere.

Bryum antheris erectiuſculis, foliis piliferis recurvis. Bryum majus erectis falcatis capitulis, foliis latiuſculis extantibus, in pilum caneſcentem deſinentibus. Muſcus capillaris tectorum denſis ceſpitibus naſcens, capitulis oblongis, foliis in pilum oblongum deſinentibus *Syn. II.* 28. 2. erectus hirſutus capitulis longis acutis, unguiculis avicularum ſimilibus vulgatiſſimus *H. Ox. III. p.* 628. *S. XV. T.* 6. *f.* 1. In ædium tectis denſis & elatis ceſpitibus frequentiſſime oritur.

A ſequenti differt foliorum latitudine, eorumque pilis productioribus, quodque elatior & ramoſior ſit, ceſpitibus majoribus & denſioribus, pediculis non e ſummis ramulis & foliorum medio exeuntibus, ſed inferius e veteribus aut annotinis ſurculis.

Bryum antheris erectis, foliis piliferis rectiuſculis, ſurculis ſimplicibus ceſpitoſis. Bryum minus erectis minus falcatis capitulis, foliis latiuſculis congeſtis, in pilum caneſcentem deſinentibus. Muſcus capillaris minor, capitulis erectis vulgatiſſimus *Syn. II.* 28. 1. it. M. trichoides parvus capitula creberrima oblonga erecta habitiora, per ſiccitatem atro-rubentia producens Vernon *Syn. II.* 33. 30. In murorum rimis, inque tectis & tegularum interſtitiis frequentiſſimus eſt. Capitula autumno producit & per totam hyemem retinet, non raro etiam vere cornicula exſerit.

Bryum antheris erectiuſculis, pedunculis ſubſolitariis foliis lanceolatis carinatis, undulatis patentibus ſerratis. Bryum capitulis oblongis rubentibus, foliis oblongis anguſtis pellucidis rugoſis *C. G.* 222. Muſcus capitulis nutantibus, calyptris ſurſum tendentibus *Dood. Ann. Mſcr. ad Syn.* capillaris majuſculus, foliis longis cum aliqua latitudine, viridibus acutis rugoſis *Syn. II.* 29. 6. Adiantum ſeu Polytrichum aureum medium *Syn. I.* 19. 2. In aggeribus umbroſis ſatis frequens eſt. Auguſto & Septembri capitula comparent, quæ Januario & Februario perficiuntur & per maturitatem nutare ſolent, cum ab initio magis erecta eſſent.

Bryum antheris erectiuſculis : operculo arcuato, foliis erectis imbricatis, ſurculis ramoſis. Bryum trichoides erectis capitulis, albidum fragile *C. G.* 225. Muſcus trichoides montanus albidus fragilis *Doody Syn. II. App.* 339. *H. Ox. III. p.* 630. *S. XV. T.* 6. *f.* 22. e viridi albicans longifolius, capitulis parvis brevibus D. Robinſ. *Syn. II.* 31. 13. In ericetis & montoſis frequens, ubi denſis ceſpitibus oritur, caulibus hebetioribus, uncia longioribus. In *Charley* Foreſt, *Leiceſterſhire*, among the Sphagnum paluſtre Linnæi; Mr. *Pultney*. Capitula rariora viſu ſunt, ea vero æſtate profert, brevia, pediculis modice longis inſidentia.

Bryum antheris erectiuſculis, foliis recurvis acutis, caule hirſuto. Bryum erectis capitulis oblongis minus rubentibus, foliis oblongis anguſtis nitidis pellucidis, valde tenuibus & dilute virentibus, cauliculis rubentibus *C. G.* 223. Muſcus capillaris ſurculis erectis, foliis oblongis tenuiſſimis acutis cinctis *Syn. II.* 29. 4. capillaris Gallii lutei aut Molluginis minimæ primum erumpentis facie, capitulis erectis

erectis oblongis *Ib.* 31. 15. In ædium tectis & nonnunquam ſupra terram oritur. Capitula autumno & hyeme producit.

Muſcus capillaris humilis graminifolius minor, capitulis oblongis erectis *Syn. II.* 31. 17.

Folia huic anguſta oblonga, in acutum mucronem ſenſim deſinentia, graminea, niſi breviora eſſent; humi jacentia. Pediculi ſemiunciales capitula in ſummo geſtant longiuſcula, erecta. Januario menſe capitula producit. An idem præcedenti? ſed illius folia humi non jacent.

Bryum erectis capitulis brevibus, foliis reflexis. Muſcus trichoides paluſtris, capitulis erectis, foliis reflexis D. Richardſ. *Doody Syn. II. App.* 338. qui prope ædes ſuas in agro Eboracenſi, *North-Bierly* nominatas detexit. Poſtea D. *Sherard* in Hibernia, & D. *Lhwyd* in montibus Walliæ invenerunt.

Bryum erectis capitulis ſubrotundis fuſcis, foliis minoribus pellucidis rugoſis. Muſcus trichoides paluſtris major, capitulis erectis nigricantibus D. *Richardſ.* polytrichoides elatior, foliis anguſtis pellucidis & fere membranaceis Plukenetio *Syn. I. App.* 240. *Pluk. Alm.* 257. *T.* 47. *f.* 7. Locis ſylvoſis.

Hujus varietas eſt, Muſcus polytrichoides anguſtifolius pellucidus ramoſus Plukenetio *Syn. I. App.* 241. *II* 32. 21. *Pluk. Alm.* 297. *T.* 49. *f.* 1.

Bryum trichoides erectis capitulis fuſco-nigris. Muſcus trichoides paluſtris minor, capitulis erectis nigricantibus D. *Richardſ.* a quo in comitatu Eboracenſi obſervatus.

Bryum anguſtis viridibus foliis, capitulis erectis, brevibus pediculis inſidentibus, calyptra falcata vel avium unguiculas referente *C. G.* 225. Muſcus trichoides minor vulgaris facie, foliis capillaceis *M. P.* 88. *Syn. II. App.* 324. Paſſim in muris & aliis locis circa Londinum. On old Walls in *Kentiſhtown*. Februario capitula oſtendit.

Bryum parvum trichoides ramoſum, erectis capitulis ſubfuſcis in pediculis obſcure rubris *C. G.* 224. Paſſim ad ſepes in hortis muriſque Februario Martioque floret.

Bryum trichoides reclinatis cauliculis, capitulis erectis acutis. Muſcus trichoides foliis capillaceis, capitulis minoribus *Doody Syn. I. App.* 243. On the Side of the Bogs on *Hampſtead* Heath, about *Woolwich* and in other Places. On wet Ground near *Pancras*. Februario & Martio floret.

Bryum trichoides exile pallidum, erectis capitulis e ſurculis annotinis egredientibus. Muſcus minimus pallidus, foliis anguſtiſſimis acutis, corniculis tenuiſſimis *Syn. II.* 30. 9.

Licet valde parvus ſit hic Muſcus, in ramulos tamen aliquot dividitur, ad quorum baſin pediculi tenues ſemiunciales, capitula

pitula tenuia gerentes, egrediuntur. Colore eſt e viridi luteo, late ſe diffundens, denſis ceſpitibus terram tapetis inſtar operiens. Ad foſſarum aggeres & ſepes hyeme & vere capitula oſtendit.

Bryum trichoides exile, erectis capitulis in pediculis longioribus rubris *C. G.* 224. Muſcus coronatus minimus, capillaceis foliis, capitulis oblongis *H. Ox. III. p.* 631. *S. XV. T.* 7. *f.* 19. Iiſdem locis & in ſylvis.


Bryum antheris erectis: operculo aciformi, foliis erectis ſubſecundis. Bryum hypnoides erectum montanum, erectis capitulis acutis. Muſcus trichoides montanus obſcure virens, foliis confertim in caule ramoſo poſitis, capitulis erectis acutis D. *Richardſ.* Capitula in hac ſpecie e foliorum alis, velut in Hypnis egrediuntur, verum nulla ad radicem ſquamoſa vagina cincta ſunt.

Bryum hypnoides repens aquaticum, erectis capitulis acutis. Muſcus aquaticus pileis acutis *M. P.* 74. *ic. Syn. II. App.* 323. Obſerved by Mr. *John Scampton* on the large Stones that lye in the Rivulets amongſt the *Peak-moors* in *Derbyſhire.*

Bryum antheris erectis ſubrotundis: operculo mucronato. Bryum trichoides exile, erectis capitulis in pediculis breviſſimis *C. G.* 224. Muſcus coronatus minimus, foliolis & capitulis oblongis in pediculis breviſſimis *H. Ox. III. p.* 631. *S. XV. T.* 7. *f.* 18. trichoides omnium minimus paluſtris capitulis plurimis acutis D. *Richardſ.* Hyeme capitula producit, quæ circa ver maturantur. Nunc ad ſepes & aggeres foſſarum, nunc paluſtribus locis provenit.

Bryum trichoides erectis capitulis, lanuginoſum *C. G.* 224. Muſcus trichoides lanuginoſus Alpinus *M. P.* 85. *Syn. II. App.* 324. trichoides montanus Ericæ hirſuto folio, capitulis erectis acutis D. *Richardſ.* capillaris lanugine caneſcens, pediculis tenuibus oblongis, capitulis in mucrones longos recta ſurſum exporrectis Vern. *Syn. II.* 31. 16. On *Blackheath* and *Dartford-heath.* On *Rook's-hill*; *Goodwood*, 1750. Capitula rarius producit. *Petiverus* in rupibus quibuſdam Comitatus *Leiceſtriæ* invenit.

Bryum antheris erectis, caule erectiuſculo, ramis lateralibus brevibus fertilibus. Bryum hypnoides capitulis plurimis erectis, lanuginoſum. Muſcus terreſtris vulgari ſimilis lanuginoſus Lhwyd *Syn. I.* 18. 11. *II.* 37. 5. *H. Ox. III. p.* 625. *S. XV. T.* 5. *f.* 7. Alpinus ramoſior erectus, flagellis brevioribus lanuginoſis *Pluk. Alm.* 255. *T.* 47.


TAB .I.
Pag. 659
a
Fig. 1.
p 659
a
b
c
c c
639
Fig 2
p. 649
Fig. 4. p 655
Fig. 3. p 660
Fig. 5. p 644

T. 47. *f.* 5. hirſutus capillaceus *Merr. Pin.* In montoſis Cambriæ nimis frequens.

Antheris nutantibus.

Bryum antheris pendulis, ſurculis cylindricis imbricatis lævibus. Bryum capitulis ſubrotundis reflexis, cauliculis teretibus argenteis *C. G.* 226. Muſcus argenteus capitulis reflexis *Syn. II.* 34. 5. minimus e viridi argenteus, capitulis oblongis cernuis *H. Ox. III. p.* 629. *S. XV. T.* 6. *f.* 17. Capitula Novembri menſe producit, quæ dein veris initio maturat. Ab initio viret, procedente vero tempore argenteum colorem, quem per ſiccitatem præcipue oſtendit, acquirit, quo ſolo colore ab omnibus aliis Muſcis facile diſtinguitur. In tectis & alibi locis apertis & apricis.

Bryum antheris ſubrotundis, pedunculis reflexis, foliis piliferis. Bryum trichoides hirſutie caneſcens, capitulis ſubrotundis reflexis, in perbrevibus pediculis *C. G.* 226. Muſcus trichoides hirſutus, capitulis oblongis reflexis, pediculis brevibus inſidentibus *Doody Syn. I. App.* 243. *H. Ox. III. p.* 629. *S. XV. T.* 6. *f.* 21. trichoides hirſutie caneſcens, capitulis ſubrotundis reflexis in perbrevibus pediculis *Syn. II.* 34. 3. In muris antiquis & tectis oritur, denſo & ſubrotundo ceſpite caneſcente, ut procul etiam poſſit dignoſci. Novembri capitula producit.

Bryum antheris pendulis, foliis lanceolatis acuminato-ſetaceis, pedunculis longiſſimis. Bryum trichoides capitulis reflexis, pediculis ima medietate rubris, ſumma luteo virentibus *C. G.* 226. Muſcus trichoides capitulo parvo reflexo, pediculo ima medietate rubro, ſumma luteo-viridi *Syn. II.* 34. 2. *H. Ox. III. p.* 629. *S. XV. T.* 6. *f.* 15. Januario & Februario capitula producit in tectis & muris.

Bryum antheris pendulis, foliis ovatis ſetiferis carinatis, pedunculis longiſſimis. Bryum capitulis reflexis, foliolis latiuſculis congeſtis *C. G.* 227. Muſcus capillaris foliolis latiuſculis congeſtis, capitulis oblongis reflexis *Syn. II.* 33. 1. *H. Ox. III. p.* 629. *S. XV. T.* 6. *f.* 19. trichoides capitulis oblongis reflexis *Doody Syn. I. App.* 243. In ædium tectis inque muris Februario & Martio capitula oſtendit.

An

An a præcedenti aliter quam ætate differat, merito ambigitur. Pediculi enim ab initio luteo virent, poſtea ubivis rubent, & capitula quæ ab initio ſubrotunda erant, poſtea oblonga fiunt. Folia tamen aliquantum latiora ſunt.

Bryum antheris pendulis ſubgloboſis, foliis acutis alternis. Bryum nitidum capitulis reflexis, calyptra ſurſum vergente, præaltis pediculis e cauliculis novis egredientibus *C. G.* 227. Muſcus capillaris major & elatior, capitulis longis obtuſis deorſum reflexis & veluti pendulis, præaltis pediculis rubris *Syn. II.* 34. 6. *H. Ox. III. p.* 629. *S. XV. T.* 6. *f.* 20. On *Hinton* and *Teverſham-moors.* Æſtate floret.

HYPNUM.

* Maſculus *flos pedunculatus, ex alis foliorum, ad latera ſurculorum.*

CAL. Calyptra *oblonga, glabra, obliqua.* ANTHERA *oblongiuſcula: ore ciliari, tecto* Operculo *acuminato.* RECEPT. Apophyſis *nulla.* PERICHÆTIUM *ſquamoſum, ad latera ſurculorum pedunculum emittens.* * Femineus *flos in eodem vegetabili ex alis foliorum.* CAL. communis *nullus.* PIST. *ſolitarii, ex alis foliorum, nudæ plumulæ.*

Frondibus pennatis.

Hypnum fronde ſimpliciſſima pinnata lanceolata baſi pedunculifera. Hypnum repens filicifolium non ramoſum, pediculis brevioribus ad radicem egredientibus. Muſcus filicifolius ſeu pennatus minor, pinnulis plurimis ad mediam coſtam annexis, latiuſculis crebris *Syn. II.* 35. 3. *H. Ox. III. p.* 627. 37.

Pediculi vix ſemiunciales e radice exeunt, capitula parva, brevia, incurva, nutantia ſuſtinentes. Perelegans eſt plantula & Filiculam quandam cum ſequenti ſimulat. In uliginoſis non raro.

Hypnum fronde pinnata ſimplici: pinnis duplicatis baſi pedunculifera. Hypnum repens filicifolium non ramoſum, pediculis & capitulis longioribus ad radicem egredientibus, foliolis utrinque duplicatis *C. G.* 218. Muſcus pennatus capitulis Adianti Bob. *Syn. I. App.* 236. *H.*

Ox.

Ox. III. p. 626. *S. XV. T.* 6. *f.* 36. Martio & Aprili capitula profert. Provenit autem locis udis circa *Woolwich* & in colle *Shooterſhill* dicto.

Hypnum fronde ſimpliciſſima pinnata lanceolata apice pedunculifera. Hypnum repens filicifolium non ramoſum, pediculis brevioribus verſus foliorum ſummitatem egredientibus. Muſcus polytrichoides exiguus, capitulis in extremis cauliculis ſeu foliis ſubrotundis erectis *Syn. II.* 35. 4. *H. Ox. III. p.* 629. *S. XV. T.* 6. *f.* 11. On *Hampſtead* Heath.

Cauliculi ſeu mavis folia compoſita reclinata foliolis crebris ſublongis in acutum deſinentibus compoſita, ad ſex & ſeptem in ſingulis paria, ut folia parvæ cujuſdam Filicis aut Taxi æmulari videantur, e quorum apice ſumma exeunt pediculi vix tertiam digiti partem longi, pili inſtar tenues, capitula ſuſtinentes parva, ſubrotunda erecta.

Hypnum fronde pinnata ramoſa erecta medio pedunculifera. Hypnum repens filicifolium ramoſum, pediculis & capitulis longioribus e foliorum alis egredientibus, foliolis utrinque ſimplicibus. Muſcus pennatus ſylvaticus *Buddl. H. S. Vol. II. f.* 22. pennatus aquaticus ramoſus *D. Richardſ.* In ſylvis ad arborum radices, locis humidioribus.

Hypnum fronde pinnata ramoſa: foliolis imbricatis acutis complicatis compreſſis. Hypnum repens filicifolium ramoſum, ramulis appreſſis & magis complanatis *C. G.* 218. Muſcus terreſtris ſurculis compreſſis, tenuior & minor *Syn. II.* 39. 18. vulgaris minor cauliculis compreſſis *Doody ibid. & Syn. I.* 244. terreſtris repens primæ ſpeciei ſimilis, ſed multo minor 8. Raj. Syn. *H. Ox. III. p.* 625. *S. XV. T.* 5. *f.* 5. vulgaris pennatus major *C. B. Pin.* 360. 2. pennatus *Ej. Pr.* 151. 1.

Arborum truncis firmiter adnaſcitur, locis tamen ſaxoſis & udis etiam reperitur, quibus præcipue capitula, aliis locis rariſſima, veris initio producit, e foliorum alis, non ſummis ramulis, ut in *H. Ox.* perperam pingitur, exeuntia. Folia autem plana ſunt, pennatim coſtæ mediæ adnaſcentia. Variat, & cum ramulis foliiſque latioribus reperitur, quo ſpectat Muſcus vulgaris minor cauliculis compreſſis foliis majoribus rotundioribus *Doody Syn. I. App.* 244. Hujuſmodi vidi Februario cum capitulis

ad marginem foſſæ cujuſdam per ſylvam ductæ inter *Highgate* & *Hampſtead.*

Hypnum erectum filicifolium ramoſum, pinnulis acutis. Muſcus filicifolius ſeu pennatus aquaticus maximus *Syn. II.* 35. 2.

Ad 15. paria in eodem folio ſeu mavis ſurculo pinnæ numerantur. Ex ima foliorum parte alia emergunt folia Ex ſuperiorum vero coſta media pediculi tenues rubentes exeunt, capitula ſuſtinentes perbrevia, minima, fuſca, ſplendentia. Prope aquas exit.

Hypnum erectum filicifolium ramoſum, pinnulis obtuſis. Muſcus trichomanoides ramoſus minor, capitulis erectis D. *Richardſ.* Præcedenti minor, ſed magis ramoſus eſt, & pinnulas obtuſiores, capitula vero rotundiora habet.

Surculis vagis.

Hypnum ſurculis ramoſis, frondibus ſubpinnatis: foliolis punctatis. Hypnum repens paluſtre, foliis triangularibus per caules expanſis, extremitatibus convolutis & acuminatis *C. G.* 219. Muſcus ramoſus paluſtris major, foliis membranaceis acutis Vern. *Syn. II.* 39. 19. paluſtris ſurculis quaſi pungentibus, capitulis ferrum equinum referentibus *Buddl. H. S. Vol. II. f.* 26. On *Hinton-moor*, in the Bog near *Charlton*, and other the like Places. On the Bog on *Hampſtead* Heath. Martio & Aprili floret.

Hypnum ſurculis ramoſis, frondibus ſubpinnatis : foliolis undulatis complicatis. Hypnum repens criſpum, cauliculis compreſſis, Lycopodii in morem per terram ſparſis. Muſcus terreſtris repens, Lycopodii ferme facie D. Sherard. *Doody Syn. II. App.* 337. M. Adianti capitulis, Lycopodii in modum per terram ſe ſpargens D. Richardſ. *Bob. & Raj.* pennatus longo latoque folio *Merr. Pin.* Plantam hanc minus accurate intuentes *Bobartus & Rajus*, cum 6. Hypni ſpecie confuderunt, ille *H. Ox. III.* 626. *S. XV. T.* 6. *f.* 33. hic *Hiſt.* III. 44. Non tantum in Hibernia & in Comitatu Eboracenſi, ſed & non procul Londino in ſylvula collis *Shooterſhill* naſcitur. Amat loca non nimis humida, & juxta ſemitas libenter provenit. Mr. *Buddle* obſerved it in the moiſt ſhady Ditches in *Biſhops-wood* at *Hampſtead.*

Hypnum ſurculis ramoſis, frondibus ſubpinnatis: foliolis undulatis planis. Hypnum repens criſpum, ramulis compreſſis, filicinorum more diſpoſitis *C. G.* 217. Muſcus terreſtris major, ramulis compreſſis, foliis ſuperficie criſpis, D. Sherardi *H. Ox. III. p.* 625. *S. XV. T.* 5. *f.* 10. terreſtris major, ramulis compreſſis, foliis ſuperficie criſpis *Dood. Syn. II. App.* 337. In *Hibernia D. Sherard* primum, poſtea in Cantio non procul a *Graveſend D. Doody* invenere. Provenit autem ibi ſatis copioſe in collibus cretaceis, & ad ripam Thameſis, littore elato, quod æſtus nunquam alluit, loco quo Orchides naſcuntur. A præcedente foliis magis criſpis, colore obſcuriore, capitulis rotundioribus & pediculis multo brevioribus differt.

Hypnum ramis vagis recurvis, foliis ovatis recurvatis patulis. Hypnum repens triangularibus majoribus & pallidioribus foliis *C. G.* 219. Muſcus terreſtris maximus ramoſus erectior, latioribus & pallidioribus foliis *Syn. II.* 36. 1. terreſtris candidus ramoſus *C. B. Pin.* 361. 3. In ſylvis & ſepibus frequens eſt hæc ſpecies, ſed capitula in ea inventu rariora ſunt.

Hypnum ramis vagis ſubrepentibus, foliolis ovatis mucronatis imbricatis. Hypnum repens triangularibus anguſtis foliis, ramulis ſubrotundis. Muſcus denticulatus minor ſericeus noſtras, capitulis Adianti *H. Ox. III. p.* 626. *S. XV. T.* 6. *f.* 35. it. M. trichoides humilis ramoſus, capitulis oblongis tumidiuſculis donatus *Ej. Ib. f.* 3. *p.* 628. arboreus Cupreſſi foliis ramoſior & erectior, capitulis plurimis D. *Richardſ.* Ad foſſas & locis uliginoſis *Bobartus*, ad arborum radices D. *Richardſon* obſervavit.

Hypnum polyanthon, triangularibus anguſtis foliis. Muſcus terreſtris tenuifolius polyanthos D. *Richardſ.* it. Muſcus arboreus tenuifolius, flagellis longioribus, capitulis parvis erectis *Ejuſd.* Diverſo tempore ſub his nominibus mittebatur hic Muſcus ex comitatu Eboracenſi, qui non longe a Londino etiam reperitur in ſylvula colli *Shooterſhill*, prope Eltham. Alſo in *Biſhopſwood.*

Surculis pennatis.

Hypnum ſurculis pennatis: ramulis diſtantibus foliolis imbricatis incurvis acutis ſecundis. Hypnum repens filicinum

cinum criſpum. Muſcus pennatus minor cauliculis ramoſis, in ſummitate velut ſpicatus *Fl. Pruſſ. p.* 167. *ic. n.* 43. Muſcus terreſtris filicifolius minor alter *D. Richardſ.*

Plurimum variat hic Muſcus, ubi enim repit, & libere, locis nec nimis ſiccis, nec valde udis naſcitur, egregie viret & Filicis inſtar expanditur, qualis exhibetur in *Florâ Pruſſica*, (de qua tamen figura notandum, quod a ſpecimine ſicco deſumpta ſit) ubi vero confertim naſcitur, quod valde paluſtribus locis contingit, viret quidem, ſed minime tam ramoſus eſt & erectus pæne naſcitur. Locis porro ſiccioribus aliam plane induit faciem, nam folia & ramuli ejus magis confertim naſcuntur & colore dilutiore ſunt, ſub quo ſtatu pro diverſa ſpecie fuit deſcriptus & depictus, nomine Muſci criſtam caſtrenſem repræſentantis flaveſcentis nemoroſi ramoſi Caſſubici Breyn. Vir. Pruſſ. *H. Ox. III. p.* 625. *S. XV. T.* 5. *f.* 8. cujus ſynonyma ſunt, M. ſcorpioides paluſtris, foliis criſpis pyramidalibus *Raj. Syn. II.* 32. 26. pennatus major, cauliculis ramoſis, in ſummitate velut ſpicatus *Fl. Pr. p.* 167. *ic. n.* 42. filicifolius luteus, folio craſſo & undulato D. *Richardſ.* Cui adjungi debet Muſcus terreſtris repens ſubflavus, foliolis criſpis minoribus, ramuliſque denſius confertis *H. Ox. III. p.* 625. *S. XV. T.* 5. *f.* 12. licet figura non bene reſpondeat. D. *Richardſon* utramque varietatem in comitatu *Eboracenſi* reperit. Ea quæ caulibus erectis minus ramoſis naſcitur, provenit in pratis paluſtribus prope *Chiſſelhurſt* inter Pinguiculam & alias paluſtres plantas. Criſpum & criſtam caſtrenſem repræſentantem vidi in collibus cretaceis inter *Northfleet* & *Graveſend*, ubi Orchides naſcuntur. *J. Bobartus* ad muros Cœnobii *Godſtow* prope *Oxonium* obſervavit.

Hypum repens filicinum plumoſum (pennatum minus bene) *C. G.* 218. arboreus terreſtri ſimilis, arborum truncis arcte adhærens D. *Richardſ.* In muris ad *Newington* & alibi circa Londinum. Ramulis plumoſis arctiſſime ahærentibus, & capitulis ſubrotundis, perbrevibus pediculis inſidentibus ab aliis facile diſtingui poteſt. Hyeme capitula producit.

Hypnum ſurculis proliferis plano-pinnatis, pedunculis aggregatis. Hypnum repens filicinum, veluti ſpicatum *C. G.* 217. Muſcus filicinus major *C. B. Pin.* 360. 4. *J. R. H.* 556. *T.* 326. *f. C.* filicinus *Ger.* 1372. *J. B. III. L.* 37. *p.* 764. 765. *Park.* 1309. 1310. *Syn. II.* 21. 1.

1. In ſylvis umbroſis valde familiaris eſt, & Muſcus foliis Myricæ vulgo in Anglia nominatur.

Hypnum repens filicinum minus, luteo-virens *C. G.* 217. Muſcus filicinus minor floridus C. *B. Pin.* 360. 5. *Pr.* 151. 2. *H. Ox. III. p.* 625. *S. XV. T.* 5. *f.* 21. filicinus minor repens *Fl. Pr. p.* 167. *ic.* 44. Æſtatis fine capitula producit, quæ hyeme dein matura fiunt. Paſſim in ſylvis ad arborum radices, locis humidioribus.

Hypnum repens filicifolium ramoſum, ramulis ſurrectis & minus complanatis *C. G.* 218. Muſcus aquaticus fruteſcens pennatus *H. Ox. III. p.* 626. *S. XV. T.* 5. *f.* 23. vulgaris pennatus minor *C. B. Pin.* 360. 3. *Pr.* 151. *poſt.* 1. Locis udis & paluſtribus in Septentrionalibus Angliæ a D. *Richardſon* obſervatus. Provenit etiam ſatis copioſe ad ripam Thameſis prope *Baterſeam* & alibi.

Hypnum ſurculis pennatis teretiuſculis remotis inæqualibus. Hypnum repens filicinum trichoides montanum, ramulis teretibus luteſcentibus non diviſis *C. G.* 218. Muſcus terreſtris ſurculis filamentoſis tenacibus abietinis, ſemel tantum diviſis *H. Ox. III. p.* 626. *S. XV. T.* 5. *f.* 22. (fig. vitioſ.) it. M. terreſtris repens veluti ſpicatus 4. C. B. Pr. *H. Ox. III. p.* 625. *S. XV. T.* 5. *f.* 6. (fig. bon.) Locis montoſis.

Foliis reflexis.

Hypnum ſurculo ſubpinnato, foliis ſecundis recurvis apice ſubulatis. Hypnum repens criſpum cupreſſiforme *C. G.* 217. Muſcus terreſtris medius ſupinus & repens, foliis crebris in acutos mucrones productis *Syn. II.* 37. 7. luteſcens foliis convolutis *Merr. Pin.* parvus criſpatis foliolis noſtras *Pluk. Am.* 148. *T.* 447. *f.* 6. (mal.) In ſylvis ad arborum radices, inque tectis ſtramineis.

Hypnum ſurculis ſubbipinnatis decumbentibus: ramulis remotis, foliolis ovatis, antheris cernuis. Hypnum repens filicinum, triangularibus parvis foliis, prælongum *C. G.* 219. Muſcus terreſtris parvus ſupinus prælongus, Filicis modo interdum pennatus *Syn. II.* 38. 9. vulgaris flagellis tenuibus, foliis minimis *Doody Syn. I. App.* 244. Autumno capitula producit, & ſaxis ligniſque putridis adhærens reperitur. Folia licet parva ſint, pro magnitudinis tamen ratione ſatis lata obſervantur. Variat colore luteſcente, foliis majoribus & ramulis crebrioribus, qui

 ſub

ſub nomine Muſci terreſtris filicifolii lutei tenuiter diviſi, arctiſſime ſaxis adhærentis a D. *Richardſon* miſſus fuit.

Hypnum ſurculo erectiuſculo ſubramoſo, foliis ſecundis recurvatis ſubulatis, ramis recurvatis. Hypnum paluſtre erectum, ſummitatibus aduncis. Muſcus paluſtris ſcorpioides ramoſus erectus Doodio *Buddl. H. S. Vol. II. f.* 22. paluſtris terreſtri ſimilis, foliolis craſſis obſcure virentibus, mucronibus aduncis unam partem ſpectantibus *Syn. II.* 38. 13.

Pediculi longi e cauliculis ſuperioribus enaſcuntur. Extra aquas flavicat aut rufeſcit. Variis Angliæ paluſtribus, in ericetis naſcitur. Copioſiſſime in the Bogs by *Weſt-Wickham* and *Addington*, near Croydon.

Hypnum ramis vagis procumbentibus recurvis, foliis ſecundis acuminatis. Hypnum repens filicifolium ramoſum, foliolis majoribus magiſque crebris. Muſcus denticulatus lucens major, ad ramulorum apices Adianti capitulis ornatus *Buddl. H. S. Vol. II. f.* 28. pennatus aquaticus pinnulis latis lucidis & fere membranaceis, capitulis nigris aduncis D. *Richardſ.* Variis Angliæ locis paluſtribus, præcipue Septentrionalibus naſcitur.

Hypnum ſurculis repentibus, ramis vagis teretibus, foliis patulis acuminatis. Hypnum repens trichoides arboreum majus, capitulis & ſurculis erectis, minus ramoſis *C. G.* 216. Muſcus terreſtris arborum ſtipitibus adnaſcens major & erectior *Syn. II.* 39. 15. montanus gracilis ramoſus, viticulis longioribus glabris *Pluk. Alm.* 225. *T.* 47. *f.* 4. *Syn. II. App.* 338. montanus flagellis longis tenuibus cupreſſinis, ut plurimum indiviſis *H. Ox. III. p.* 624. *S. XV. T.* 5. *f.* 7. quæ figura accuratior eſt Plukenetiana. Arborum ſtipitibus annoſis plerumque adnaſcitur, nonnunquam tamen e terra naſcitur, qualem in collibus cretaceis inter *Northfleet* & *Graveſend* obſervavi. Ceterum hirſutus potius quam glaber dici meretur.

Hypnum repens filicinum trichoides paluſtre *C. G.* 218. Muſcus paluſtris terreſtris facie vernus, capitulis majoribus nutantibus D. *Richardſ.* Non tantum in Septentrionalibus Angliæ, ſed variis etiam circa Londinum Ericetorum locis paludoſis provenit.

Hypnum ramis vagis, foliis ovatis apice ſubulatis undique reflexis. Hypnum repens triangularibus reflexis foliis majus. Muſcus erectus foliis reflexis *Doody Syn. II. App.*

337.

337. terreſtris erectior, foliis reflexis Raij Syn. *H. Ox. III. p.* 624. *S. XV. T.* 5. *f.* 2. Locis udis. On *Hampſtead* Heath. Capitula rariſſime producit.

Hypnum repens triangularibus reflexis foliis minus. A D *Richardſon* in Comitatu Eboracenſi obſervatum. D. *Doering* in ſylvula *Canewood* vocata reperit.

Hypnum ſurculis reptantibus, ramis vagis erectis, foliis ſecundis, antheris ſubrotundis. Hypnum repens ſurculis magis erectis, foliis reflexis longioribus cinctis, operculo capituli magno. Muſcus erectus major, foliis anguſtioribus acutis D. Sherard *Doody Syn. II. App.* 337. repens major, foliis & flagellis longis & tenuibus donatus D. Sherard. *H. Ox. III. p.* 626. *S. XV. T.* 5. *f.* 24. On the Mountains in *Crevetenan Ballina-hinch*, in the County of Down, Ireland.

Hypnum erectum aut fluitans aquaticum, foliis oblongis peranguſtis acutis *C. G.* 219. Muſcus paluſtris valde ramoſus ſurculis erectioribus, foliolis in tenues & longos mucrones productis *Syn. II.* 39. 14. fluitans, foliis & flagellis longis tenuibuſque D. Sherard. *Dood. Syn. II. App.* 338. In the *Pits of the ſhaking Bogs in* Ireland. Mr. *Bobart*, as he affirms in his *Hort. Sicc.* found it in the Ditch of Water almoſt at the fartheſt End of *Marſton-lane*, near the turning up the Backſide of *Heddington* Hill.

Surculis dendroidibus, ſive faſciculatis.

Hypnum ſurculo erecto, ramis faſciculatis terminalibus ſimpliciuſculis, antheris erectis. Hypnum erectum arbuſculam referens ramulis ſubrotundis confertim naſcentibus. Muſcus dendroides elatior, ramulis crebris minus ſurculoſis, capitulis pediculis brevibus inſidentibus *Syn. II.* 32. 23. *H. Ox. III. p.* 626. *S. XV. T.* 5. *f.* 31. ſquamoſus dendroides, ſurculis velut in capitulum congeſtis *J. R. H.* 554. it. M. ſquamoſus ramoſus erectus Alopecuroides *Ibid. & ic. T.* 326. *f. B.*

Folia quam prioris aliquantum latiora & longiora ſunt pallidiora, ramuli ex eodem principio crebriores, pediculi breviores & capitula magis rotunda. Ad Gamlingay a D. *Vernon* primum obſervatus ; poſtea copioſe repertus a D. *Richardſon* in Comitatu Eboracenſi.

Hypnum ſurculo erecto, ramis faſciculatis terminalibus ſubdiviſis, antheris ſubnutantibus. Hypnum paluſtre erectum arbuſculam referens, ramulis ſubrotundis *C. G.* 220. Muſcus dendroides ſylvarum erectus, ramulis Kali æmulis, radice repente *Syn. II.* 32. 22. *H. Ox. III. p.* 626. *S. XV. T.* 5. *f.* 30. ramoſus repens velut ſpicatus *C. B. Pin.* 361. 4. *Pr.* 151. 4.

Cauliculum obtinet erectum, firmum, e rubro nigricantem, arbuſculæ inſtar ramoſum. E ramulis pediculi unciales exeunt, ſubrotunda, vel oblonga potius, capitula ſuſtinentes. In ſylvis humidis ad arborum dejectarum ſtipites & radices. In *Biſhops-wood* and *Cane-wood.*

Surculis teretiuſculis.

Hypnum ſurculis vagis teretibus, foliis ovatis acutis patulis, antheris pendulis. Hypnum arboreum repens, capitulis reflexis, brevibus pediculis inſidenribus *C. G.* 220. Muſcus domeſticus noſtras, ſurculis erectis rigidis, capitulis in pediculis perbrevibus *Buddl. H. S. Vol. II. f.* 20. Angliæ indigenum eſſe hunc Muſcum dictum modo Herbarium fidem facit, ſed quibus locis proveniat, non conſtat. In Germaniæ pluribus locis ad arborum ſtipites frequentiſſimus eſt.

Hypnum ſurculis pinnato-ſparſis ſubulatis, foliis ovatis obtuſis conniventibus. Hypnum repens triangularibus anguſtioribus (potius minoribus) foliis *C. G.* 219. Muſcus terreſtris latioribus foliis major ſeu vulgaris *C. Pl. A.* 208. *Syn. I.* 17. 6. terreſtris minor majori ſimilis, omnium vulgatiſſimus *Syn. II.* 36. 2. terreſtris vulgaris *Ger.* 1370. Muſco denticulato ſimilis *C. B. Pin.* 360. 9. *Common Ground Moſs.* In paſcuis ſterilioribus, in ſylvis & ſepibus ad arborum & fruticum radices ubique nimis frequens. Capitula hyeme & vere cum præcedenti ſpecie producit.

Hypnum repens triangularibus minoribus foliis, pediculis & capitulis brevioribus & tumidioribus, majus. Muſcus terreſtris tenuifolius repens autumnalis, capitulis majoribus D. *Richard.* qui in Comitatu Eboracenſi reperit.

Hypnum repens triangularibus minoribus foliis, pediculis & capitulis brevioribus & tumidioribus, minus. Muſcus terreſtris repens primæ ſpeciei ſimilis, ſed multo minor *Syn. II.* 38.

38. 8. Autumno capitula producit, quæ Decembri & Januario maturat. In muris Hampſtedienſibus.

Hypnum ſurculis teretibus ramoſis, foliolis acutis patulis diſtantibus. Hypnum ramoſum fluitans pennatum. Muſcus pennatus aquaticus *Doody Syn. II. App.* 338. Muſcus denticulatus lucens fluviatilis maximus, ad ramulorum apices Adianti capitulis ornatus *H. Ox. III. p.* 626. *S. XV. T.* 6. *f.* 33. In *Hackney* River and the *Thames.* Cum extra aquas & in ripa naſcitur, folia cauliculos undique cingunt, ut teretes fere appareant, cujuſmodi in *H. Ox.* deſignatur, ſed ubi aquis perpetuo immergitur, rariora & pennatim diviſa ſunt folia.

Hypnum terreſtre erectum, ramulis teretibus, foliis inter rotunda & acuta medio modo ſe habentibus *C. G.* 220. Muſcus trichoides medius ramoſus, foliis albis mollibus denticulatim diſpoſitis *Syn. II.* 39. 20. it. M. terreſtris vulgaris Cupreſſi foliis *M. P.* 81. *Syn. II. App.* 324. In paſcuis & ſylvis humidioribus. Capitula ab initio ſubrotunda, poſtea oblonga fiunt. Nota, qua ab aliis facile diſtingui poteſt, eſt nervus medius rubens per folia admodum conſpicuus & tranſparens.

Hypnum terreſtre erectum, ramulis teretibus foliis ſubrotundis albo virentibus cinctis *C. G.* 220. Muſcus terreſtris cauliculis Kali geniculati aut Illecebræ æmulis, foliolis ſubrotundis ſquamatim incumbentibus *Syn. II.* 37. 6. Varietas eſt prioris, nec aliter niſi ætate ab eo differt, in juniore enim planta ramuli magis teretes ſunt & foliolis rotundioribus veſtiuntur.

Hypnum ſurculis ramiſque vagis teretibus erectiuſculis obtuſis. Hypnum paluſtre erectum breve, foliis brevioribus anguſtis tenuibus confertis *C. G.* 219. Muſcus terreſtris major albicans erectus, foliolis acutiſſimis *Buddl. H. S. Vol. II. f.* 25. Locis paluſtribus.

Hypnum terreſtre erectum humidius albicans, ramulis teretibus. Muſcus terreſtris parvus albicans erectus, foliolis caulibus appreſſis *Buddl. H. S. Vol. II. fol.* 25. Priore minor eſt & foliola habet caulibus undique appreſſa, ut ramuli teretes efficiantur.

Hypnum longum erectum, foliis anguſtis caulibus appreſſis. Muſcus erectus foliis anguſtis caulibus appreſſis *Doody Syn II. App.* 337. Cauliculis longis, ramulis brevioribus acutis ab aliis differt. Ex luteo viret, & per ſiccitatem ſplendet. Ramuli minus teretes quam prioris. Capitula nondum in hac ſpecie obſervata ſunt.

Hypnum paluſtre erectum coma lutea, baſi nigreſcente *D. Richardſ.* Cui capitula nondum comparuere, quamvis diligenter in ea inquiſiverit.

Surculis confertis.

Hypnum ſurculo repente, ramis confertis erectis, foliis ſubulatis, antheris ſubnutantibus. Hypnum repens trichoides terreſtre viridius minus, capitulis tumidioribus cernuis *C. G.* 216. Muſcus terreſtris vulgaris minor, Adianti aurei capitulis *Cat. Pl. A.* 208. *Syn. I.* 18. 8. velutinus, Velvet-Moſs *Merr. Pin.* In paſcuis ſterilioribus, inque ſylvis ad arborum præcipue & fruticum radices, Autumno capitula producit, quæ Februario & Martio perficiuntur. In *Hornſey* Wood.

Hypnum repens trichoides terreſtre minimum & breve, capitulis tumidioribus cernuis. Muſcus terreſtris repens parvus, capitulis brevibus tumidis, nonnihil incurvis & nutantibus *Syn. II.* 38. 10. terreſtris ſericeus minimus, pediculo brevi, capitulo magno recurvo *D. Richardſ.* Decembri menſe aut etiam maturius capitula promit, quæ pediculis vix ſemiuncialibus, ad imum velut bulboſus, e cauliculis egreſſis inſident.

Hypnum repens trichoides terreſtre viridius minus, capitulis cernuis, minus tumidis *C. G.* 216. Uſnea ſeu Muſcus cranio humano innatus *Doody Syn. I. App.* 244. *Ed. II.* 36. *inter* 2. *&* 3. ex Maxilla inferiore ovilla, quem a Muſco cranii humani diſtinguere nequeo *Merr. Pin.* terreſtris minor omnium vulgatiſſimus *Raj. H. III.* 43. trichoides terreſtris minimus, capitulis recurvis *H. Ox. III. p.* 629. *S. XV. T.* 6. *f.* 16. Paſſim in paſcuis ſterilioribus, in ſylvis & ſepibus ad arborum & fruticum radices, quin & oſſa lignaque putreſcentia.

Hypnum ſurculis repentibus, ramis filiformibus, foliis obliteratis. Hypnum repens trichoides terreſtre minimum, capitulis majuſculis oblongis erectis *C. G.* 216. Muſcus terreſtris omnium minimus, capitulis majuſculis oblongis erectis *Syn. II.* 38. 11. terreſtris omnium minimus, capitulis majuſculis erectis *H. Ox. III. p.* 625. *S. XV. T.* 5. *f.* 14 In tectis & ad ſaxa. On Rocks near *Mountſorrel* in *Leiceſterſhire.*

Hypnum repens trichoides paluſtre vernum fuſcum, capitulis oblongis incurvis. Muſcus paluſtris vernus fuſcus, capitulis majoribus nutantibus *D. Richardſ.* qui ex comitatu Eboracenſi miſit.

Hyp-

Hypnum repens trichoides terreſtre, foliolis uno verſu diſpoſitis. Muſcus foliis caulibus appreſſis uno verſu diſpoſitis, viticulis minoribus *Buddl. H. S. Vol. II. f.* 24. abſque loci mentione.

Hypnum ſurculis erectis ramoſis incurvatis. Hypnum trichoides erectum, ramulis recurvis, obſcuri coloris. Muſcus terreſtris major nigricans, arborum truncis adnaſcens *Syn. II.* 39. 16. it. M. repens ſerici modo lucens, viticulis longioribus erectis *Ej. App.* 338. aureus minor, flagellis claviſque brevioribus *H. Ox. III. p.* 624. *S. XV. T.* 5. *f.* 8. Capitula erecta ſunt. Cauliculi erecti, craſſiores quam in reliquis hujus ſortis & obſcurioris coloris. Arborum caudicibus adnaſcitur.

Hypnum repens trichoides terreſtre luteo virens vulgare majus, capitulis erectis *C. G.* 215. Muſcus terreſtris luteo viridis, ſericeus repens *Syn. II.* 38. 12. repens virore ſplendens *Merr. Pin.* muralis repens ſericeus, foliis ſplendentibus *M. P.* 83. *Syn. II. App.* 324. vulgatiſſimus *C. B. Pin.* 360. *n.* 1. terreſtris & hortenſis *J. B. III.* 764. it. M. arboreus Penachio Imperato *Ejuſd. ib.*

Ramuli muris, tegulis, aſſeribus, aut cuicunque alii corpori innaſcentes arcte adhærent, reptant & ſe diffundunt, cauliculoſque emittunt ramoſos, foliolis tenuiſſimis mollibus & ſplendentibus cinctos. Varietas hujus locis montoſis occurrit, ſurculis donata longioribus minus ramoſis & minus denſe naſcentibus, quem *D. Buddle H. S. Vol. II. fol.* 23. vocat Muſcum terreſtrem ſplendide luteſcentem, ſurculis & foliis prælongis tenuibuſque. Priori enim pallidior eſt, & magis ſplendet ſaltemve e terra naſcitur, locis apricis, v. gr. inter *Northfleet* & *Graveſend* in collibus cretaceis copioſe. Hic pro diverſa ſpecie haberi poteſt.

ALGÆ.

JUNGERMANNIA.

* Maſculus flos *pedunculo longo, recto e calyce prodeunti inſiſtit.*

CAL. Perichætium *tubuloſum.* COR. *nulla.* STAM. Anthera *ovata, dehiſcens in Valvulas quatuor, patentes, æquales, perſiſtentes.* * Femineus flos *ſeſſilis, ſæpius in eadem planta.* CAL. *nullus (nobis manifeſtus.)* COR. *nulla.* SEM. *ſolitaria vel conferta, ſubrotunda.*

Jun-

Jungermannia foliis latis. Lichenaſtrum Trichomanis facie, capitulis e foliorum ſummitate enaſcentibus, majus. Muſcus trichomanoides foliis rotundioribus pellucidis, ſquamatim conjuncte ſibi incumbentibus *H. Ox. III. p.* 627. *S. XV. T.* 6. *f.* 42. Locis, advertente *Bobarto*, ſylvaticis & umbroſis, v. gr. in aſcenſu montis via publica a villa *Wickham* dicta ad Oxonium ducente ad arborum radices copioſe reperitur. Aliis præterea locis procul dubio naſcitur. In Woods near *Denham*, abundantly.

Jungermannia frondibus ſimpliciter pinnatis: foliolis ovatis ſubciliatis. Lichenaſtrum Trichomanis facie, prælongum, foliis concavis unam partem ſpectantibus. Muſcus Trichomanoides purpureus, Alpinis rivulis innatans Lhwyd *Syn. I.* 18. 12. *II.* 40. 1. *Purple Mountain Water-moſs reſembling Trichomanes.* In rivulis montanis Cambriæ. Variat, & nunc ramoſus, nunc non ramoſus reperitur, quin & multo minor, brevior nempe obſervatur; tum & colore variat, in aqua enim purpuraſcit, extra eam & ſolaribus radiis expoſitus albeſcit & mollior ac tenerior evadit.

Lichenaſtrum trichomanoides aquaticum odoratum fontis S. Winifridæ *D. Richardſ.* Muſcus aquaticus Cornubienſis plurimum capillaceus, foliolis exiguis alternis, per totam capillorum longitudinem adnatis *H. Ox. III. p.* 627. *S. XV. T.* 6. & 9. *f.* 48. Duplex ibi figura exhibetur, altera *Tab.* 6. non ramoſa, altera *Tab.* 9. ramoſa. *Bobartus* ex ſtagno Dartmore accepit: e fonte S. Winifridæ *D. Richardſon* collectum miſit. Capitula nemo adhuc obſervavit, nec an vere diverſa ab aliis ſpecies ſit, ſatis conſtat.

Jungermannia frondibus ſimpliciter pinnatis: foliolis integerrimis imbricatis convexis. Lichenaſtrum capitulis nudis, Trichomanis facie, foliolis denſius congeſtis majus *C. G.* 211. In *Herbarii Buddlejani Vol. II.* agglutinatum vidi, ut Angliæ indigenum eſſe non ſit dubium.

Capitula ad cauliculi vel folii totalis baſin egrediuntur, quæ nuda quidem ab initio videntur, folliculum tamen quendam poſtea obſervabilem habere dubium non eſt. Februario & Martio floret.

Jungermannia frondibus ſimpliciter pinnatis: foliolis ſubulatis. Lichenaſtrum Trichomanis facie, capitulis e foliorum ſummitate enaſcentibus, minus. Lichen ter-

reſtris

reſtris minor planifolius anguſtior *D. Richardſ.* a quo in comitatu Eboracenſi, mihi vero poſtea in colle *Shooters-hill* prope vicum *Eltham* in Cantio, ſeptem milliaribus Londino diſtantem obſervata eſt hæc ſpecies. Decembri, Januario & Februario floret.

Lichenaſtrum Trichomanis facie, capitulis e foliorum ſummitate enaſcentibus, medium. Muſcus Trichomanis facie, foliolis criſpis e rupium fiſſuris denſo ceſpite proveniens D. Richardſon *H. Ox. III. p.* 627. *n.* 43. Variis Angliæ Septentrionalibus naſcitur locis.

Jungermannia frondibus ſimpliciter pinnatis lanceolatis apice floriferis, foliolis integerrimis. Lichenaſtrum Trichomanis facie, foliolis bifidis majus *C. G.* 212. Muſcus lichenoides, foliis pennatis bifidis major *Doody Syn. II. App.* 339. Lichen viridis foliis denſe ſtipatis *Pet. Cat. Gaz. N. n.* 124. *T.* 13. *f.* 4. Octobri & Novembri menſibus floret, inque ericetis, ad aggeres humidos variis circa Londinum locis reperitur.

Jungermannia frondibus ſimpliciter pinnatis apice floriferis, foliolis bidentatis. Lichenaſtrum Trichomanis facie, foliolis bifidis minimum *C. G.* 212. Muſcus lichenoides foliis pennatis bifidis minor *Doody Syn. II. App.* 339. Foliis minoribus, pediculis vero & capitulis longioribus, temporeque florendi a priori differt. Martio autem floret, iiſdem ceteroquin ac præcedens locis gaudens.

Jungermannia frondibus ſimpliciter pinnatis apice floriferis, foliolis bidentatis. Lichenaſtrum Trichomanis facie, foliolis multifidis, capitulis e ſummis ramulis naſcentibus. Muſcus Trichomanis facie ramoſus repens, radiculas e ramulorum diviſuris agens *D. Richardſ.* qui in comitatu Eboracenſi obſervavit. Variat & nunc ramoſus, nunc non ramoſus occurrit. Capitula autumno protrudit, vere perficit.

Jungermannia frondibus ſupra bipinnatis apice floriferis; foliolis ſubrotundis integerrimis. Lichenaſtrum capitulis nudis, Trichomanis facie, foliolis denſius congeſtis minus *C. G.* 212. Muſcus lichenoides omnium minimus, pediculo & capitulo ſphærico *D. Richardſ.* Octobri, Novembri & Decembri capitula producit e ſummis cauliculis vel ramulis prodeuntia, nuda ab initio, poſtea e vagina quadam procul dubio egredientia.

Jun-

Jungermannia ſurculis repentibus, foliis inferne auriculatis duplicato-imbricatis, ramis apice latioribus. Lichenaſtrum Trichomanis facie, foliolis multifidis, capitulis ex imis cauliculis naſcentibus. Lichen minimus albeſcens cauliculis repens, foliis pinnatis, capitulis nigris lucidis *Syn. II.* 41. 5.

Priori ramoſus eſt & folia rariora, alternatim magis diſpoſita obtinet. Per ſiccitatem albeſcit & foliis ſibi invicem approximantibus imbricatum apparet, qua de cauſa in *C. G.* 212. dictum fuit, Lichenaſtrum imbricatum, capitula in folliculis ad radicem proferens. In ericetorum aggeribus udis & umbroſis circa *Woolwich* ortum verſus, Martio & Aprili capitula profert. Provenit & circa *Hampſtead* viarum locis umbroſis. About *Harrow*, but not frequent.

Jungermannia frondibus ſupra bipinnatis inferne floriferis: foliolis crenulatis imbricatis rotundis. Lichenaſtrum imbricatum majus *C. G. Suppl.* 172. 174. *ic.* Lichen parvus in corticibus arborum humidis repens, foliolis ſubrotundis ſquamatim incumbentibus *Syn. II.* 41. 10. it. Muſcus terreſtris ſquamoſus elegans in humidis naſcens, ſurculis & foliis Thuyiæ inſtar compreſſis *Syn. II.* 39. 17. muralis platyphyllos, an denticulatus major Bobarti *Syn. I. App.* 237. muralis floridus foliis ſubrotundis, creberrime imbricatim diſpoſitis, ſive Muſcus muralis platyphyllos *H. Ox. III. p.* 627. *S. XV. T.* 6. *f.* 44. Locis umbroſis ad arborum radices, ſaxa & muros humidos, Martio & Aprili floret.

Jungermannia ſurculis repentibus: foliolis inferne auriculatis duplicato-imbricatis, ramis æqualibus. Lichenaſtrum imbricatum minus. Muſcus lichenoides foliis cauli ſquamatim incumbentibus anguſtior *Doody Syn. II. App.* 339. Ad arbores & ſaxa. Foliis minoribus, cauliculis anguſtioribus & longioribus a præcedenti differt.

Jungermannia frondibus ſubtus bipinnatis, apice reptantibus, foliolis quadridentatis. Lichenaſtrum foliis variis. Lichen polytrichoides minor non ramoſus, pinnulis anguſtis acutis D. *Richardſ.* Muſcus lichenoides pennatus non bifidus erectus, capitulis quadripartitis e ſummitate exeuntibus *Budal. H. S. Vol. II. f.* 17.

Cauliculi capitulis carentes repunt & Trichomanis inſtar foliolis ſubrotundis utrinque cinguntur, cauliculi autem

tem capitula proferentes erecti ſunt, & ſerpillinis anguſtis foliis undique ambiuntur.

Jungermannia ſurculis erectiuſculis bifariam imbricatis, foliolis bipartitis. Lichenaſtrum capitulis rotundis e foliorum medio enaſcentibus. Lichen petræus cauliculo calceato *C. B. Pin.* 362. 6. *Syn. II.* 41. 4. alter minor caule ὑποδεδεμένῳ *Col. Ec. I.* 332. alter minor folio calceato *Park.* 1314. it. L. minimus foliolis laciniatis *Raj. Faſc.* 14. *Syn. I.* 20. 6. ex ſententia *Auctoris Syn. II.* 41. *inter* 4. & 5. *Small Liverwort with crumpled Leaves.* In ericeto *Hampſtedienſi* & circa *Woolwich* locis declivibus, umbroſis & udis ſatis copioſe provenit. On *Rookſhill*, near *Goodwood.*

Capitula tota hyeme ſeſſilia & veluti nuda in foliorum medio apparent, quæ dein calore vernali e folliculo brevi membranaceo ſubrotundo longis pediculis repente aſſurgunt, & in quatuor partes floridas aperiuntur.

Jungermannia acaulis, fronde oblonga ſinuata pingui. Lichenaſtrum capitulis oblongis juxta foliorum diviſuras enaſcentibus. In a Bog next *Charlton*, on the Eaſt Side of the Wood.

Capitula Aprili profert oblonga, pediculis modice craſſis e vagina oblonga ſimplici egreſſis inſidentia. Plantæ quæ capitula proferunt, reliquis minores & magis laciniatæ ſunt, quæ iis deſtituuntur, majores, & hæ ſæpe adeo confertim naſcuntur, ut mutua preſſione ſe ſuſtentent erectæque naſcantur, quo pertinet Lichen parvus erectus, foliis profunde laciniatis *Pluk. Alm.* 216. *T.* 42. *f.* 2.

Jungermannia acaulis, fronde bipinnatifida. Lichenaſtrum ambroſiæ diviſura. Lichenaſtrum Ambroſiæ diviſura. Lichen minimus foliis tenuiter diſſectis *Dood. Ann. Mnſcr. ad Syn.* Cui in *Canewood* prope Highgate fuit obſervatus, copioſius autem provenit in ericeto prope *Charlton* juxta ſylvam, e boreali ejus parte, loco declivi udo ſub Alnis. Martio floret & Aprili.

Jungermannia acaulis, fronde lineari ramoſa: extremitatibus furcatis obtuſiuſculis. Lichenaſtrum minimum, capitulis nigris lucidis. Viis umbroſis & aggerum locis udis in ericetis prope *Woolwich* Martio capitula ſphærica profert, in quatuor ſubrotundas partes per maturitatem ſe aperientia.

Jun-

Jungermannia acaulis, fronde ſubbipinnatifida: lobis imbricatis, perichætio plicato. Lichenaſtrum filicinum criſpum. Muſcus paluſtris Abſinthii folio, inſipidus *J. R. H.* 555. *Hiſt. Pl. c. Par. naſc.* 505. filicinus pereleganter criſpatus *M. P.* 438. Obſerved plentifully in *Yorkſhire* by Dr. *Richardſon*, about *Chicheſter* in *Suſſex* by Mr. *Manningham*, and near *London* firſt of all by Mr. *Dandridge*, in a ſmall Current of Water which runs through a Wood called *Old Fall*, that lies between *Highgate* and *Muſcle-hill.* In *Biſhopſwood* abundantly.

Capitula in hac ſpecie nondum fuere viſa, Lichenaſtrum tamen ſuadet naſcendi modus, & ſapor, qui aliquantum acris eſt & lichenoſus, aliorum inſtar.

MARCHANTIA.

* Maſculus flos *pedunculo longo, recto, e caulyculo prodeunte, exoritur.*

CAL. Perianthium commune *quadrifidum, quinquefidum, vel decemfidum, peltatum* (laciniis *æqualibus, lateribus deflexis,) maximum, ſub ſe continens floſculos tot, quot lacinias habet.* COR. *monopetala, turbinata, calyce brevior, recta.* STAM. Filamentum *unicum, corolla longius, ſimplex.* Anthera *ſubovata, ab apice dehiſcens in tot lacinias, quot calyx communis.* Farina *crinulo affixa.* * Femineus flos *ſeſſilis, in eadem planta.* CAL. Perianthium *conſtans margine membranaceo, erecto-patulo, integro, perſiſtente, monophyllo.* COR. *nulla: niſi Calycem dicas.* SEM. *plura, ſubrotunda, compreſſa, nuda, in fundo calycis.* OBS. *Marchantiæ M.* Calyx maſculus communis planus, in octo ad decem lacinias, floſculos non involventes, diviſus. *Hepaticæ M.* Calyx maſculus communis quinquefidus, conicus, laciniis conniventibus. *Lunulariæ M.* Calyx cruciformis, laciniis floſculos obvolventibus.

Marchantia calyce communi decemfido. Lichen petræus latifolius, ſive Hepatica fontana *C. B. Pin.* 362. I. ſive Hepatica fontana *J. B. III.* 758. Lichen *Fuſch.* 476. Jecoraria ſive Hepatica *Trag.* 523. *Stone-liverwort.* Ad fontium ſcaturigines & rivulos primo vere floret.

Foliis majoribus, non ſquamoſis vel punctatis, ſed, ſi curioſius aſpiciantur, ſtriatis, nervo majore per medium diſcurrente, capitulis & pediculis majoribus, locoque natali a ſequenti ſpecie differt.

Lichen

Lichen petræus ſtellatus *C. B. Pin.* 362. 2. it. Lichen petræus umbellatus *Ej. ib.* 3. Lichen ſeu Hepatica minor ſtellaris, & umbellata *Park.* 1314. (ubi fig. tranſpoſitæ) Hepatica altera *Ger.* 1375. Lichen ſeminifer pyxide folio adnaſcente, julo pediculo longo inſidente D. Robinſ. *Syn. II.* 41. 11. (ex ſententia *Doody in Not. Mſcr. ad Syn.*) Lichen, ſive Hepatica lunulata ἐπιφυλλόκαρπος D. Dale *Syn. I.* 20. *II.* 41. 6. In uliginoſis & umbroſis areis & ambulacris hortorum glareoſis aut ſaxoſis, & ad baſin murorum humidiorum quovis fere tempore reperitur. Julio vero & Auguſto floret, quandoque etiam media hyeme circa natalitia Chriſti.

Lunulæ ſeminiferæ cum capitulis ſtellatis ſolent primo comparere, ſequuntur dein umbellata, nullum nec floris, nec ſeminis veſtigium exhibentia. Tum umbellata, tum ſtellata capitula, tum ſemina peculiaribus naſcuntur plantulis, omnia vero promiſcue proveniunt, & una eademque planta ſunt.

Marchantia calyce communi quinqueloculari ſubovato. Lichen petræus pileatus *Park.* 1314. 1315. petræus cauliculo pileolum ſuſtinente *C. B. Pin.* 362. 5. Plinii primus, pileatus *Col. Ec. I.* 330. 331. verrucoſus Doody *Syn.* 41. 7. ex ſententia ipſius *Doody in Ann. Mſcr. ad Syn. Liverwort.* Variis locis umbroſis & rivuloſis circa *Londinum.*

Capitula primo vere longis pediculis innaſcuntur pileiformia. A Lichene petræo latifolio ſive Hepatica fontana *C. B.* plurimum differt. Cæterum hæc ſpecies vulgo officinis inferri ſolet, nec immerito, cum reliquis magis odorata & veluti aromatica ſit. Commendatur plurimum in hectica, obſtructione hepatis & veſicæ, in ictero, ſcabie, lichenibus & gonorrhœa.

Marchantia calyce communi quinquifido hemiſphærico, perichætio nullo. Lichen pileatus parvus, foliis crenatis. Lichen petræus cauliculo pileum parvum ſuſtinente *Budd. H. S. Vol. II. f.* 13. Capitulum in quinque partes per marginem leviter diviſum, floſculos emittit globoſos, denticulatim inciſos. Aprilis fine & Maij initio floret. Found by Mr. *Andrews* of *Sudbury* in *Suffolk,* ſent by Mr. *Dale.* Mr. *Dandridge* obſerved it in a ſmall Water-courſe near *Dulwich* Wells, towards *Northwood.*

Lichen pileatus parvus, capitulo crucis inſtar ſe expandente. Capitulum per maturitatem in quatuor partes crucis inſtar expanditur, e ſingulis radiis ſingulos plerumque emittens floſculos tetrapetaloides. Lunulæ ſeminales in aliis naſcuntur

 plantis.

plantis. Julio floret. In *Horto Chelſejano* obſervatus a D. *Dale*. Hujus figuram habet D. *Micheli* in Tabulis ſuis propediem edendis. Forte Lichen petræus muſcoſus racemoſus *C. B. Pin.* 362. 4. Muſcus fontanus capitulis racemoſis *Ej. Pr.* 152. 15.

RICCIA.

* Maſculus flos *ſeſſilis*.

CAL. *nullus*. COR. *nulla*. STAM. Anthera *ſubulata, truncata, ſeſſilis, apice dehiſcens*. * Femineus flos *in eadem (vel diverſa* Mich.*) planta*. CAL. *vix ullus*. PER. *globoſum uniloculare*. SEM. *plurima*.

Riccia frondibus glabris bipartitis acutis. Lichen omnium minimus, foliolis ſciſſis, ſuper terram expanſis *C. Giſſ.* 210. In ericeto *Blackheath* dicto, autumno.

Riccia frondibus glabris canaliculatis bilobis obtuſis. Lichen ſive Hepatica foliis craſſis, Rutæ murariæ, aut Chamædryos foliis laciniatis quodammodo ſimilibus *Raj. Hiſt. III.* 48. Lichen minimus foliis venoſis, bifariam vel trifariam ſe dividendo progredientibus *Syn. II.* 41. 8. In ſummis, inquit, aquis perſæpe copioſe fluitat, ut cum primum viderim, Hederulam aquaticam triſulcam, aut aliam herbam putridam aut nigricantem aquis immerſam crederem. Quin & extra aquas in hortis oritur.

Lichen parvus vernus cordiformis, ima parte fimbriatus, Lentis paluſtris modo aquæ innatans *Buddl. H. S. Vol. II. fol.* 15. Lens paluſtris Roris Solis foliis cordatis *M. P.* 652. Lenticula aquatica trichoides, ad margines foliorum longioribus pilis fimbriata *Pluk. Mant.* 116. In ſtagnis circa *Henley* comitatus Suffolciæ obſervavit *Budlejus*, & Lichenem ex ſapore, qui ſubacris, ſuſpicatus fuit. Semel vero tantum ipſi obviam factus eſt, ut de flore & fructu certus eſſe non potuerit. Ab inſectis vel anatibus devoratum ſuſpicabatur.

TARGIONIA.

CAL. *ſubgloboſus bivalvis*. ANTHERA *ſeſſilis, campanulata, in fundo calycis*.

Targionia. Lichenaſtrum capitulo oroboide. Lichen petræus minimus fructu Orobi *C. B. Pin.* 362. 7. alter acaulis ὑποφυλλοκαρπὸς *Col. Ec. I.* 333. petræus minimus acaulis *Park.* 1315. Angliæ indigena eſt & erronee pro Lichene ſive Hepatica lunulata epiphyllocarpa *Dal.* ab

Amico

Amico quodam miſſa fuit hæc ſpecies. Capitula in ſicca & compreſſa planta bifariam ſaltem dehiſcunt, an in recenti in plures per maturitatem aperiantur partes & pediculos reliquorum inſtar longiores acquirant, mihi non conſtat.

ANTHOCEROS.

* Maſculus flos *ſeſſilis.*

CAL. *monophyllus, ſubcylindraceus, truncatus, integer.* Cor. *nulla.* Stam. Filamentum *nullum.* Anthera *unica, ſubulata, longiſſima, bivalvis:* farina *receptaculo libero capillari affixa.* * Femineus flos *ſeſſilis, in eadem ſæpius, vel diſtincta planta.* Cal. *monophyllus, ſexpartitus, patens.* Sem. *tria (circiter,) nuda, in fundo calycis, ſubrotunda.* Obs. Sæpe unica tertia pars calycis excluditur, obſervata proportione numeri in feminibus.

Anthoceros frondibus indiviſis ſinuatis punctatis. Lichenaſtrum gramineo pediculo & capitulo, oblongo, bifurco. Lichen capillaceus ex plurimis capillamentis nigricantibus conſtans *Merr. Pin.* Capitula & pediculi Martii initio e foliis ſurriguntur crebra, tenuia, acicularum inſtar, quæ poſtea ubi aliquantum craſſiora facta ad ejuſdem ubivis figuræ, ut pediculi a capitulis diſtingui nequeant, biuncialem & triuncialem longitudinem excreverunt, a ſummo dehiſcunt inque duas partes uncialis longitudinis dividuntur, ideoque non parum a reliquorum Lichenaſtrorum figura recedunt capitula, ut peculiare genus planta hæc mereri videatur, præcipue quod pediculi & capitula eandem habeant figuram, nec his ab invicem diſcerni queant, antequam ea rupta fuerint. Tamen quoniam nec Lichenum flores eodem ſemper modo dividuntur, ſub reliquorum cenſu hoc genus militare patiamur. In ericeto prope *Woolwich* ad aggeres, locis opacis ſubudis, ſed parce, a Martio in Julium uſque viget. Poſtea longe copioſius mihi & D. *Mannigham* obviam venit prope *Farnhurſt* in Suſſexia juxta viam, loco uliginoſo & umbroſo, vocato *Farnhurſt-lane*, ubi Graminis inſtar, recens erumpentis denſe pullulabat, æſtate. Invenit & D. *Dale.* At *Middleton-tire*, and in a Lane a Mile from *Heptamſtall*, at *Greenwood-lee*, in *Yorkſhire. Merr.* On the Banks of Brooks near *Leiceſter*; Mr. *Pultney.*

LICHEN.

* Maſculi flores *numeroſi, innati* Receptaculo *ſæpius orbiculato, maximo, nitido, plano, convexo aut concavo, glutinoſo.* * Feminei flores & ſemina *farinæ inſtar ſparſa in eadem vel diſtincta planta. Leproſus tuberculatus, ſcutellatus, imbricatus, foliaceus, coriaceus, ſcyphiferus, fruticuloſus, filamentoſus.*

Leproſi tuberculati.

Lichen leproſus albicans, lineolis nigris ramoſis characteriformibus. Lichenoides cruſta tenuiſſima, peregrinis velut litteris inſcripta. Found by Dr. *Doering* at *Weſterham*, a little beyond the School-houſe, on a Tree in the Lane, that leadeth to *Querrys* in *Kent.*

Lichenoides cruſta tenuiſſima, ſulcis cochleæformibus inſignita. Upon the Walls about *Cranbury-houſe*; *Idem.*

Lichen leproſus albicans, lineolis ſimplicibus punctiſque nigris confertis. Lichenoides cruſtaceum & leproſum, ſcutellis nigricantibus majoribus & minoribus *C. G.* 205. Muſcus cruſtaceus leproſus, ſcutis nigricantibus *M. P.* 80. In muris paſſim variis circa *Londinum* locis.

Lichenoides cruſtaceum & leproſum, ſcutellis cinereo-vireſcentibus. Ad arbores & muros paſſim.

Lichen leproſus cinereo-vireſcens, tuberculis atris. Lichenoides leproſum, cruſta cinereo vireſcente, tuberculis nigerrimis *Cat. Giſſ.* 200. In muris circa *Greenwich* & alibi hyeme reperitur. Variat cruſta viridi & tuberculis majoribus & minoribus.

Lichen leproſus candidus, tuberculis atris. Lichenoides ſaxatile, tinctorium foliis piloſis purpureis. Muſcus tinctorius cruſtæ modo petris adnaſcens *Syn. I.* 14. 6. *II.* 23. 9. *Hiſt. I.* 116. Lichen petræus purpureus Derbienſis *Merr. Pin. Park.* 1315. *deſcr. ſin. fig. Cork or Arcell*; Wallis *Kenkerig.*

Lichen leproſus candidus, tuberculis incarnatis. Lichenoides tuberculoſum amœne purpureum *C. G.* 206. Muſco-fungus leproſus ruber, corticibus arborum adhærens *Buddle H. S. Vol. II. f.* 7. Fungus cruſtaceus ex albo rufeſcens *S. Doody Faſc. Syn. II. præmiſſ.* minimus miliaceus coccineus, variolarum confluentium more arborum

borum corticibus adhærens *Dr. Richardſ.* E Juglandis Prunive putridis ramulis naſcitur. Near the Neat-houſes, *Chelſea.*

Lichenoides tuberculoſum compreſſum nigrum, lignis putridis adnaſcens D. *Richardſ.* Tubercula firmiora & majora quam prioris, nunc oblonga nunc rotunda ſunt.

Leproſi ſcutellari.

Lichen cruſtaceus flavus, ſcutellis luteis. Biſſus pulverulenta flava lignis adnaſcens. Aſſeribus vetuſtis ædium tempeſtati expoſitarum adnaſcitur pulveris vel tomenti inſtar, variis circa *Londinum* locis, trans Thameſin præſertim. At firſt I took it for Muſcus cruſtæ modo arboribus petriſve adnaſcens flavus, whilſt young, but it continues the ſame many Years. M. *Du Bois.* Locis umbroſis colore eſt ſubvirente.

Lichen cruſtaceus ex albido vireſcens, ſcutellis flaveſcentibus: margine albo. Lichenoides cruſtaceum & leproſum, acetabulis majoribus luteis, limbis argenteis D. *Richardſ.* qui e comitatu Eboracenſi miſit.

Lichenoides cinereum mere cruſtaceum, eleganter expanſum. Muſcus licheniformis cinereus, cruſtæ modo ſe expandens & arcte adhærens *Doody Syn. II. App.* 331. Corticibus arborum & murorum lateribus arcte adhæret. Scutellæ rariores viſu parvæ ſunt, coloris modo fuſci, modo plumbei, margine cinereo cinctæ.

Lichen cruſtaceus albicans, ſcutellis pallidis. Lichenoides cruſtaceum & leproſum, ſcutellare, cinereum *C. G.* 205. Muſcus cruſtaceus leproſus, ſcutellaris, cinereus *M. P.* 79. *ic.* Petris ſaxis ac muris paſſim adnaſcitur. Hujus ſynonymon eſt, Muſco-fungus tartaricus leproſus, ſcutellaris cinereus *H. Ox. III. S. XV. p.* 634. cujus varietates ſunt, Muſco-fungus tartaricus albeſcens rugoſus farinaceus *Ej. Ib.* it. Fungis congener Acetabulum petræum, ſive Fungus minimus petræus, orbiculata cruſta compoſitus *Lhwyd Syn. II.* 10. 4. & *App.* 331. cujus altera ſpecies, ſcyphulo nigro, priori minor *Ib.* ad ſequentem pertinet.

Lichen cruſtaceus albicans, ſcutellis ſubfuſcis: margine cinereo ſubcrenato. Lichenoides cruſtaceum & leproſum, ſcutellis ſubfuſcis *C. G.* 205. Muſcus cruſtaceus lepro-

ſus, ſcutis fuſcis *Buddl. Herb. Vol. II. f.* 7. On the Walls upon *Blackheath*, and in other Places; as alſo on Trees. On old Pales near *Fulham.*

Imbricati.

Lichen imbricatus, foliolis multifidis obſolete lævibus albidis centrifugis, ſcutellis rufo-fuſcis. Lichenoides ſaxatile foliis minus diviſis, cinereo-fuſcis. Lichen pulmonarius ſaxatilis, e cinereo-fuſcis minimus *J. R.H.* 540. & *H. Pl. Par.* 483. Superne cinereus eſt, inferne nigricat plerumque, ſubinde cineraſcit, cujuſmodi in *Hort. Sicc. Buddl. Vol. II. f.* 36. nomine Lichenis petræi cinerei Anglici habetur. Found on St. Vincent's Rock by Mr. *Daire*, Apothecary.

Lichen imbricatus, foliolis ſinuatis ſcabris lacunoſis, ſcutellis folio concoloribus. Lichenoides cruſtà foliosa, ſuperne cinereo-glauca, inferne nigra & cirroſa, ſcutellis nigricantibus *C. G.* 206. Muſcus cruſtæ aut Lichenis modo arboribus adnaſcens cinereus *Syn. I.* 14. 1. *II.* 23. 1. cruſtæ modo arboribus adnaſcens *C. B. Pin.* 361. 8. Muſco-fungus lichenoides minor cinereus vulgatiſſimus *H. Ox. III. S. XV. T.* 7. *f.* 6. *p.* 634. Arboribus, ſaxis & lignis vetuſtis copioſis ſuis cirris nigris arcte adhæret, & variat ſubinde foliis minoribus & magis denſe naſcentibus, ut penitus criſpus appareat, quo ſtatu orbiculos plerumque acquirit. On Trees about *Hampſtead.*

Lichen imbricatus, foliolis multifidis glabris obtuſis incanis, punctis vagis eminentibus. Lichenoides foliolis piloſis craſſioribus, obſcure virentibus, ſcutellis fuſcis. Lichen perpuſillus nigricans, criſpus, ſucculentus, bracteolis fuſcis *Buddl. H. S. Vol. II. f.* 6. Terræ, ſaxis & arboribus ſine fibrillis arcte adhæret. A *D. Bouchier* in Occidentalibus Angliæ collectus.

Lichen imbricatus, foliolis lobatis nitidis lividis. Lichenoides arboreum & ſaxatile, cruſta folioſa tenui, fuſcovirenti, in ſegmenta latiora plerumque diviſa *C. Giſſ.* 207. Lichen arboreus cinereus arctiſſime arboribus adhærens *Dr. Richardſ.* qui in comitatu Eboracenſi repertum miſit. Near *Harrow*, on Elms.

Lichenoides

Lichenoides arboreum, cruſta folioſa informi, ſcutellis ſubnigris, limbo cinereo criſpo cinctis. Found by Dr. *Doering* in *Cane-wood.*

Fungus ſcutellatus niger punctatus D. *Sherard Syn. II.* 20. 48. Common on the Bark of old Willows.

Lichen imbricatus, foliis criſpis, fulvis, peltis concoloribus fulvis. Lichenoides cruſta folioſa ſcutellata, flaveſcens *C. G.* 206. Muſcus cruſtæ aut Lichenis modo arboribus adnaſcens flavus *Syn. I.* 14. 2. *II.* 23. 2. Lichen Dioſcoridis & Plinii 2. colore flaveſcente *Col. Ec. I.* 331. *ic.* Corticibus arborum, tectis, lignis, ſubinde muris arcte adnaſcitur & roſacee plerumque expanditur. Scutellæ parvæ.

Lichenoides cruſta folioſa ſcutellata, pullum *C. G.* 206. Muſcus cruſtæ aut Lichenis modo arboribus adnaſcens *Syn. I.* 14. 3. *II.* 23. 3. Ad arbores.

Lichen imbricatus: laciniis obtuſis ſubinflatis. Lichenoides ceratophyllon obtuſius & minus ramoſum. Muſcus montanus ramoſus cinereus Muſci cruſtacei arborum non diſpar Vernon *Syn. II.* 23. inter 4. & 5.

Varie & eleganter in orbem ſpargitur, lævis ubique & facile per maturitatem abſcedit, unde huc illuc ventis agitatus fluctuare ſolet. Tum ex ipſa terra, tum e corio terreo truncis ſuperſtrato oriri ſolet.

Foliacei.

Lichen foliaceus erectiuſculus: laciniis linearibus ciliatis, ſcutellis pedunculatis crenatis. Lichenoides arboreum folioſum cinereum, ſcutellis nigris, foliorum extremitatibus hiſpidis & piloſis *C. G.* 207. Lichen latifolius ramoſus minor hirſutus *J. R. H.* 550. *T.* 325. *fig.* C. cinereus arboreus, marginibus fimbriatis *Ibid.* It. Lichen cinereus latifolius aculeatus, umbilicis nigricantibus *Ib.* 549. Muſcus arboreus ſupinus, marginibus piloſis *Syn. I.* 14. 5. *II.* 23. 5. arboreus capitulis cavis *C. B. Pin.* 361. 4. alter πλατυπυκνοδασυφυλλος *Col. Ec. I.* 334, 335. arboreus umbilicatus *Merr. Pin.* Muſco-fungus arboreus cinereus ſcutellatus, marginibus piloſis *H. Ox. III. S. XV. T.* 7. *f.* 6. *p.* 634. In Malo, Fraxino, Juglande, Quercu, &c. naſcitur. In Orchards at *Denham.*

Lichen foliaceus adſcendens laciniatus; marginibus elevatis ciliatis. Lichenoides rigidum, Eryngii folia referens. Muſcus Iſlandicus purgans Bartholini *Syn. II. App.* 333. pulmonarius terreſtris ſanguineus *Breyn. Eph. N. Cur. Dec. I. A.* 3. *O.* 289. *Ic. & deſcr.* Iſlandicus Bartholini *Sibb. Pr. Hiſt. N. Sc.* In marginibus ſpinulis ciliaribus ornatur. D. *Newton* in montibus Walliæ reperit.

Iſlandi referente *Bartholino Act. Haffn. A.* 1671, 1672. O. 66. primo vere utuntur hoc Muſco, ad expurgandos humores corporis noxios.

Lichenoides ſaxatile fuſcum, peltis in averſa foliorum ſuperficie locatis. Qua nota ab omnibus aliis facile diſtinguitur. Prope oram maritimam inſulæ *Selſey,* comitatus Suſſexiæ, lapillis, *Pebbles* Anglis vocatis innaſcens reperi.

Lichen foliaceus laciniatus obtuſus glaber: ſupra lacunoſus, ſubtus tomentoſis. Lichenoides peltatum arboreum maximum *C. G.* 208. Lichen pulmonarius, ſive Pulmonaria arborea *J. B. III. L.* 37. *p.* 759. Muſcus pulmonarius *C. B. P. Pin.* 361. *n.* 7. pulmonarius, ſive Lichen arborum *Park.* 1311. *deſcr.* Lichen ſive Hepatica vulgaris *Ej.* 1315. *fig.* Hepatica terreſtris *Ger.* 1375. *Ic. Lungwoort Ej.* 1377. *deſcr.* Arboribus, præſertim Quercui adnaſcitur. On the Trees in *Wichwood* Foreſt, and in *Charlton* Foreſt, *Suſſex,* in vaſt Abundance.

Leniter adſtringit & ſiccat, unde vulnera atque ulcera ſanat, inque hæmoptoe & phthiſi uſurpatur.

Lichen foliaceus planiuſculus lobatus crenatus, peltis globoſis inflatis. Lichenoides ſaxatile tinctorium, foliis latioribus non piloſis, veſiculas proferens. Muſcus tinctorius cruſtæ modo petris adnaſcens cum veſiculis marginibus adnatis D. *Richardſ.* qui elegantem & raram hanc ſpeciem ad D. *Sherardum* miſit.

Lichenoides arboreum cruſta folioſa albo-cinerea, tenuiter & eleganter diſſecta, ſcutellis nigris *C. G.* 207. Muſcus cruſtæ modo arboribus aut ſaxis adnaſcens cinereus, argutioribus ſegmentis *Syn. I.* 14. 4. *II.* 23. 4. Radicibus ſuis cirroſis variis arboribus arcte adhæret.

Lichenoides arboreum, cruſta folioſa vireſcente, tenuiter & eleganter diſſecta, ſcutellis nigris *C. G.* 207. Muſcus licheniformis viridis, ſcyphulis ſeu bracteolis nigris *Doody Syn. II. App.* 331. Scutellæ nunc majores, nunc minores reperiuntur. Copioſis ſuis cirris nigris arctiſſime arboribus adhæret.

Lichen

Lichen foliaceus erectus compreſſus ramoſus farinaceus: lateribus verrucoſis. Lichenoides arboreum ramoſum cinereo-candicans, ſegmentis anguſtioribus. Muſcus arboreus πλατυφυλλος, ſegmentis argutioribus *Doody Syn. II. A.* 332. Paſſim ad arbores. Semper ſibi conſtat & diſtincta ſpecies eſt ab aliis.

Lichenoides arboreum ramoſum cinereo-vireſcens, extremitatibus criſpis & conglobatis *C. G.* 208. Ad arbores.

Lichenoides arboreum ramoſum, cinereo-vireſcens, ſegmentis anguſtioribus, circa margines criſpis. Muſco-fungus arborum tenuior, ſcutis in marginibus foliorum donatus *H. Ox. III. p.* 634. *n.* 8. Cum priori.

Lichen foliaceus erectus linearis ramoſus lacunoſus convexus mucronatus. Lichenoides arboreum ramoſum ſcutellatum majus & rigidius, colore vireſcente *C. G.* 707. Lichen pulmonarius cinereus mollior, in amplas lacinias diviſus *J. R. H. p.* 549. *T.* 325. *A. B. B.* Muſco-fungus arborum anguſtior peltatus & ſcutellatus *H. Ox. III. p.* 634. *n.* 3. *S. XV. T.* 7. *f.* 3. Hujus varietas eſt, Muſco-fungus arboreus tenuior, ſcutellis vel capitulis cavis *Ibid. n.* 4. Muſcus arboreus Anglicus capitulis cavis *Petiv. Ibid.* Cætera ſynonyma quæ tum huic, tum priori tribuuntur ibi, erronea ſunt.

Lichenoides arboreum ramoſum majus & mollius, colore candicante. Muſcus arboreus ramoſus *J. B. III. L.* 37. *p.* 764. *Syn. II.* 22. 2. Lichen arborum *Ger.* 1377. *fig. non deſcr.* arboreus albeſcens, ſegmentis cornigeris *Pet. Gaz. Vol. I. n.* 123. *T.* 14. *f.* 6. In omnibus fere arboribus & lignis aridis reperitur. Ubi ſcutellas profert, minor & brevior eſſe ſolet, magis vero glaber & aliquando durior.

Lichen foliaceus erectus oblongus lanceolatus ſublaciniatus lacunoſus glaber, ſcutellis ſubpedunculatis. Lichenoides arboreum ramoſum, anguſtioribus cinereo virentibus ramulis. Muſcus arboreus ramoſus, coralloides *C. B. Pin.* 361. 5. alter quernus latifolius coralloides αφυλλος *Col. I.* 335. *ic.* alter quernus latifolius coralloides *Park.* 1311. 1312. arboreus coralloides πλατυδασυφυλλος cum orbiculis *Dood. Syn. II. A.* 333.

Hæc ſpecies quoniam tritura facile in pulverem abit & odoris expers eſt, præ reliquis pulveris cyprii compoſitioni inſervit. Præcedenti rarior eſt, & non niſi in vaſtioribus reperitur ſylvis. In *Charlton* Foreſt, *Suſſex.* D. *Lhwyd* in Wallia invenit.

Lichen

Lichen pallide viridis rugoſus margine undulatus. Lichenoides arboreum folioſum cinereum & ſinuatum, inferne ſcabrum. Muſco-fungus lichenoides, cruſtæ modo adnaſcens, major cinereus *H. Ox. III. p.* 633. *n.* 1. *S. XV. T.* 7. *f.* 1. Briſtoliam tendens lapidibus adhærentem obſervavit *Bobartus*, mihi ad Quercus annoſiores plerumque obſervatus. Folia lata lacunulis excavata ſunt & tubercula habent valde exilia. Obſerved alſo by Mr. *Rand* among the Pebbles at *Cockbuſh*, about ſix or ſeven Miles from *Chicheſter*, on the Coaſt of *Suſſex.*

Muſcus coralloides terreſtris quaſi ſcutellatus *Petivero Raj. H. III.* 30. Muſco-fungus fruticoſior tenuior, nodulis aſperſus *H. Ox. III. p.* 633. *n.* 14. *S. XV. T.* 7. *f.* 14. Locus non additur, nec qualis ſit, conſtat. Figura tubercula exigua monſtrat.

Lichen foliaceus depreſſus lobatus glaber: margine criſpo farinaceo. Lichenoides cruſta folioſa, ex cinereo & luteo-vireſcente ſuperne, inferne nigra & lævi *C. G.* 207. Muſco-fungus lichenoides arborum criſpus cinereus, ſubtus nigricans *H. Ox. III. S XV. T.* 7 *f.* 4 *p.* 633. Muſcus pulmonarius *Panc. Ic.* 24. Saxis arboribuſque, minus quam antecedens, arcte adnaſcitur, & roſacee plerumque expanditur. Pulvere ſubinde totus conſperſus cernitur, qui eſt Muſcus licheniformis albidus pulverulentus *Dood. Syn. II. App.* 331.

Lichenoides cruſta folioſa cinereo plumbei coloris ſuperne, inferne cum ſcutellis ſubfuſcum & ſcabrum. Found by Mr. *Rand* upon the Rocks near *Wakehouſe* Place in *Suſſex.*

Lichenoides arboreum cinereo virens, tenue & læve ubique, ſcutellis minoribus. Muſcus arboreus licheniformis ſcutellatus ex cinereo viridis D. *Sherard. Syn. II.* 23. 6. Ad Fraxinos in *Hibernia.*

Lichenoides arboreum purpuraſcens tenue & læve, ſcutellis majoribus. Muſcus arboreus licheniformis purpuraſcens *Syn. II.* 23. 8. It grows chiefly upon rotten and moiſt Branches and Twigs.

Coriacei.

Lichen foliaceus repens lobatus obtuſus planus ſubtus venoſus villoſus, pelta marginali adſcendente. Lichenoides peltatum terreſtre cinereum majus, foliis diviſis *C. G.* 208.

208. Lichen terreſtris cinereus *Syn. I.* 14. 1. *II.* 23. 1. Muſco-fungus terreſtris latifolius cinereus, Hepaticæ facie *H. Ox. III. p.* 632. *n.* 1. *S. XV. T.* 7. *f.* 1. *Aſh-coloured Ground Liverwort.* In paſcuis ſiccioribus frequentiſſime occurrit. In *Buddon* Woods on Trees, and on the Rocks; Mr. *Pultney.*

Adverſus morſum canis rabidi tanquam ſpecificum celebratur medicamentum. Vid. *Tranſ. Phil. Num.* 237. *p.* 49. & *S. Dale Pharmac.*

Lichenoides peltatum terreſtre rufeſcens *C. G.* 208. Lichen terreſtris foliis anguſtioribus vireſcens *Syn. I.* 15. 2. *II.* 23. 2. Ab initio vireſcit, poſtea rufeſcit. Venæ in hac ſpecie rubentes, aut ex rubro nigricantes cernuntur. In humidis & uliginoſis, in ſtagnorum exſiccatorum fundis.

Lichenoides ſaxatile tenue rufeſcens. Muſco-fungus terreſtris minor fuſcus, foliis e latitudine crenatis, Muſco innaſcens *H. Ox. III. p.* 632. *n.* 4. *S. XV. T.* 7. *f.* 4. In montoſis ſiccioribus inter Muſcos & Gramina legit *Bobartus.* Peltæ in hac ſpecie nondum obſervatæ.

Scyphiferi.

Lichen ſcyphifer ſimplex integerrimus, ſtipite cylindrico, tuberculis coccineis. Lichenoides tubuloſum pyxidatum, tuberculis amœne coccineis *C. G.* 204. Muſcus multiformiter pyxidatus, capitibus ſive apicibus purpureis *Plot. Hiſt. N. Staff. p.* 199. *T.* 14. *f.* 1. *Syn. II.* 21. 9. In ericetis paſſim. Variat apicibus coccineis obſervatione *Raij*, & luteis obſervatione D. *Richardſon*, qui eſt Muſcus pyxidatus, labellis ſaturate croceis *Bocc. Muſ. II. p.* 142. *T.* 104.

Lichenoides tubuloſum pyxidatum, tuberculis amœne coccineis, proliferum *C. G.* 205. Hoc ad alterum ſaltem gradum proliferum eſt & varietas potius, quam diſtincta a præcedente ſpecies videtur.

Lichenoides tubuloſum pyxidatum exiguum fuſco-virens *C. G.* 204. erectum terreſtre, cruſta folioſa cinereo-vireſcente ubique *Ejuſd.* 206. Muſco-fungus terreſtris minor criſpus, foliis ſuperne e flavo-vireſcentibus, ſubtus albicantibus *H. Ox. III. S. XV. T.* 7. *f.* 3. *p.* 632. Muſcus foliis criſpis licheniformis, ſuperne e flavo-virideſcens, ſubtus albicans *Vernon Syn. II.* 23. 7. In ericetis paſſim.

Liche-

Lichenoides cartilaginoſum, tubulis & pyxidulis exiguis. On *Blackheath.*

Lichenoides fungiforme terreſtre, capitulis fuſcis. On *Hampſtead-heath.*

Lichenoides fungiforme, cruſta leproſa candida, capitulis & pediculis incarnatis *C. G.* 205. Fungus coccineus minimus, capitulo ſphærico, liquore flaveſcente repleto *D. Richardſ. Syn. II. App.* 336. Fungilli incarnati coloris minuti, Muſco innati March. Br. *Mentz. Pug. ic.* In borealibus Angliæ. In the Spiney near *Thorp*, in *Northamptonſhire.*

Lichenoides fungiforme, capitulis vel veſiculis ſphæricis aqueo humore repletis. Ad margines foſſarum, inque foſſis exſiccatis prope Londinum verſus *Newington & Hackney.*

Lichen ſcyphifer ſimplex folio brevior, tuberculis coccineis. Lichenoides pyxidatum, marginibus eleganter foliatis. Muſcus pyxioides *Barr. Icon.* 1278. *n.* 2. In ericeto Hampſtedienſi obſervavit Dr. *Horſmann.*

Lichenoides tubuloſum pyxidatum cinereum *C. G.* 204. Lichen pyxidatus major *J. R. H.* 549. *Tab.* 325. *fig. D.* Muſcus pyxioides terreſtris *C. B. Pin.* 361. *n.* 13. *Pr.* 152. *n.* 16. pyxidatus *J. B. III. L.* 37. *p.* 767. *Park.* 1308. *Ger. Em.* 1560. Cup or Calice Moſs *Ger.* 1371. In ericetis & aridioribus e corio terreo ſaxis inſtrato oritur.

Auctore *Gerardo & Williſio* in tuſſi convulſiva puerorum decoctum ejus ſpecificam habet efficaciam.

Lichenoides tubuloſum pyxidatum proliferum *C. G.* 204. Muſcus pyxidatus major rugoſus *M. P.* 172. Muſco-fungus pyxidatus, calice altero alteri innato, apicibus nonnunquam coccineis *H. Ox. III. p.* 632. *S. XV. T.* 7. *f.* 4. Paſſim in ericetis, quamvis minus frequenter. On *Hampſtead-heath.*

Ad tertium quartumve uſque gradum prolifer eſt, nec apices coccinei unquam mihi viſi ſunt in hac ſpecie, ſi modo diſtincta ſpecies & non potius varietas ſaltem præcedentis ſit.

Lichen ſcyphifer ſimplex crenulatus tuberculis fuſcis. Lichenoides tubuloſum pyxidatum, tuberculis fuſco-nigris, proliferum *C. G.* 204. Hoc ſubinde totum foliolis obſidetur, ut ægre dignoſci queat, quale ſub Muſco pyxidato difformi, calycibus fimbriatis ad Dr. *Sherardum* miſit Dr. *Richardſon.*

Lichen ſcyphifer ſimplex denticulatus, ſtipite cylindrico. Lichenoides tubuloſum pyxidatum, marginibus ſerratis *C. G.* 204. Muſco-fungus pyxidatus gracilior & lævis, calycibus ſerratis *Pluk. Alm.* 149. In ericetis paſſim.

Li-

Lichenoides pyxidatum proliferum, marginibus ſerratis. Muſcus pyxioides *Barr. O.* 1284. *T.* 1278. *f.* 2. iiſdem in locis. Varietas potius quam diſtincta a priori ſpecies eſt. On Banks near *Pancras.*

Lichen ſcyphifer ramoſus denticulatus filiformis. Lichenoides pyxidatum cinereum elatius, ramulis pyxidatim deſinentibus D. *Richardſ.* Muſco-fungus gracilior ramoſus, calycibus ſerratis *H. Ox. III. p.* 632. *S. XV. T.* 7. *f.* 6. it. Muſco-fungus pyxidatus Norwegicus tubulo longiore *Ib. n.* 5. qui non niſi prioris varietas eſt tuberculis donata, ad quam figura proprie pertinet. Utramque varietatem Dr. *Richardſon* in Comitatu Eboracenſi obſervavit. On *Hampſtead* Heath.

Lichen ſyphifer ramoſiſſimus: ramis cylindricis, calycibus integris nodoſis. Lichenoides coralliforme, apicibus coccineis. Muſcus coralloides apicibus coccineis *Syn. I.* 13. 4. *II.* 21. 4. *Scarlet-headed Moſs.* Ad radices arborum dejectarum putreſcentes.

Lichen ſcyphifer ſimpliciuſculus ſubventricoſus, calycibus integris. Lichenoides tubuloſum cinereum non ramoſum *C. G.* 204. Muſcus licheniformis cornu ſimplici *Doody Syn. II. App.* 332. fiſtuloſus corniculatus *Barr. Obſ.* 1286. *T.* 1277. *f.* 1. Lichen tubulatus *Merr. Pin.* Paſſim in ericetis. Figura & magnitudine plurimum variat: In ſummis Walliæ montibus prælongum & valde gracilem obſervavit Dr. *Sherard*, quem Muſco-fungum petræum corniculatum, cornibus indiviſis & incurvatis vocat *Bob. H. Ox. III. S. XV. T.* 7. *f.* 4. *p.* 633. *n.* 4. Variat porro & cum ſummitatibus nunc integris, nunc diviſis occurrit.

Lichen ſcyphifer ſimpliciuſculus ſubventricoſus, calycibus dentatis. Lichenoides tubuloſum cinereum, pulverulentum & cruſtaceum, ramulis ex acetabulis enaſcentibus minus copioſis *C. G.* 203. Lichen pyxidatus difformis ramoſus, ramulis obtuſis pyxidatim deſinentibus Dr. *Richardſ.* qui hoc nomine in Comitatu Eboracenſi repertum miſit. Near *Thorndon* in *Eſſex.*

Lichenoides tubuloſum cinereum, valde cruſtaceum, ramulis brevioribus & crebrioribus ex acetabnlis enaſcentibus *C. G.* 203. Lichen pyxidatus ramoſus cinereus & rugoſus, craſſior & elatior Dr. *Richardſ.* qui ibidem reperit.

Fruti-

Fruticuloſi.

Lichen fruticuloſus perforatus ramoſiſſimus, ramulis nutantibus. Lichenoides tubuloſum ramoſiſſimum fruticuli ſpecie candicans *C. G.* 202. Muſcus tubuloſus ramoſiſſimus fruticuli ſpecie *Syn. I.* 13. 6. *II.* 21. 5. coralloides *J. B. III. L.* 37. *p.* 764. coralloides, ſive cornutus montanus *C. B. Pin.* 361. *n.* 3. corallinus, ſive Corallina montana *Ger.* 1380. corallinus montanus *Park.* 1310. coralloides, ſeu Corallina montana *Ger. Em.* 1572. *Branched Coralline Moſs.* In ericetis & alibi locis ſiccis copioſe.

Lichenoides tubuloſum ramoſiſſimum fruticuli ſpecie candicans, corniculis rufeſcentibus *C. G.* 203. Muſcus terreſtris coralloides erectus, cornibus rufeſcentibus *C. B. Pin.* 361. *n.* 2. *Pr.* 152. *n.* 11. Paſſim in ericetis, v. gr. On *Blackheath* & circa *Woolwich.*

Lichenoides tubuloſum ramoſum rigidius, majus & craſſius, cinereo-fuſcum *C. G.* 203. Corallina montana tubuloſa ramulis inordinate expanſis. *Dood. Syn. II. App.* 332. Muſcus montanus coriaceus, ramulis inordinate diſpoſitis *Vern. Syn. II.* 21. 6. coralloides ſaxatilis, cervi cornua referens *C. B. Pin.* 361. *n.* 4. coralloides ſaxatilis *Park.* 1310. 1311. Lithobryon coralloides *Col. Ec. II.* 83. 84. Concavus eſt, obſervante *Vernon* & matureſcens facile abſcedit & ventorum flatibus diſpergitur. Near *Harrow-on-the-hill,* 1746.

Lichen fruticuloſus perforatus, ramulis breviſſimis acutis. Lichenoides tubuloſum, cauliculis mollioribus & craſſioribus, minus. Muſcus ceranoides minor, totus incanus C. B. *Buddl. H. S. f.* 1. A præcedente parvitate & quod magis ramoſus ſit, differt. Locus ignotus.

Lichenoides tubuloſum minus ramoſum, cauliculis craſſioribus difformibus. Corallina montana difformis *Dood. Syn. II. App.* 332. Pennæ anſerinæ craſſitudine eſt, cava, raro ramoſa, tuberculis ſeu apophyſibus pluribus ſine ordine inſtructa. D. *Vernon* in montibus Cantabrigienſibus collegit.

Lichenoides tubuloſum magis ramoſum, maxime difforme. In *Herb. Buddlejano* pro præcedente ſpecie agglutinatum vidi, a qua glabritie & colore cinereo, cauliculis & ramulis invicem valde inæqualibus, tortuoſis & nodoſis differre videbatur.

Lichen fruticuloſus ſubdichotomus, ramis ſimplicibus ſubulatis. Lichenoides tubuloſum cinereum, minus cruſ-

taceum

taceum minuſque ramoſum *C. G.* 203. Muſcus corniculatus *Ger.* 1372. *J. B. III. L.* 37. *p.* 767. *Park.* 1308. *Horned Moſs.* In ericetis paſſim.

Lichenoides tubuloſum cinereum, ramoſius & cruſtaceum *C. G.* 203. Muſcus licheniformis cornu ramoſo *Dood. Syn. II. App.* 332.

Cum priori, a quo corniculis in breves acutaſque lacinias diviſis differt. Variat & cum ramulis plus minuſve cruſtoſis reperitur, quin & totum foliolis & cruſta putreſcente obſitum vidi circa *Woolwich*, quod a *Petivero in Gaz. Vol. I. T.* 10. *f.* 10. *n.* 130. nomine Muſci Scotici Corallio incruſtati repræſentatum videtur.

Lichenoides tubuloſum vireſcens, ramoſius & folioſum, ſummitatibus arcuatis. Coralloides craſſior ramulis arcuatis eleganter foliatis *Buxb. En. Pl. H. p.* 82. In tumulis quibuſdam verſus *Hornſey* hyeme.

Lichenoides tubuloſum, cauliculis mollioribus & craſſioribus, majus. Corallina montana tubuloſa, ramulis craſſioribus *Doody Syn. II. App.* 332. Muſco-fungus ceranoides mollior & elatior, albidus, tubuloſus *H. Ox. III. S. XV. T.* 7. *f.* 7. *p.* 633. Obſervatione Doodiana vulgari duplo vel triplo craſſior eſt & minus ramoſus. Iiſdem cum vulgari locis non infrequenter. On *Hampſtead* Heath, 1748.

Lichen fruticuloſus ſolidus tectus foliolis cruſtaceis. Lichenoides non tubuloſum cinereum ramoſum, totum cruſtaceum. Corallina montana fruticoſior ſpermatophora *Doodio Hort. S. Buddl. f.* 2. Alpina valde criſpa *Pet. Gaz. Vol. II. n.* 158. *T.* 65. *f.* 7. Muſco-fungus coralloides fruticoſior & lignoſior *H. Ox. III. S. XV. T.* 7. *f.* 12. *p.* 633. De loco non conſtat.

Lichenoides non tubuloſum πλατυδασυφυλλον, tuberculis pulverulentis donatum. Muſcus coralloides πλατυδασυφυλλος, tuberculis pulverulentis donatus *Dood. Syn. II. App.* 332.

Ad unciam duaſve altitudine aſſurgit; ramuli modo latiores, rotundiores modo, ſemper autem compreſſi, hinc inde tuberculis pulverulentis notati, cinericei coloris, intus fungoſi albi; *D. Adaire* M. D. ex agro Hamptonienſi attulit. Eadem vel minor ſpecies in ericetis montoſis prope Londinum *Doodio* obſervata.

Lichenoides non tubuloſum, ramulis ſcutellis nigris terminatis. Muſcus coralloides Tunbringenſis, bracteolis nigerrimis *Muſ. Pet. num.* 437. Found by *M. Petiver* on the Rocks near *Tunbridge*, as alſo by Dr. *Richardſon* in *Yorkſhire.*

Lichen

Lichen fruticuloſus ſolidus, ramulis teretibus obtuſis. Lichenoides non tubuloſum ramoſiſſimum, fruticuli ſpecie, cinereo-fuſcum. Corallina montana fruticoſior *Lhwyd Syn. II.* 21. 8. *Shrubby Coralline Moſs.* Ad ſummitatem montis *Carnedh Lhewelyn* in Arvornia copioſe.

Lichenoides non tubuloſum ramoſiſſimum fruticuli ſpecie, rufo-nigreſcens *C. G.* 202. Muſcus montanus fuſcus ramoſiſſimus ſolidus, ſeu non tubuloſus *Vern. Syn. II.* 21. 7. coralloides ramoſiſſimus minor fuſcus *M. P. Syn. II. App.* 322. Muſco-fungus coralloides montanus tenuis ramoſiſſimus, non tubuloſus *H. Ox. III. S. XV. T.* 7. *f.* 11. *p.* 633. *Small brown Coralline Moſs.* In ericetis; frequent on *Gogmagog* Hills, and *Newmarket* Heath. On *Beacon* and *Bardon* Hills; in *Charley* Foreſt, *Leiceſterſhire*; Mr. *Pultney.* Alſo on *Hampſtead* Heath.

Filamentoſi.

Lichen filamentoſus pendulus, ramis implexis, ſcutellis radiatis. Muſcus arboreus, Uſnea Offic. *C. B. Pin.* 361. *n.* 1. arboreus villoſus *J. B. III. L.* 37. *p.* 763. quernus *Ger.* 1369. arboreus vulgaris & quercinus *Park.* 1312. *Common hairy Tree-moſs.* In Anglia rarior eſt, quod ſylvis denſioribus, quas amat, deſtituatur. In *Charlton* Foreſt, *Suſſex*, plentifully. Muſcus arboreus tricophyllos major, ramulis craſſioribus *Doody Syn. App.* 340. qui in *Woodcot-wood in Hampſhire* repertus, huic idem eſt. Annotandum enim illius figuram qualis a rei herbariæ Auctoribus paſſim proponitur, juſto minorem, & ſicut eminus de arboribus pendens apparet, exhiberi.

Pulveris cyprii odorati vulgo baſis eſt, ſeu corpus quamvis aptior ſit prædicta. Zythogalæ aut Cereviſiæ incoctus gravedines & deſtillationes ſiſtit.

Lichen filamentoſus ramoſiſſimus decumbens implicatus opacus. Muſcus coralloides lanæ nigræ inſtar ſaxis adhærens D. *Stevens.* Obſerved by him in *Cornwal*, and communicated to Mr. *Du Bois.* Præcedenti ramoſior & majus expanſus, minus vero rigidus.

Lichen filamentoſus pendulus: axillis compreſſis. Muſcus corallinus ſaxatilis fœniculaceus *M. P.* 78. *Syn. II. App.* 322. Muſco-fungus trichoides e nigredine cinereus, jubæ adinſtar e ſaxis & arboribus dependens *D. Richards*

Richards H. Ox. III. p. 633. *n.* 15. *Rock Hair.* On the higheſt Rocks in *Charley* Foreſt, *Leiceſterſhire.* On the Summit of the higheſt Rocks upon *Beacon* Hill, and alſo upon the Rocks near *Thrinkſton* ; Mr. *Pultney.*

Lichen filamentoſis ſubramoſus decumbens implicato-flexuoſus. Muſcus caule rigido inſtar fili chalibei *Merr. Pin.* Hic eſt Muſcus ille, quem Dr. *Sherard* obſervabat, on the old Pales of Sir *Francis Wilborham*'s Park in *Shropſhire*, de quo mentio fit *Syn. II.* 22. *ad n.* 1. Palis ligniſque vetuſtis plerumque adhæret.

Lichen filamentoſus ramoſiſſimus erectus, tuberculis farinaceis ſparſis. Muſcus ramoſus *Ger.* 1372. Ab ultima ſpecie, qua cum vulgo conjungitur, diverſus videtur.

Lichen filamentoſus ramoſiſſimus erectus faſtigiatus inæquali-anguloſus. Muſcus aureus tenuiſſimus *Merr. Pin.* arboreus aureus, ſegmentis capillaceis brevibus *Doody H. S. Buddl. Vol. II. fol.* 9. In Anglia collectus a *Doodio*, quo vero loco non memoratur in dicto *Herbario.* Four Miles from *Baſingſtoke*, in the way through the Wood leading to *Salisbury* ; *Merr.*

Lichen filamentoſus articulatus, ramulis tenuiſſimis punctatis. Muſcus arboreus nodoſus *C. B. Pin.* 361. *n.* 6. arboreus nodoſus ſive geniculatus *Park.* 1311. 1312. Dendrobryon geniculatum ſive nodoſum *Col. Ec. II.* 83. 84. *Knotted or Kneed Tree-moſs.* In Lancaſtria prope *Burnley* pagum e Corylo dependentem invenit *Th. Williſell.* In ſylva ad villam *Stokenchurch* pertinente *Bobartus* reperit. In *Charlton* Foreſt.

Lichen filamentoſus ramoſus erectus, ſcutellis radiatis. Muſcus arboreus cum orbiculis *C. B. Pin.* 361. *n.* 3. arboreus peltatus & ſcutellaris *J. B. III. L.* 37. *p.* 764. ramoſus floridus *Ger.* 1372. quercinus fœniculaceus *Park.* 1312. it. M. quernus fruticoſus capitulis cavis *Ej. Ib. ic. Tree-moſs, with Rundles.* Ad arbores & virgulta, arida præſertim, paſſim cum priori.

CHARA.

CAL. *diphyllus, minimus.* COR. *nulla.* (*monopetala* Vaill.) STAM. Filamentum *nullum.* Anthera *unica, globoſa, receptaculo affixa.* Pont. PIST. Germen *ovatum.* Stylus *nullus.* Stigmata *tria, latiuſcula.* Pont. PER. *nullum* (*capſula monoſperma* Vaill.) SEM. *unicum, ovato-oblongum.*

Chara aculeis caulinis ovatis. Chara major ſubcinerea fragilis *Comm. Acad. R. Sc. A.* 1719. *p.* 18. *n.* 2. Equiſetum fragile majus ſubcinereum aquis immerſum *H. Ox. III. p.* 621. *T.* 4. *S.* 15. *f.* 9. ſeu Hippuris coralloides *Ger. Em.* 1115. ſeu Hippuris lacuſtris foliis manſu arenoſis Geſnero *Pluk. Alm.* 135. *T.* 29. *f.* 4. Valde fragilis eſt & ſub dentibus ſcrupoſa, Corallinæ inſtar. On a Bog by *Smockhall*, a Wood nigh *Bath*; near *Chiſſelhurſt* in *Kent*; and alſo at *Evanſham-ferry*, three Miles from *Oxford*. Near *Cornbury* in *Oxfordſhire*; alſo in a Spring near *Smith*'s Hall, in *Eſſex*. (In piſcina prope molendinum haud longe a villa Beſorſleigh; *Bobart.*)

(In aqua longius excreſcit & erigitur, ut a *Bobarto* exhibetur, locis paluſtribus & ubi aqua minus abundat, humilior eſt & repit, cujuſmodi prope *Chiſſelhurſt* obſervari ſolet. Setæ ad genicula nunc nudæ ſunt, nunc ſpinulis exaſperantur, præſertim ſuperiora verſus.)

Chara caulibus lævibus, frondibus interne dentatis. Chara vulgaris fœtida *Comm. Acad. R. Sc. Ann.* 1719. *p.* 17. *n.* 1. *T.* 3. *f.* 1. Equiſetum fœtidum ſub aqua repens *J. B. III.* 731. *C. B. Pin.* 16. *Pr.* 25. *Ger. Em.* 1115. *Park.* 1201. In aquis cœnoſis frequens. Incana eſt & fragilis aqua extracta. (In St. *George*'s Fields in all the Ditches; *Merr. Pin.*)

Chara aculeis caulinis capillaribus confertis. Chara major caulibus ſpinoſis *Comm. Ac. R. Sc. Ann.* 1719. p. 18. *n.* 3. *T.* 3. *f.* 3. Equiſetum muſcoſum ſub aquis repens ſemine Lithoſpermi D. Sherard. *Syn. II.* 43. 11. ſeu Hippuris muſcoſus ſub aqua repens in Hibernia *Pluk. Alm.* 135. *T.* 193. *f.* 6. In the Turf-bogs in *Ireland*. Caulis huic contortus, crebris ſpinulis obſitus.

Chara minor caulibus & foliis tenuiſſimis *Comm. Ac. R. Sc. A.* 1719. *p.* 18. *n.* 6. Equiſetom minus ſub aqua repens ad genicula polyſpermon D. Sherard, *Syn. II.* 43. 10. Elegans eſt plantula, ramulis & foliis tenuibus. In Sir *Phil. Carteret*'s Fiſh-ponds in the Iſle of *Jerſey*. (Found in *Peckham* Fields, (not in the great Ditches) with ſmall brown ſhining Seeds lying naked upon the Joints of the Leaves, in a Gutter; *D. Doody Ann.* Forte Equiſeti fœtidi ſecunda ſpecies D. Preſton *Raj. Hiſt. III.* 104.)

Chara caulium articulis inermibus diaphanis ſuperne latioribus. Chara tranſlucens minor flexilis. Equiſetum minus aquis immerſum polyſpermon *Buddl. H. S. Vol. IV.*

IV. fol. 10. Frequent in the Ponds about *Henly*, not far from *Ipſwich*; *Buddl.* In a Bog where the ſtinking Spaw empties itſelf, near *Knaresborow*; Dr. *Richardſ.* Forte Equiſetum non fœtens ſub aquis repens D. Preſton *Raj. Hiſt. III.* 104.

TREMELLA.

SUbſtantia uniformis, pellucida, membranacea, gelatinoſa, foliacea. Obs. Tuberculis & ſcutellis non obviis a Lichene differt.

Tremella plicata undulata. Ulva terreſtris pinguis & fugax. Muſcus fugax membranaceus pinguis *B. Monſp.* Lichen humiditate intumeſcens, ſiccitate evaneſcens *Merr. Pin.* Noſtoch Cinifloñum & Paracelſi *Geoffr. Comm Ac. R. Sc An.* 1708. *p.* 293. Fungus in terram ſtratus gelatinæ inſtar & fugax *Buddl. H. S. Vol. I. fol.* 49. Locis herbidis poſt pluvias. In the Paſtures about *Leiceſter*, near the Hedges, after Rain; Mr. *Pultney*.

Ulva terreſtris tenerrima, viridis criſpa. Lichen minimus terreſtris criſpus virens, Lactucæ marinæ accedens *Dood. Syn. II. App.* 332. Loco umbroſo horti Hoſpitii Lincolnienſis *Doody*, in Cœmiterio Iſlingtonienſi *Petiver* obſervarunt. Provenit etiam copioſe in ericeto *Blackheath* prope viam, ad ædes quaſdam juxta palos ad dextrâm, via quæ ad Eltham ducit. Januario & Februario præcipue viget. Leviſſime terræ inhæret.

Tremella ſeſſilis membranacea auriformis cinerea. Peziza auriculam referens *C. Giſſ.* 195. Fungus membranaceus auriculam referens, ſive ſambucinus *C. B. Pin.* 372. 1. *Syn. II.* 18. 29. F. Auricula Judæ, coloris ex cinereo nigricantis, pernicioſus, in Sambuci caudice naſcens *J. B. III.* 840. ſambucinus, ſeu Auricula Judæ *Ger.* 1385. *Park.* 1320. Sambuci, vel Auricula Judæ *Sterb. p.* 256. *T.* 27. *H. Jews-ear.* Near the Neat-houſes, *Chelſea.*

In lacte decoctus aut aceto maceratus, in Angina aliiſque oris aut gutturis tumoribus exhiberi ſolet hic Fungus, ad gargariſandum aut guttur eluendum.

Tremella frondibus erectis planis: margine criſpo laciniulato. Lichenoides gelatinoſum tenerius laciniatum, ex fuſco purpuraſcens. Lichen terreſtris minimus fuſcus *Dood. Syn. II. App.* 331. Folia ei ſemiuncialia ſunt, ſinuata,

nuata, criſpa, fuſca, pellucida, ſimul quaſi in ceſpitem congeſta. Inter Muſcos reptat. On *Hampſtead* Heath.

Lichenoides gelatinoſum tenerius laciniatum, ex plumbeo colore cœruleſcens, ſcutellis fuſcis *Hort. Sicc. Dr. Sherard.* Locus memoria excidit.

Lichenoides ſaxatile membranaceum gelatinoſum, tenuiſſimum erectum, Braſſicam criſpam æmulans *C. G.* 209. Antehac plerumque e teneriore terra ſaxis leviter ſuperinſtrata, poſtea vero ſine diſcrimine hinc inde provenire vidi. In ſylva quadam poſt vicum *Footſcray* in Cantio, in the Woods near *Thorndon* in *Eſſex*, ubi & aliam minorem adhuc & tenuius diviſam ſpeciem obſervavi Februario menſe, quæ vocari poteſt.

Lichenoides gelatinoſum tenuiſſimum erectum Braſſicam criſpam æmulans, foliolis tenuiſſime aculeatis.

Lichenoides gelatinoſum opuntioides. Lichen aquaticus cinereus minor criſpus D. *Richardſ.* qui in rivulo e ſpelunca *Maſham-cove* erumpente, ſaxis adnaſcentem reperit elegantem hanc ſpeciem.

Lichenoides ſaxatile membranaceum gelatinoſum, tenue nigreſcens *C. G.* 209. Muſcus licheniformis membranaceus nigricans pellucidus, bracteolis innumeris conglomeratis *Buddl. H. S. Vol. II. f.* 6. a quo ut & D. *Dale* obſervatus.

Tremella tuberculoſa ſolida rugoſa. Ulva paluſtris ramoſa & folioſa. Rami longi & anguſti, plani & pellucidi ſunt, tuberculis hinc inde folioſis ornati. Invenit D. *Jac. Sherard.*

Ulva ſaxatilis furcata latiuſculis & tenerioribus ſegmentis. Lichen terreſtris ſupinus minimus dichotomus, oblongis ſegmentis inter Muſcos reptans, a D. *Sherard* in Hibernia obſervatus *Syn. II.* 41. 9. parvus repens, foliolis anguſtis non ſquamoſis, ceranoides *Buddl. H. S. Vol. II. f.* 17. a quo circa *Tunbrigiam* & proprius circa *Hamſtedium* fuit obſervata hæc ſpecies.

Si libere & minus confertim naſcatur, repit, ubi vero denſius provenit, erigitur. Locis udis ſaxoſis delectatur, tamen ad arbores inter alios Muſcos reptans ſubinde etiam obſervatur.

Ulva paluſtris furcata, anguſtioribus & firmioribus ſegmentis. Lactuca aquatica tenuifolia, ſegmentis bifidis *M. P.* 253. *Ic.* Foliis anguſtioribus, firmioribus & obſcure virentibus a præcedente differt. Found by Mr. *Petiver* in a Ditch near *Deptford-dock.* Mr. *Mannigham* and I obſerved it plentifully in the Ditches about *Chicheſter.* About the Roots of Trees among Moſs near *Leiceſter*; Mr. *Pultney.*

Ulva

Ulva paluſtris foliis Ivæ moſchatæ inſtar diviſis. Obſerved and ſent by Dr. *Richardſon.*

F U C U S.

Maſculi flores?

V*Eſiculæ glabræ, cavæ, pilis intus adſperſæ.* Feminei flores. *Veſiculæ glabræ, gelatina repletæ, adſperſæ punctis perforatis, ſemine fætis.*

Dichotomi frondeſcentes.

Fucus fronde plana dichotoma ſerrata ad apices tubercula-ta. Fucus ſive Alga latifolia major dentata *Syn. II.* 3. 2. *H. Ox. III. p.* 648. *S.* 15. *T.* 9. *f.* 1. Quercus marina foliis dentatis *Johnſ. It. Cant. Broad-leafed indented Sea-wrack.*

Veſiculæ in hac ſpecie nondum obſervatæ. Tubercula ſeminalia nunc crebrius ſunt congeſta verſus ſummitates, nunc rarius hinc inde per foliorum longitudinem ſparguntur. In profundioribus naſcitur: in Sabrinæ æſtuario, circa *Margate*, in ſcopulis oræ Suſſexianæ, *Bagnor-rocks* vocatis, & alibi copioſe.

Quercus marina humilis, latifoliæ ſerratæ ſimilis *Doody Syn. II. App.* 328.

Pedalis, inquit, erat latifoliæ ſerratæ ſimilis, latitudine autem ſuperans, quæ uncia non minor eſt; margines inæquales ſunt, minus conſpicue ſerrati. Seminalia nondum vidi, ideoque an ſpecies ab ea diſtincta ſit necne, temere judicare nolo *Dood.* idque non immerito, cum præcedentis ſaltem varietas ſit.

Fucus longo anguſto craſſoque folio *C. B. Pin.* 364. 3. *Pr.* 155. 5. marinus ſecundus *Dod. Pempt.* 479. *Park.* 1293. Quercus marina 2. *Ger. Em.* 1568. *Sea-thongs.*

Craſſitudine foliorum corii equini lora referentium, eorumque longitudine a reliquis hujus generis differt; quin & rotula latiuſcula caulem prope radicem velut axem ambiente. In littoribus marinis non raro invenitur.

Fucus fronde dichotoma integra, caule medium folium tranſcurrente, veſiculis verrucoſis terminalibus. Fucus ſive Alga marina latifolia vulgatiſſima *Raj. Syn. II.* 2. 1. Fucus maritimus vel Quercus maritima veſiculas habens *C. B. Pin.* 365. 3. Quercus marina *Lob. Ic. II.* 255.

Ger. 1378. marina herbacea & varietas *Park.* 1293. *The moſt common broad-leafed Sea-wrack.* In ſaxis, rupibus & littoribus marinis petroſis, quouſque aquæ ſingulis æſtuum acceſſibus ea inundant, ubique fere invenitur.

(Hujus ſpéciem minorem, alias ſimilem, niſi quod minus profunde & ad margines aquarum naſcatur, obſervavit *Rajus*, quæ id peculiare habet, quod in latum magis extendi ſoleat. Ea vero differentia non niſi loci conditioni & aquæ defectui debetur; nec niſi varietas vulgaris videtur: Fucus ſeu Quercus marina latifolia humilis ſine veſiculis *Doody Syn. II. App.* 328. cujus ſynonyma: F. maritimus vel Quercus maritima foliorum extremis tumidis, quam aliqui glandiferam vocant *C. B. Pin.* 365. *n.* 4. palmaris latioribus foliis in binas ternaſve veſiculas verrucoſas terminatis *H. Ox III.* 647. *S.* 15. *T.* 8. *f.* 10. Quercus marina altera *Cluſ. H.* 21. item, Quercus marina humilior, crebris veſiculis & tuberculis ſeminalibus fere rotundis dotata *Doody Syn. II. App.* 327. & Fucus maritimus foliis tumidis barbatis *C. B. Pin.* 365. 5. Quercus maritima barbata *Ej. Pr.* 154. 3. marina foliis inferioribus fimbriatis fœniculaceis *Merr. Pin.* quæ non niſi planta eſt prolifera, plurimis plantis novis e veteri enaſcentibus. Præter quas differentias plures aliæ obſervantur, quoad foliorum longitudinem & latitudinem, veſicularum item & tuberculorum conſtitutionem. Quo referri debent ſequentes varietates, nempe Fucus ſeu Quercus marina anguſtiori folio, raro veſiculas habens *Doody Syn. II.* 327. qui in *H. Ox. p.* 647. dicitur, Fucus palmaris anguſtifolius ad extrema veſiculis rugoſis bifurcatus, cujus fig. extat *S.* 15. *T.* 8. *n.* 12. Nam in hoc in eodem caule non raro utriuſque generis folia, minora quidem cum tuberculis ſeminalibus, majora vero cum veſiculis vulgari ſimilibus obſervantur. Tum & ſummitates ſeminiferæ variant, & majores minoreſve (quæ magis frequentes) in eodem caule reperiuntur. Eæ vero plerumque binatim naſcuntur, ſubinde vero ſolitariæ obſervantur. Fucus porro ſeu Quercus marina minima anguſtifolia *Doody Syn. II.* 328. in qua is perraro bullas obſervavit, ſummitates autem ſeminiferas, ut in reliquis. Palmaris plerumque, raro dodrantali eſt longitudine, latitudine quadrantem unciæ haud æquat eidem. It. Quercus marina longiore & latiore folio *Merr. Pin.* & Quercus marina

marina anguſtifolia in extremitate referens chelas cancrorum *Ej. Ib.* Ineffabilis ſane eſt in hoc genere varietas, ratione ætatis & loci, aliorumque accidentium.)

Fucus fronde dichotoma plana integra: apicibus bifidis veſiculoſis. Fucus parvus cauliculis teretibus, ſummitatibus membranaceis dilatatis & laceratis *Buddle H. S. Vol. I. fol.* 27. humilis dichotomus, membranaceus ceranoides, latioribus foliis, ut plurimum verrucoſis *H. Ox. III. p.* 646. *S.* 15. *T.* 8. *f.* 13. Paſſim in littoribus marinis.

Fucus dichotomus parvus coſtatus & membranaceus *Budd. H. S. Vol. I. fol.* 12. purpureus tenuiter diviſus non geniculatus *D. Stevens H. Ox. III. p.* 646. 15. On the Coaſt of *Cornwal.* Poſſet & ad Fucoides referri hæc ſpecies, eſtque Muſco marino rubenti pennato *Raij* valde ſimilis.

Fucus marinus nigricans longus folioſus *Syn. II.* 5. 23. fruteſcens parvus purpureus, foliolis in ſummitatibus paululum dilatatis *Buddl. H. S. Vol. I. fol.* 12. fruteſcens foliis ex anguſtis ſe ſenſim ad extrema dilatantibus *H. Ox. III. p.* 648. *S.* 15. *T.* 9. *f.* 2.

A præcedenti foliis vel cauliculis purpureis, minus teneris, nec alatis nec coſtatis, ſed æquabili ſuperficie conſtantibus differt. Præcipue obſervatione *Raij*, notabilia ſunt foliola rarius exorientia, unciam propemodum longa, vix quartam unciæ partem lata, a pediculo ſenſim dilatata, & in obtuſum mucronem deſinentia.

Fucus membranaceus dichotomus gramineus *Doody Syn. II. App.* 329. Per totum ejuſdem fere eſt latitudinis, quæ Gramen pratenſe æquat. (An penultimo idem?)

Fucus Coronopi facie *D. Stevens Buddl. H. S. Vol. I. fol.* 12. Extremitates ejus congeſtæ, criſpæ & aſperæ ſunt, quibus ab aliis facile dignoſci poteſt. Caules duriuſculi. Found on the Coaſt of *Cornwal.* Alſo among the *Bognor* Rocks.

Fucus fronde dichotoma integra, caule folium percurrente: inferne nudo, veſiculis verrucoſis terminalibus. Fucus ſpiralis maritimus major *Inſt. R. H.* 568. Alga ſpiralis maritima major *Syn. II.* 5. 22. Saxis aqua immerſis innaſcitur in littore *Monenſi* & *Arvonienſi* obſervatione *D. Lhwyd:* in æſtuario *Camalodunenſi*, & in *Merſejam* inſulam alluente copioſe, notante D. *Dale:* copioſe item in æſtuario Ciceſtrienſi, *Delkey* vocato, provenit & littus omne operit.

Præcedenti proxime accedit, foliis anguſtioribus, dichotomis, intortis, dodrantem aut pedem longis. Veſi-

culis caret, extremitates vero ſeminales, quam in priori, breviores ſunt & tumidiores.

Hujus varietas videtur: Alga ſpiralis ramoſa maritima minor *Petiv. Syn. II. App.* 321. medium inter hanc & ſequentem locum occupans, priori tamen quam ſequenti ſimilior.

Fucus ſpiralis maritimus minor *Inſt. R. H.* 568. Alga ſpiralis maritima *Bocc. Rar. Pl. p.* 70. *ic.*

Folia, quam prior, habet multo anguſtiora & breviora, ſummitates ſeminales autem longiores & compreſſas: Tota etiam facie a præcedente recedit, ut merito pro differente ſpecie habeatur. Tum ſumma folia, tum cauliculi ejus, hinc inde barbati ſeu novis foliis vel plantulis donati ſubinde obſervantur. Satis cpioſe cum priori in æſtuario *Ciceſtrienſi* naſcitur.

Fucus dichotomus linearis: axillis divaricatis. Fucus pumilus dichotomus, ſegmentis ex una parte gibboſis, ex altera excavatis *Doody Syn. II. App.* 328. F. Kali Arabum diviſura, angulis ad divaricationem rotundiuſculis *Pluk. Alm.* 160. dichotomus membranaceus ex viridi flaveſcens ceranoides, angulos rotundiuſculos efformans *H. Ox. III. p.* 648. dichotomus ceranoides, angulos rotundiuſculos efformans *Ib. S.* 15. *T.* 8. *f.* 11.

Crebro, inquit *Doody*, ramoſus, carnoſus, tenax, tuberculis ſeminalibus pro ratione magnitudinis, quæ vix biuncialis eſt, craſſioribus & longioribus. Acceptum, inquit idem, refero D. *Adaire*, prope *Goſport* repertum. (Colore eſt ex gilvo vireſcente, & copioſe naſcitur ſecundum *Delkey*, prope *Chicheſter.* An cum ſequenti idem ſit, non immerito quærunt *Bobartus* & *Plukenet.*)

Fucus Kali geniculato ſimilis, non tamen geniculatus *Syn. II.* 4. 15. *Small Wrack reſembling Glaſswort.* Hujus ramuli cum caule angulos rotundiuſculos efformant. Rupibus adnaſcitur ad *S. Ives* oppidum.

Fucus caule compreſſo dichotomo medio ramorum in veſiculam dilatato. Fucus maritimus nodoſus *C. B. Pin.* 365. 1. marinus veſiculis majoribus ſingularibus per intervalla diſpoſitis *H. Ox. III. p.* 647. *S.* 15. *T.* 8. *f.* 2. ſive Alga marina anguſtifolia veſiculas habens *Syn. II.* 3. 3. Quercus marina tertia *Ger. Em.* 1568. Variat foliis & nodis minoribus & majoribus, quo pertinet, Fuci maritimi nodoſi ſpecies major *Doody Syn. II. App.* 328. Paſ-

ſim

ſim ad ſcopulos in mari cum Quercu marina oritur, minus tamen frequens eſt.

Fucus marinus teretifolius ramoſus parvus olivaceus *Syn. II.* 7. 6. In mari circa *Camalodunum* a D. *Vernon* inventus. Erectus eſt.

Fucus tener gelatinoſus, per ſiccitatem ſpiralis. F. gramineus parvus ramoſiſſimus fuſcus *Buddl. H. S. Vol. I. fol.* 2.

Plerumque vero non valde ramoſus eſt, niſi ad baſin, nec planus ubi viget & viret, ſed ſubteres potius, leviter intortus, ſubſtantiæve ab initio non gramineæ, ſed gelatinoſæ & pinguis, per ſiccitatem autem plane compreſſus & gramineus apparet. Quibus notis differt a Fuco ſpirali maritimo minori *Inſt. R. H.* ut & quod dichotomiam non obſervet, quod ſummitates ejus indiviſæ ſint, & quod leviter rariuſque contorqueatur. Nec veſiculas nec ſummitates ſeminiferas obtinet. Lapillis adnaſcentem in littore maris prope *Sheerneſs* obſervavit Dr. *Dillenius*. Variat colore ſubvirente. Forte huic idem fuerit Fucus gramineus, foliis minoribus majoribus adnatis D. *Newton H. Ox. III.* 648. 5. Licet enim ibi ſub dichotomis locetur Fucis, tamen dichotomus ex deſcriptione non videtur, nec Fucus tenuifolius foliis dentatis *Raj.* qui eodem loco recenſetur, vere dichotomus eſt.

Fucus ſpongioſus nodoſus *Johnſ. It. Cant. p.* 3. *f.* 3. *Ger. Em.* 1570. Spongia ramoſa altera Anglica *Park.* 1304. *Sea-ragged Staff.* Prope *Margate* in Inſula *Thanet* Cantio adjacente primum obſervavit *Johnſonus*, poſtea D. *Dale* in Inſula *Merſey*, & D. *Doody* in Inſula *Shepey*. About the Point of *Shepey* Iſland, called *Shellneſs*, abundantly.

(Satis copioſe reperitur in poſteriore inſula, ſed longe copioſius obſervatur in inſula Thameſis oſtio altius adjacente, *Grain* vocata. Male vero dicitur ſpongioſus, cum ſubſtantiæ potius ſit gelatinoſæ. Figura ejus varia, nam nunc comprimitur, nunc ſubrotundam vel teretem figuram obtinet, nunc ramoſior, nunc minus ramoſus obſervatur, nunc æqualis eſt, nunc in multa tubercula vel nodos deſinit. Craſſities etiam diverſa, modo enim pollice craſſior eſt, modo digitum minorem craſſitudine vix æquat. Ceterum a palmari ad pedalem & amplius longitudinem protendi ſolet, ubique lævis, pellucidus & colore pallido vel ex luteo albicante donatus.)

Fucus foliis Ericæ ſeu Tamariſci *Syn. II.* 8. 10. Erica marina quibuſdam *J. B. III.* 799. Tamariſco ſimilis maritima *C. B. Pin.* 365. 14. Obſerved by Mr *Newton*, Mr. *Moyle*, and Mr. *Stevens*, on the Coaſt of *Cornwal*. Figura *J. Bauhini* non bene exprimit hanc plantam.

Fucus radicibus arborum fibroſis ſimilis *Syn. II.* 5. 19.

Longitudinis

Longitudinis eſt palmaris aut ſemipedalis, caulibus craſſis teretibus, ramulos hinc inde nullo ordine creberrimos emittentibus, in alios ſubinde minores diviſos & ſubdiviſos, donec ad capillares velut fibras ventum ſit. Summæ comæ ſeu ſurculi extremi ſæpius teretes, nonnunquam etiam plani & compreſſi, in quibus (ut & ſecundum caules & ramulos) non raro veſiculæ tumidæ & concavæ, quales in aliis Fucis, cernuntur.

Pinus maritima ſive Fucus teres, cujus ramuli ſetis ſurſum tendentibus ſunt obſiti *Doody Syn. II. App.* 329.

Dodrantalis eſt, ramoſus, ſetis ſemiuncialibus, verſus unam partem, ſurſum ſcilicet, tendentibus; ex omni parte teres & tenax, per ſiccitatem fulvi vel nigreſcentis coloris. *S. Dood.*

Fucus Equiſeti facie, Oſtreæ teſtæ adnatus *Sibb. Scot. Ill. P. II. L.* 1. *p.* 56. *Tab.* 12. Caulis, inquit, nodoſus eſt, albicans, e cujus ſummitate plurima erumpunt folia fœniculacea, albicantia quoque, in gyrum plurimis ordinibus diſpoſita.

Fucus flavicans teretifolius mediæ magnitudinis *Syn. II.* 5. 21. Brought by Mr. *Vernon.*

Ramuli mediæ magnitudinis in innumeros tenuiſſimos ramulos abſque ordine dividuntur. Sunt autem ii verſus extremitates crebriores, qua nota a ſequentibus differt.

Fucus flavicans teretifolius, ramulis pennatim enaſcentibus. Fruticulus parvus pennatus flavicans, corneus & tenax *Buddl. H. Sicc. Vol. I. fol.* 2.

Ejuſdem eſt magnitudinis & conſiſtentiæ cum Alga exigua dichotoma arenacei coloris *Raj.* ut ni diverſam obtineret ramificationem, idem cenſeri queat. A. D. *Miller* in ora maritima inventus.

Fucus marinus purpuraſcens parvus, caule & ramulis ſeu foliolis teretibus *Raj. Syn. II.* 6. 5.

Folia & ramuli crebra e cauliculo exeunt, nullo ordine & angulos rotundiuſculos cum caule efficiunt. Ramuli in nonnullis tuberculis crebris veluti verrucoſa ſunt, (id quod in figura ſuperiori ad Coralloidem lentam fœniculaceam *J. B. III.* 797. ſatis bene exprimitur, quæ ideo ad hanc ſpeciem referenda eſt.)

Fucus teres albus tenuiſſime diviſus *Doody Syn. II. App.* 329. Caulis teres ad pedem extenditur, fili emporetici majoris craſſitudine, ex quo undique ramulos emittit, crebris diviſionibus in capillaceas tandem extremitates deſinentes.

(Lapidibus in littore ſparſis adnaſcitur in littore *Suſſexiano* ubi Rever. vir D. *Mannigham* & D. *Dillenius* obſervavere. Cauliculi ſparſi protenſique ſunt, ſecundum quorum longitudinem ramuli breviores per intervalla egrediuntur. Colore eſt plerumque

rumque albente, nonnunquam ex luteo vireſcente vel rubente. Crebris ſæpe nodulis donatur, quæ non ad latus hærent, ſed ab ipſis cauliculis tranſadiguntur.)

Fucus teres rubens ramoſiſſimus *Doody Syn. II. App.* 329.

Caulis fili emporetici craſſitudine eſt, qui diviſus & ſubdiviſus in capillaceos ramulos tandem deſinit, & palmarem vel dodrantalem altitudinem aſſequitur. Differt a priori, quod medius caulis ſtatim in alios minores plurifariam dividatur, cum in illo primarius caulis ad extremitatem uſque percurrat, & laterales ſaltem ramulos emittat; *S. Dood.*

Fucus teres rubens minus ramoſus, in longum protenſus.

Colore eſt, ubi viret, obſcure purpureo, per ſiccitatem vero nigro. Caulis fili emporetici craſſitudine minus quam præcedens inque multo longiores ramos dividitur abſque ordine. A pedali ad cubitalem & bicubitalem longitudinem protenditur, & tubercula non raro adnaſcentia habet. Aquæ ductum ſequitur & lapillis adnaſcitur ad canales & introitus maris pone *Sheerneſs*, ubi a D. *Dillenio* & D. *Doering* fuit obſervatus. Near *Canvey* Iſland.

Fucus ſeu Alga tinctoria *Lugd. T. II.* 1372. *Syn. II.* 4. 7. Coralloides lenta fœniculacea *J. B. III.* 297. *Dyer's-wrack.* On the Shore near *Bridlington* obſerved by Mr. *Stonehouſe.*

Bambergæ Northumbriæ cum eſſem, narrarunt mihi (*Rajo*) piſcatores ſpeciem quandam Algæ tinctoriæ in mari oram alluente copioſe provenire quæ piſcium etiam tranſnatantium tergora colore ſuo inficiat. Plantam ipſam non vidimus, ſed ex eorum relatione Algæ tinctoriæ *J. B.* affinem eſſe ſuſpicabamur.

Fucus ramoſus piperis ſapore Dr. *Martin.* *Pepper-dulſe*, in Iriſh called *Faminkiren.* Common in ſome Parts of *Scotland*, where it is chewed. Rotundus eſt, craſſitudinis pennæ gallinaceæ.

Fucus parvus ramulis brevioribus capillaceis regularibus *Doody Syn. II. App.* 340. Qui inter herbas ſiccas D. *Newton*, inquit, primum conſpexi, nuper vero eundem mihi impertivit D. *Moyle* ab Occidentalibus Angliæ allatum.

Fucus coralloides erectus *Doody Syn. II. App.* 330.

Palmaris eſt, erectus, albidus, corneus & tenax. Ramuli craſſitiem fili minoris æquant, hinc inde nullo ordine ſiti, ejuſdem ſubſtantiæ & fere craſſitudinis cum ramulis; *Doody.* (An hujus proprie loci ſit, non conſtat, ut & de præcedenti, qui potius ad dichotomos pertinere videtur.)

Fucus marinus per ſe, ut eſt a mari advectus, pro pinguiſſimo lætamine habetur, eſtque in frequenti uſu ad agros emaciatos reficiendos non apud Scotos tantum, ſed & Narbonenſes Gallos.

Ramoſi

Ramoſi fronde unita.

Fucus caule tereti ramoſiſſimo, pedunculis alternis veſiculis oblongis acuminatis. Fucus anguſtifolius veſiculis longis ſiliquarum æmulis *Syn. II.* 5. 7. marinus quartus *Dod. Pempt.* 480. Quercus marina quarta *Ger. Em.* 1569. (ubi in Figuris veſiculæ minus bene exprimuntur.) Fucus maritimus alter tuberculis pauciſſimis *C. B. Pin.* 368. 2. In littore *Eſſexiano*, *Suſſexiano* & alibi. Longitudo ei ſeſquicubitalis: veſiculæ crebris diaphragmatis interceptæ. Fucus cum ſiliquis longis minor *S. Dale Raj. Hiſt. III.* 11. prope *Harwicum* collectus, hujus varietas eſt, vel junior ſaltem planta.

Fucus anguſtifolius foliis dentatis *Syn. II.* 3. 4. tenuifolius foliis dentatis *H. Ox. III. p.* 648. 4. *T.* 9. *f.* 4. In littore *Cornubienſi* inter alia maris rejectamenta.

Fucus veſiculis oblongis pedunculatis: terminatis foliolis linearibus. Fucus folio tenuiſſime diviſo ſiliquatus *Syn. II.* 5. 18. pumilus anguſtifolio veſiculis longis ſiliquarum æmulis *Synopſ.* divaricationibus non diſſimilis, at vero in omnibus partibus decies minor *Doody Syn. II. App.* 328. folliculaceus foliis Abrotani *C. B. Pin.* 365. 8. marinus foliis Abrotani maris *Lob. Ic. II. p.* 254. *Ed.* 1691. & *Ed.* 1681. *ibid. fig. alter.* Muſcus marinus Abrotonoides *Park.* 1290. Cremenei Iſtris Abrotani vel Thymi foliis *J. B. III.* 798. it. Fruticoſa marina planta, quibuſdam Conferva lignoſa *Ej. III.* 798. On the Coaſt of *Cornwal* and *Suſſex* plentifully. On the Shore of *Shepey* Iſland.

Fructificationibus non veſicariis.

Fucus cartilagineus, caule teretiuſculo compreſſo: frondibus ſupradecompoſitis pinnatis: laciniis linearibus coloratis. Fucoides rubens varie diſſectum. Muſcus marinus folio multifido n. d. *Johnſ. Merc. Bot. P. II. p.* 27. *Ph. Br.* 78. marinus rubens pennatus noſtras *Raj. Hiſt. I.* 78. 14. *Syn. II.* 8. 1. maritimus tenuiſſime diſſectus ruber *C. B. Pin.* 363. 4. pelagicus pennatus rubens, ramulis numeroſis mollibus latius ſe ſpargentibus *Pluk. Alm.* 258. *T.* 48. *f.* 2. Ex cujus & *Doodii in Ann. Mſcr.* ſententia huic

huic idem eſt: Muſcus marinus purpureus parvus, foliis oblongis Millefolii fere diviſura *Raj. H. I.* 79. 25. Mire enim ludit perelegans hæc planta inciſuris & diviſuris, nec ab hoc differt, Muſcus maritimus Neapolitanus *Park.* 1289. marinus *Cluſ. Hiſt.* CCL. cujus figura omnium optime repræſentat hanc plantam, & globulos etiam, quibus ſubinde donatur, oſtendit. Multum autem ab hoc differt, Coralloides lenta fœniculacea *J. B. III.* 797. quæ ipſi minus bene jungitur *Syn. II.* 9. 12. anſam errandi ſuppeditante *Plukenetio Syn. I. App.* 241. On the Shore near *Berwick* plentifully. Obſerved alſo by Mr. *Dale* in *Maldon* River, over-againſt *Tolesbury*, in *Eſſex*; as alſo by Mr. *Moyle* and Mr. *Stevens*, in Company, on the Coaſt of *Cornwal*. On the Coaſt of *Canvey* Iſland, *Eſſex*.

Fucoides purpureum eleganter plumoſum. Muſcus marinus eleganter plumoſus, obſcure purpuraſcens *Buddl. H. S. Vol. I. f.* 29. A *D. Rand* prope *Dover* collectus. On the *Bognor* Rocks. Figuram vid. Tab. 2. fig. 5.

Fucoides lendigerum capillamentis Cuſcutæ inſtar implexis. Fucus confervoides lendiginoſus, ſeu Cuſcuta marina *Doody Syn. II. App.* 330. Capillacea eſt & ramoſa hæc ſpecies, crebris nodulis lendium figura interſtincta. Fucos majores implicat adinſtar Cuſcutæ; *Dood.*

Fucoides erectum fruticuli ſpecie, ſummitatibus inflexis. Muſcum quendam terreſtrem ſimulat, ab unciali ad ſeſquiuncialem longitudinem aſſurgens, in varios ramulos pertenues diviſum & ſubdiviſum, quorum ſuperiores caudæ Scorpii in modum inflexi & convoluti ſunt. Colore eſt livido & obſcuro, ex fuſco in ſubvirentem tendente. Figura Fuci fœniculacei colore livido *Pluk. Ph. T.* 47. *f.* 13. huic ſatis accedit, niſi quod ſummitates non ſimiliter inflexas exprimat. Ceterum nec Muſcus maritimus Neapolitanus *Park.* nec Coralloides lenta fœniculacea *J. B.* quas huic *Plukenetius Syn. I. App. p.* 241. & *Alm. p.* 160. jungit, cum ipſius planta convenire videntur. In the Marſhes at *Selſey* Iſland, *Suſſex*, plentifully; Dr. *Dillenius*. Vid. Tab. 2. fig. 6.

Fucoides erectum ſpinarum Halecum æmulum. Fruticulus parvus nigricans, vertebrarum Halecum æmulum *Buddl. H. S. Vol. I. f.* 2. Verum ſpinas potius, quam vertebras Halecum quodammodo refert, minime enim articulatus eſt cauliculus medius. Found on the Coaſt of *Cornwal* by Mr. *More*.

Fucoides ſetaceum tenuiſſime alatum. Muſcus marinus non ramoſus, ſetis minimis vix conſpicuis obſitus *Doody Syn. II. App.* 340. Quo deſcribente biuncialis eſt, nec geniculatus,

tus, nec dentatus, ſetæ porcinæ craſſitudine. Fig. vid. Tab. 2. fig. 2. lit. *b*.

Fucoides ſetis minimis indiviſis conſtans.

Ex ſetis exilibus, a ſemiunciali ad uncialem longitudinem protenſis, nec ramoſis, nec alatis conſtat. Lapillis conchiſve innaſcitur cum priore, & licet utrumque tenerrimum ſit, erecta tamen, quamdiu ſub aqua ſunt, obſervantur. In littore maris pone Sheerneſs; D. *Dillenius*. Figuram vid. Tab. 2. fig. 2. lit. *a*.

Fucus Dealenſis fiſtuloſus Laringæ ſimilis *Muſ. Pet.* 406. Found about *Deal* by Mr. *Hugh Jones* and Mr. *James Cunningham*. Hujus loci videtur cum ſequenti, qui hujus varietas, vel junior ſaltem planta videtur. Cauliculi lævibus inciſuris, laringæ inſtar dividuntur.

Fucus fiſtuloſus nudus, ſetas erinaceas æmulans *Pluk. Alm.* 160.

Fucus caule tereti breviſſimo, folio maximo enſiformi ſubſimplici. Fucus Scoticus latiſſimus edulis dulcis *Sibb. Pr. p.* 26. alatus ſive phaſganoides *C. B. Pin.* 364. 2. *Pr.* 154. 1. Ex Aberdonia ad *Bauhinum* tranſmiſit *Cargillus*.

Fucus arboreus polyſchides edulis *C. B. Pin.* 364. 1. *Pr.* 154. 2. maximus polyſchides *Park.* 1292. phaſganoides & polyſchides *Ger. Em.* 1570. *Sea-girdle and Hangers*. In littus crebro rejicitur. Vidimus etiam rupibus marinis aqua pleno mari inundantis copioſiſſime adnaſcentem circa *Monam* inſulam & alibi.

Fucus membranaceus polyphyllos major *Doody Syn. II. App.* 329.

Huic folia modo rubra, modo alba, longitudine dodrantali vel pedali, latitudine unciali aut majore, aliquando bifurca, ex uno communi pediculo vel margine alterius folii plura pullulant, pedunculo breviſſimo & tenui affixa; *S. Dood.* (Prioris varietas vel junior ſaltem planta videtur.)

Fucus membranaceus rubens anguſtifolius, marginibus ligulis armatis *Doody Syn. II. App.* 329. humilis membranaceus acaulos elegantiſſimus ruber, capillis longis fimbriatus *H. Ox. III. p.* 646. 10.

Latitudo, obſervante *Doody*, huic ſemiuncialis, longitudo trium vel quatuor unciarum, raro diviſus, folia tamen ſecundaria lateraliter protrudit. Margines ligulis ſeu ſpinulis innoxiis denſe ſunt obſiti. Cum *Duleſh* Hiberni communiter eſitant, cui proxime accedit. Inter Oſtreas Londini non raro invenitur. Ceterum Hiberni *Duleſh* exſiccatum ſolummodo edunt per ſe ſine additione ſalis alcaliſati, ut nos certiores fecit D. *Sherard LL. D.* cum in Hibernia degeret.

Fucus

Fucus membranaceus purpureus latifolius pinnatus.

Altitudine eſt palmari & dodrantali, latitudine unciali & ſeſquiunciali, crebras e margine ſecundum longitudinem pinnas, tanquam totidem novas plantas emittens, quæ, ut & primarium folium perbrevi inſident pediculo & Phyllitidis folia figura ſua non male referunt. Pinnæ vero ſeu marginalia folia multo quam prioris majora ſunt, ab unciali ad duarum unciarum longitudinem protenſa, latitudine plerumque ſemiunciali, quibus notis a priori abunde differt. In littore Inſulæ *Selſey* Rev. vir D. *Mannigham* obſervavit.

Fucus ſive Alga folio membranaceo purpureo, Lapathi ſanguinei figura & magnitudine *H. Ox. III. p.* 645. *S.* 15. *T.* 8. *f.* 6. *Syn II.* 4. 8. Found by Dr. *Sherard* upon the Shores of *Jerſey*; the ſame was ſhewn him by Mr. *Newton*, gathered in *Ireland* by Dr. *Moulins*. *Walter Moyl*, Eſq; an ingenious young Gentleman of *Cornwal*, in Company with Mr. *Stevens*, a learned Clergyman, and ſkilful in Botanicks, found the ſame lately on the Coaſt of that County. In *Hiſt. Ox.* non ramoſus exhibetur, plerumque vero cauliculis inſident ramoſis folia ipſius.

Fucus membranaceus purpureus, varie ramoſus. Alga criſpa Scabioſa rubra & pallida *J. B. III.* 795. In littoribus Inſulæ hujus collectum *H. S. Buddlejanus teſtatur Vol. I. fol.* 27. Near the *Bognor* Rocks, *Suſſex*.

Fucus Dealenſis Pedicularis rubrifolio *Muſ. Pet.* 405. Alga Cervi cornu diviſura *J. B. III.* 797. Found about *Deal* by Mr. *Dandridge*, Mr. *Bonavert*, and Mr. *John Luſkin*.

Nec veſiculas nec tubercula ſeminalia ullus ex præcedentibus oſtendit Fucis. Omnes etiam membranacei & pellucidi ſunt.

Fucus frondibus planis palmatis. Fucus membranaceus ceranoides *C. B. Pr.* 155. 6. Alga membranacea ceranoides *Ej. Pin.* 364. 8. Fucus foliaceus humilis, palmam humanam referens *H. Ox. III.* 646. *S.* 15. *T.* 8. *f.* 1. *Dils* Scotis, *Duleſh* Hibernis.

Varie & inordinatim, ſed minus crebro dividitur, rariuſque dichotomiam obſervat. Folia modice longa & lata, poſt exſiccationem aquæ infuſa ſatis validum violæ odorem ſpirant. Hunc Hiberni Scotique apud quos copioſe invenitur, ſtudioſe exſiccatum & convolutum aſſidue in ore habent & maſticant. Vid. *Append. Hiſt. p.* 1849. An non Hiberni ſalis alcali in exſiccatione hujus Fuci momentum adjiciant, inquirendum: hoc enim obſervante *Imperato*, Fuco tinctorio additum colorem pariter odoremque violæ producit.

Fucus.

Fucus fronde ſeſſili reniformi decuſſatim ſtriata. Fucus maritimus gallopavonis pennas referens. Fucus maritimus Gallo pavonis pennas referens *C. B. Pr.* 155. 7. *H. Ox. III. p.* 645. *T.* 8. *f.* 7. Alga maritima Gallopavonis plumas referens *Ej. Pin.* 364. 9. it. Fungus auricularis Cæſ. *Ej. Pin.* 368. 11. (ex ſententia *Raj. Syn. II.* 10. 3.) Ex Inſula *Angleſey* & littore *Cornubienſi* accepit *Bobartus*: prope *Harwicum* collegit D. *Buddle*: in rupibus marinis prope *Exmouth* Devoniæ oppidum copioſe naſcentem obſervavit D. *Stevens*. On *Bognor* Rocks, 1750.

Fucus Fungis affinis *C. B. Pin.* 364. 4. *Syn. II.* 8. 13. Fuci fungiformes *J. B. III.* 813. Found among Mr. *Newton*'s dried Plants by Mr. *Dale*. An hujus proprie loci ſit, dubium.

Fucus membranaceus ceranoides varie diſſectus. Fucus ſive Alga membranacea purpurea parva *Syn. II.* 3. 5. Altitudine eſt palmari & minori, colore partim vireſcente, partim obſcure purpuraſcente, ſubſtantiæ tenuioris, lentæ & membranaceæ. Per ſiccitatem & in littus ejectus (pluvia nempe, rore & inſolatu) albeſcit. Erectus lapillis adnaſcitur in maris littoribus, v. gr. inter *Sheerneſs* & *Munſter*, alibique.

(Plurimæ hujus varietates obſervantur, latitudine, figura, colore & diviſura foliorum ludentes, quas D. *Buddle in Horto Sicc. Vol. I. p.* 10. nomine Fuci membranacei ſegmentis in multa cornicula acutiora diviſis, Algæ membranaceæ purpureæ parvæ ſegmentis latis multum laciniatis & criſpatis, & Algæ membranaceæ purpureæ parvæ, ſegmentis latis verrucoſis, paululum ſectis, quo pertinet Fucus humilis dichotomus membranaceus ceranoides, latioribus foliis ut plurimum verrucoſis *H. Ox. III. p.* 646. *S. XV. T.* 6. *f.* 13. indigitat.)

Fucus membranaceus ceranoides ramoſus, per ſiccitatem obſolete vireſcens *Pluk. Alm.* 161. In littoribus Suſſexiæ ad *Brakelſham*, *Cockbuſh* & alibi. Near *Canvey* Iſland. Ramuli ſunt ex tereti plani.

Fucus ceranoides albidus, ramulorum apicibus ſtellatis *Pluk. Ib.*

Priori plurimum accedit, nec niſi inſulatu albus factus videtur. Obſtare tamen videtur, quod valde gelatinoſus ſit, & facillime in mucorem reſolvatur, ni id aeris & tempeſtatis effectus videatur. In maris littoribus poſt ejus receſſum plerumque invenitur, iiſdem cum priori locis. Variat corniculis brevioribus & latioribus, longioribus idem & anguſtioribus.

Fucus

Fucus dichotomus ramoſiſſimus teres uniformis faſtigiatus. Fucus ſive Alga exigua dichotomos, foliorum ſegmentis longiuſculis, craſſis & ſubrotundis *Syn. II* 4. 9. marinus πολυσχιδὴς *Fl. Pr. p.* 77. *Ic.* 15. palmaris tenuis in orbem expanſus, in ſegmenta bifida vel trifida breviora teretia diviſus *H. Ox. III. p.* 649. parvus in orbem expanſus, in ſegmenta bifida vel trifida breviora teretia diviſus *Ib. S.* 15. *T.* 9. *f.* 9. parvus plurimis ab eadem radice cauliculis, ſegmentis teretibus, in ſummo apice bifidis vel trifidis *Pluk. Alm.* 160. Segmenta quam prioris breviora & acutiora ſunt.

Fucus trichoides noſtras aurei coloris, ramulorum apicibus furcatis *Pluk. Alm.* 160. *T.* 184. *f.* 2. Alga exigua dichotomos arenacei coloris *Syn. II.* 4. 10. Fucus ceranoides ramoſus tenuiſſime diviſus *Dood. Syn. II. App.* 329. Palmaris eſt, corneus, tenax, albus, per ſiccitatem rigidus, ubique ejuſdem fere craſſitudinis, quæ filum parvum ſuperat. In littore *Eſſexiano, Suſſexiano* & alibi.

Fucus teretifolius ſpongioſus piloſiſſimus D. *Harriſon Syn. II.* 4. 12. teres villis quaquaverſum obductus, *Doody Syn. II. App.* 330. Muſcus marinus hirſutus, flagellis longis ramoſis ſubviridibus *H. Ox. III. p.* 650. *S.* 15. *T.* 9. *f.* 6.

Ex obſervatione Doodiana a Fuco teretifolio ſpongioſo parvo *Raij* differt, quod carnoſus ſit & externe ſolummodo villis, qui facile deterguntur, obducatur, cum ille per totum ejuſdem ſit ſubſtantiæ & Spongiis affinis videatur.

Hujus varietas videtur: Muſcus marinus hirſutus, flagellis longioribus, rarius diviſis, ruber *H. Ox. III. p.* 650. *S.* 15. *T.* 9. *f.* 7.

Fucus ſpongioſus ramoſus compreſſus perforatus, marginibus piloſiſſimis D. *Harriſon Syn. II.* 4. 13. Ambo in ora maritima hujus inſulæ reperiuntur, v. gr. in littore *Suſſexiano & Cornubienſi.* On the Shores of *Canvey* Iſland.

Fucus filiformis ſimplex ſubfragilis opacus. Fucus chordam referens teres prælongus *Syn. II.* 6. 4. marinus rotundus *Ph. Br. Merr. Pin.* marinus rotundus tenuibus longiſſimiſque loris *Cat. Ang. I.* 119. *II.* 114. Alga nigro capillaceo folio *C. B. Pin.* 364. 2. Filum maritimum Germanicum *Ej. Pr.* 155. 8. Fucus ſive Filum maritimum Germanicum *Boc. Muſ. P. I. p.* 271. *T.* 7. *f.* 9. Fucus ſetaceus niger longiſſimus, non ramoſus *H. O. III.* 644. 13. Ligula marina alba Suſſexiana *Pet. Gaz. Nat. Tab.* 91. *f.* 5. *Sea-laces.* In littore Angliæ occidentali

 circa

circa *Weymouth*, *Portlandiam* Inſulam & alibi, v. g. in littore *Eboracenſi* prope *Whitby*, & *Suſſexiano* prope *Brakelſham*, inque *Cornubia* ſaxis adnaſcitur. On Pebbles near the *Bognor* Rocks, 1750.

Ligulæ teretes ſunt, ab initio teneriores, poſtea firmiores, cavæ, diaphragmatis tamen crebris interceptæ, ulnam dimidiam longæ, utraque extremitate tenuiores. (Per ſiccitatem fuſcus & niger evadit, ubi vero in littore aliquandiu jacuerit, albeſcit. Veſiculæ & ſeminalia tubercula in hac & priori ſpecie deſunt.)

U L V A.

FRUCTIFICATIONES *in membrana veſiculari abſque fronde.*

Ulva tubuloſa ſimplex. Ulva marina tubuloſa, inteſtinorum figuram referens. Lichen marinus tubuloſus in cellulas diviſus *Syn. II.* 10. 2. Fucus cavus *C. B. Pin.* 364. 5. *J. B. III.* 803. In foſſis paluſtribus & fluviis, quos mare ſingulis æſtuum acceſſibus influit, variis & pluribus in locis, quin & in foſſis ſatis a mari remotis, ut prope *Redriffe* occurrit.

In ſummis aquis plerumque fluitat, quandoque tamen lapidibus adnaſcens in littoribus marinis reperitur. Plerumque non ramoſa eſt, nonnunquam vero ramoſa reperitur, cujus loci eſt, Fucus herbaceus cavus fluitans ramoſus, calami anſerini fere craſſitudine *Doody Syn. II. App.* 340. Porro valde rugoſa ſubinde obſervatur, quam *Sea-chitterling* & Lichenem marinum tubuloſum in nodulos elegantiſſime criſpatum D. *Stoneſtreet* vocare ſolebat, in littore *Pool Bay* verſus *Litchet* repertum. Eadem cum vulgari. Satis copioſe occurrit in foſſis inter *Greenwich* & *Woolwich*. In the River *Soar* about *Loughborough* and *Leiceſter* very plentifully; Mr. *Pultney*.

Ulva tubuloſa ramoſa compreſſa. Ulva marina tenuiſſima & compreſſa. Conferva platyphyllos *Syn. II.* 24. 3. Lichen marinus tenuiſſimus *Doody Syn. II. App.* 329. It grows plentifully on *Bognor* Rocks in *Suſſex*, on the Boards of the Dock at *Sheerneſs*, as alſo on the Pebbles at the Sea-ſhore, in Brooks and Inlets thereabouts, as alſo on the Wall of the Thames about *Woolwich*. Variat ramulis capillaceis fere & teretibus latioribus, planis æqualibus & minus ſinuoſis.

Ulva

Ulva paluſtris Lactucæ marinæ ſimilis, ſed multo minor & tenerior. In pratorum aquis ſtagnantibus pone *Newington* primo præcipue vere obſervatur.

Ulva oblonga plana undulata membranacea viridis. Fucus longiſſimo, latiſſimo, tenuique folio *C. B. Pr.* 154. 4. Alga longiſſimo, lato, tenuique folio *Ejuſd. Pin.* 364. 4. *J. B. III. L.* 39. *p.* 801. De hoc *S. Doody* intelligendus, dum *Syn. II. App. p.* 329. Fucum, inquit, pede longiorem mihi dedit D. *Adaire*, in omnibus parem & ſimilem præcedenti (1. ſpeciei;) craſſitudine excepta, quæ Lactucam marinam non excedit. Huic perſimilem in memoriam revoco me obſervaſſe in littore inſulæ *Shepey*. (Eam, vel ipſius varietatem in *H. S. Buddl. Vol. I. fol.* 33. videre licuit, ſub nomine Fuci membranacei purpuraſcentis, folio tenuiſſimo tranſparenti, Phyllitidis undulatæ facie, a D. *Rand* prope *Dover* collectam.)

Fucus folio ſingulari, longiſſimo, lato, in medio rugoſo, qui balteiformis dici poteſt *Syn. II.* 6. 1. *Sea-belt.* In littore *Eboracenſi* necnon *Cornubienſi.* Pediculo eſt brevi, nec craſſo, quamvis folió ſit lato & longiſſimo, cum Fucus arboreus polyſchides pediculo ſeu potius caule longo craſſoque ſit, antequam in folium multifidum dilatetur.

Fucus longiſſimo, latiſſimo, craſſoque folio *C. B. Pr.* 154. 3. Alga longiſſimo, lato, craſſoque folio *Ejuſd. Pin.* 364. 5. Lapidibus adnaſcitur prope *Sheerneſs.* On the large Stones in the Backwater at *Canvey* Iſland. Radix fibroſa ſeu digitata eſt, qua lapillos amplectitur. Prioris varietas eſt, ut &

Fucus latiſſimus & longiſſimus, oris criſpis: *The curled Seabelt. H. Ox. III. p.* 646.

Huc etiam referri debet Fucus phaſganoides foliis indiviſis *Merr. Pin.* Penes me, inquit, eſt magna varietas hujus Fuci, quoad foliorum magnitudinem, craſſitiem & colorem. Quorundam inſuper folia ſerrata, aliorum integra, quandoque criſpa vel plana. Nec niſi ætate differt, juniorve ſaltem planta eſt:

Fucus Phyllitidis folio D. *Lhw.* Found in *Angleſea.* This in Welch is called *Mor-dowys*, the poor People eat the ſmall Leaves and Cluſters, as they do *Duleſh*: the larger are found ſometimes two Feet long; D. *Lhwyd.*

Ulva palmata prolifera membranacea: ramentis inferne anguſtatis. Ulva marina Lactucæ ſimilis. Muſcus marinus Lactucæ folio *C. B. Pin.* 364. Fucus marinus, Lactuca marina dictus *Park. Th.* 1293. Lactuca marina ſive intybacea *J. B. III.* 801. Lichen marinus *Ger.* 1377. *Oyſter-green.* Petris, ſcopulis ipſiſque teſtis ad-

naſcitur & Lichenis in modum ſe diffundit, quamvis folia non procumbant, ſed magis erecta obſerventur.

Ulva fronde dilatata ſubſinuata, centro radicata. Ulva marina umbilicata. Lichen marinus *Lob. Ic. II.* 247. *J. B. III.* 813. *C. B. Pin.* 364. 2. A priori, præter differentiam in titulo notatam differt folio plano, leviter concavo, ſeſſili & umbilicato, minus tenero, coloris obſcuri & fuliginoſi, ſplendentis. Ceterum *Lobelii* figura naturali magnitudine multo minorem exhibet plantam. Pone *Sheerneſs.* On the Shores of *Canvey* Iſland.

Ulva fronde oblonga bullata. Ulva marina faſciata. Hæc ex lamina complicata, in dorſo vel poſteriori parte conjuncta & æquali, anterius aperta & ſinuoſa criſpaque conſtat & ab aliis differt. Pone *Sheerneſs* in littore marino.

CONFERVA.

FIBRÆ *ſimplices, uniformes, capillaceæ, filamentoſæ.* OBS. Sunt hæ fibræ vel continuæ vel articulatæ.

Filamentis ſimplicibus æqualibus geniculis deſtitutis.

Conferva filamentis ſimpliciſſimis æqualibus longiſſimis. Conferva Plinii *Lob. Ic. T. II.* 257. *Ger. Em.* 1570. *Syn. Ed. II.* 24. 1. Alga viridis capillaceo folio *C. B. Pin.* 364. 1. aquatilis capillacea, ſive Conferva Plinii, aliis Linum aquaticum *Park.* 1261. *Hairy River-weed, or Crow ſilk.* Reperitur omni tempore, præcipue tamen vere & autumni initio in rivulis & aquis fluentibus, quarum ductum ſequendo longe protenditur.

Conferva filamentis ſimpliciſſimis æqualibus digito brevioribus. Conferva fontalis fuſca omnium minima mollis. Tum ad fontium ſcaturigines, tum in rivo *New-river* dicto lapillis & lignis adnaſcentem vidi.

Conferva rivulorum noſtras bicornis, filamentis tenuiſſimis *Pluk. Alm.* 63. Found on *Hampſtead* Heath by Mr. *Rand.*

Conferva fluviatilis brevis extremis ramulis creberrime & tenuiſſime diviſis. Lapillis adnaſcitur in flumine *Hackney* River vocato.

Fila-

Filamentis ramoſis æqualibus.

Conferva filamentis æqualibus ramoſis, bullas aereas includens. Conferva filis ramoſis æqualibus radicatis. Fl. ſuec. 1024. *Conferva paluſtris bombycina.* Dill. muſc. 18. t. 3. f. 2. *Muſcus aquaticus bombycinus, tenuiſſimis filamentis.* Loeſ. pruſſ. 173. t. 55. Habitat in aquis ſtagnantibus. Conferva paluſtris bombycina. Alga bombycinia *C. B. Pin.* 363. 10. *Pr.* 155. Muſcus aquaticus bombycinus, tenuiſſimis filamentis *Fl. Pr. p.* 173. *ic.* 55. Paſſim in foſſis & aquis ſtagnantibus, quarum medio innatat æſtate & autumno; hyeme diſparet.

Conferva filamentis æqualibus baſin verſus ramoſioribus. Conferva rivulorum capillacea, denſiſſime congeſtis ramulis. Alga in tubulis aquam fontanam deducentibus *C. B. Pin.* 364. 4. In rivulis & ad molas.

Hæc procul dubio eſt ſpecies illa a *Rajo* obſervata, in the *Ciſtern at Leeds-abbey in Kent*, belonging to Sir *William Meredith*, & alibi in tubulis aquam fontanam deducentibus, cujus meminit *Syn. II.* 24. 2. quæ ſpecies revera differt ab Alga fontali trichode *C. B.* cui minus bene eadem habetur in *Hiſt. I.* 118. Ramulis brevibus denſe congeſtis, mollibus & herbaceis ab initio, per ſiccitatem vero cum limo adhærente in lapideam fere denſitatem indureſcentibus, locoque natali, in rivulis nempe purioribus & tubulis aquas ad moles ducentibus ab aliis facile dignoſcitur. Ceteroquin

Alga fontalis trichodes *C. B. Pin.* 364. 3. Alga ſeu Conferva fontalis trichodes *Park.* 1261. Trichomanes aquaticum Dalechampii *J. B. III. L.* 37. *p.* 784. planta videtur fictitia, radicibus fibriſque plantarum emortuarum in aqua dependentibus, quibus in *Hiſt. Lugd. p.* 1022. aliæ veræ radices appinguntur, ortum debens. Exiſtimat autem *Jac. Gargillus* apud *J. Bauhinum* eſſe radices Reginæ pratorum. Nec minus

Fucus ramoſus ligneus fluviatilis D. *Richardſon Raj. Hiſt. III.* 30. *&* *Syn. II. App.* 332. e plantarum familia expungi debet. Auctore enim monente & ſpeciminibus teſtantibus ſunt fibræ & nervi Fontinalis aqua diſſolutæ & foliis orbatæ, ſicuti folia hinc inde reſidua monſtrabant.

Conferva filamentis æqualibus ramoſis, exſiccatione coeuntibus in aculeos. Conferva terreſtris exilis fibrilloſa. Autumno & Hyeme oritur & in ver uſque durat. Locis udis ad foſſas & muros reperitur.

Conferva filamentis æqualibus ramoſiſſimis elongatis ſcabriuſculis. Conferva marina capillacea longa, ramoſiſſima mollis: Corallina viridis tenuiſſima & ramoſiſſima mollis *Doody Syn. II. App.* 330. Saxis adnaſcitur in foſſa pone *Sheerneſs*, quam mare ſingulis æſtibus replere ſolet, ſatis copioſe.

Conferva filamentis ramoſis mollibus digito brevioribus viridiſſimis. Conferva fontalis ramoſiſſima glomeratim congeſta. Conferva viridis capillacea brevioribus ſetis, ramoſior *H. Ox. III.* 644. 2. minor ramoſa *Ib. S.* 15. *T.* 4. *f.* 2. Non fit mentio loci in dicta Hiſtoria, mihi vero ea ſatis copioſe in fontibus vici *Godalmin* Provinciæ Suſſexienſis obſervata eſt. In the *Denham* Rivers.

Conferva filamentis æqualibus dichotomis. Conferva Plinii ſetis porcinis ſimilis *Merr. P.* Below *Charlton* in *Kent*, in the Marſh Ditches near the Thames; *Merr.* In omnibus nempe foſſis inter *Greenwich* & *Woolwich* ſatis copioſe.

Conferva filamentis proliferis faſtigiatis hirtis. Conferva marina pennata. Corallina comis ad inſtar caudæ vulpinæ ſparſis *Merr. Pin.* Found caſt upon the Beach between *Margate* and *Dover* Caſtle; *Merr.*

Conferva marina tomentoſa minus tenera & ferruginea. Ad rupes prope *Bognor.*

Conferva marina lubrica & mucoſa. In littore maris prope *Bognor* & *Cockbuſh*, comitatus Suſſexiæ.

Conferva gelatinoſa damæ cornua repræſentans. In foſſulis prati cujuſdam prope *Chicheſter* ante portam orientalem.

Conferva gelatinoſa tenerrima & viridiſſima, Muſcum quendam filicifolium repræſentans. Eodem in loco a D. *Manningham* obſervata.

Conferva filis ramoſis: filamentis alternis brevibus multipartitis digitatis. Conferva marina cancellata. Lapillis & conchis in ora maritima prope *Sheerneſs* adnaſcitur.

Conferva paluſtris tenuiſſima tomentoſa. Inter Muſcos paluſtres prope *Charlton* vere, & poſtea etiam in foſſis ſummis aquis innatantem obſervavi. On the Surface of Waters near *Haddington*.

Con-

Conferva marina tomentoſa tenerior & albicans. Muſcus maritimus Goſſypio ſimilis *C. B. Pin.* 363. *n.* 9. In foſſis & lacubus inſulæ *Selſey* æſtate.

Filamentis anaſtomoſantibus.

Conferva filamentis reticulatim coadunatis. Conferva reticulata *Doody Raj. II. App.* 1852. *Syn. II.* 24. 4. reticulata criſpa *Doody Pluk. Alm.* 113. *T.* 24. *f.* 2. *H. Ox. III.* 644. *S.* 15. *T.* 4. *f.* 4. In foſſis prope *Weſtmonaſterium* & in ericeto *Hounſlejano.*

Filamentis nodoſis.

Conferva filis ſimpliciſſimis ſetiformibus rectis: geniculis craſſioribus angulatis. Conferva marina nodoſa ex albo rubeſcens mollis, ſed minus lubrica. Muſcus marinus Corallinæ in modum articulatus, ex albo rubeſcens *Syn. II.* 9. 10. *Hiſt. I.* 79. 22. Longitudo ei vix palmaris, color arenæ marinæ æmulus in ſicca, in recenti ex viridi flavicans. In ramulos plurimos nullo ordine dividitur & ſubdividitur. Mollis eſt, non ut Corallina ſcrupoſa, ſapore ſalſo, & ut videbatur ſubacido. *Penſantiæ* Cornubiæ in littore inter alia maris rejectamenta obſervata *Rajo*, prope *Brackelſham* & *Cockbuſh*, mihi.

Conferva filis ramoſis moniliformibus, articulis globoſis gelatinoſis. Conferva fontana nodoſa, ſpermatis ranarum inſtar lubrica, major & fuſca. Aquis purioribus & limpidis gaudet, inque fontibus præſtantioribus, vel non procul ab eorum ſcaturigine in rivulis per ſaxa delabentibus naſci amat ſpecioſa hæc Conferva, quam antehac in Germania obſervatam in Anglia poſtea etiam obſervavi, in fonte quodam amplo pagi *Godalmin* pone viam, inque fonte quodam prope *Chicheſter* in Suſſexia. Hujus figura ſatis bona, niſi quod loco punctorum cuſpidulis male prædita ſit, proſtat in *Eph. Nat. Cur. Cent. V. & VI. App. p.* 60. *T.* 13. *f.* 3.

Filamentis geniculatis.

Conſerva filis geniculatis ſimplicibus: articulis alternatim compreſſis. Conſerva paluſtris ſeu Filum marinum Anglicum *Syn. I.* 15. 3. *II.* 24. 3. fluitans filamentis geniculatis *Pluk. Alm.* 113. geniculata minima *Ej. Ph. T.* 84. *f.* 9. *H. Ox. III. p.* 644. *S.* 15. *T.* 4. *f.* 4 *Raj. H. III.* 30. *Doody Syn. II App.* 332. *Marſh-thread.* In foſſis paluſtribus circa *Camalodunum*, *Shepey* & *Selſey* Iſland alibique reperitur. Variat ſi non diverſa ſpecies ſit: locis enim maritimis major, ut in *Hiſt. Ox.* exprimitur, quamvis minime ramoſa ſit, in aquis dulcibus minor occurrit, cui *Plukenetii* figura accedit. In the River near *Uxbridge.*

Conſerva filis geniculatis dichotomis. Conſerva marina nodoſa, lubrica, ramoſiſſima & elegantiſſima rubens. In ora maritima provinciæ Suſſexienſis a D. *Mannigham* & me obſervata valde elegans hæc Conſervæ ſpecies. Figuram vide Tab. 2. Fig. 3.

Conſerva filamentis geniculatis, ramis faſciculatis. Conſerva marina geniculata ramoſiſſima lubrica, brevibus & palmatim congeſtis ramulis.

Ab initio penitus rubet hæc ſpecies, mox in ſubfuſcum vergit colorem, dein vero penitus nigreſcit & aliam figuram acquirit, intermedios enim inferioreſve ramulos pleroſque dimittit, ſuperiores vero retinet, qui cum incremento peracto æqualis tunc longitudinis ſint, inſtar palmæ quaſi, in ſicca præſertim planta, explicantur, quem ſtatum figura *Plukenetii* præcipue repræſentat. Ejus ſynonyma ſunt: Corallinæ affinis ſeu Muſcus coralloides multifido capillaceo folio, Palmites pelagica nigra *Pluk. Alm.* 119. *T.* 47. *f.* 10. Muſcus capillaceus multifidus niger *C. B. Pin.* 363. 2. marinus niger capillaceus ramoſiſſimus *Doody Syn. II. App.* 330. ubi Corallinæ affini, inquit, ſeu Muſco marina tenui capillo *J. B.* creſcendi modo exacte quadrat, minime tamen ſcrupoſus eſt, & colore nigerrimo. Verum ſi armato oculo uterque inſpiciatur, manifeſto præterea in ſtructura differentia apparebit, ille enim Corallinæ inſtar articulatus, hic vero geniculatus ſaltem eſt. Frequens eſt in variis littoribus; pone *Sheerneſs*, *Cockbuſh* & alibi,

Con-

Conferva filamentis geniculatis flexuoſis, ramis ramuliſque brevioribus. Conferva marina trichoides lanæ inſtar expanſa. In paludibus maritimis Inſulæ *Selſey* fluitat, ubi eam mihi commonſtravit Rev. vir D. *Mannigham.* In ramulis ſuperioribus ob eorum tenuitatem nulla genicula obſervari poſſunt, quæ in inferioribus & aliquanto craſſioribus oculo armato adverti poſſunt.

Conferva filamentis geniculatis ramoſiſſimis viridibus. Conferva marina trichoides, ſeu Muſcus marinus virens tenuifolius *Pluk. Mant.* 53. *T.* 182. *f.* 6. On *Bognor* Rocks plentifully. Interſectiones in hac & ſequentibus duabus ſpeciebus ob tenuitatem vix conſpicuæ ſunt, oculo tamen armato revera tales apparent.

Conferva marina trichoides, ramoſiſſima, ſparſa. In ora maritima prope *Sheerneſs* lapillis adnaſcitur.

Conferva marina trichoides, ramulis virgatis longioribus glabris. In littore eodem copioſe provenit. On the Shore of *Canvey* Iſland.

Conferva marina geniculata albicans, diaphragmatis diſtincta. Corallina elatior ramoſiſſima mollis *Doody Syn. II. App.* 330. Ex cujus obſervatione palmaris eſt vel dodrantalis, in plurimos ramos diviſa, quos ramuli regulares, folia minutiſſime inciſa imitantes, circumdant. Prope *Brakelſham* & *Cockbuſh* in *Suſſexia* obſervavi.

Conferva marina geniculata ramoſiſſima lubrica, longis ſparſiſve ramulis. Muſcus marinus capillaris rubens geniculatus ramoſiſſimus *Buddle Hort. Sicc.* Sent to him by Mr. *Stevens* from *Cornwal.* It is elſe common enough at *Cockbuſh, Suſſex,* and about *Sheerneſs.* On the Shore of *Shepey* Iſland. Per vetuſtatem durior fit, & nigreſcit, ramulorumve partem amittit, ſub qua forma Fuci ſpeciem mentitur, & Fucus minimus hirſutus fibrillis herbaceis ſimilis vocatus fuit *Doodio Syn. II. App.* 330.

Conferva filamentis geniculatis ramoſiſſimis e centro confertiſſimis globum conſtituentibus. Conferva globoſa, filamentis articulatis ramoſiſſimis e centro prodeuntibus rectis. *Habitat in lacubus.* Near *Wisbech* in the Iſle of *Ely.*

BYSSUS.

FIBRÆ *ſimplices, uniformes, lanuginoſæ ſ. pulverulentæ.*

Fi-

Filamentoſæ.

Biſſus filamentis plumoſis natantibus. Byſſus latiſſima papyri inſtar ſuper aquam expanſa.

Verno tempore ſtagnantibus aquis tota obducitur, eaſque tenuiſſima & æquabili cruſta latiſſime obducit, nullis nec geniculis, ut Conſerva, nec nudis oculis perceptibili tomento, ſed ex tenui ſaltem lamina viridi conſtans.

Byſſus lanuginoſa violacea lignis adnaſcens. Byſſus pulverulenta violacea lignis adnaſcens. Fungus violaceus herpetis modo lignis irrepens *Doody Syn. Ed. II. App.* 337. Pulveris ſubtiliſſimi inſtar e lignis vetuſtis naſcitur.

Byſſus filamentoſa viridis. Byſſus tenerrima viridis velutum referens. Conferva minima viridis terreſtris *Buddl. Hort. Sicc. Vol. II. fol.* 17. ubi annotaverat; this I find lying like green *Satin* on Gravel-walks. Tomenti enim inſtar naſcitur e terra hyberno tempore, quam viridiſſimo holoſericeo velut tapete operit. Februario in ſylvula prope *Charlton* obviam venit.

Byſſus capillacea pulverulenta, fructificationibus ſparſis, filamentis ſimplicibus ramoſiſque. Byſſus aureus Derbienſis humifuſus *Pet. Cat. Gaz. Vol. I. n.* 122. *T.* 13. *f.* 3. Muſcus croceus ſaxigenus holoſericum referens, ſeu Byſſus petræa *D. Lhwyd Syn. II.* 40. 2. *Saffron-coloured ſilken Stone-moſs.* Cameratis *Arvorniæ* rupibus lanuginis inſtar glomeratim hinc inde adnaſcitur. Per ſiccitatem coloris fit cinerei.

Byſſus arborea crocea fibroſa D. *Richards.* Per ſiccitatem colorem retinet & ex lana rigidiore quam præcedens conſtat.

Pulverulentæ.

Byſſus pulverulenta atra. Byſſus petræa nigerrima *Ejuſd.* In comitatu Eboracenſi cum antecedenti obſervata ab eodem.

Byſſus arborea barbata, fulvi coloris. Pſeudoſpongia fungoides fulva, lignis adnaſcens *Doody Syn. II. App.* 334. Fungus, inquit, barbatus fœtidus a D. *Baniſter* e Virginiâ miſſus, & a D. *Plukenet* ſculptus *T.* 184. *f.* 10. cum jam dicto idem eſt, vel illi proxime affinis. Fibræ a centro parum contortæ tendunt

tendunt & terminantur. An, quærit, Fungus ſpongioſus maximus aqueus e Fraxinorum truncis exſudans D. *Tancr. Robinſon Synopſ.* (quod non videtur, idem vero cum *Plukenetiano* videtur, Fungus ſetaceus *Bocc. Muſ. P.* 1. *T.* 303. *f.* 6.)

Fungus ſpongioſus niger reticulatus, doliolis vinoſis adnaſcens *Syn. II.* 18. 37. ſpongioſus niger, pannum laneum textura ſimulans, doliolis vinoſis adnaſcens *Pluk. Alm.* 164. Obſerved by Mr. *Doody.* It is ſo like Spunk, that at firſt Sight it is ſcarce to be diſtinguiſhed from it. Common in the Wine Vaults in *London.*

Fungus vel potius Spongia viridis, doliolis adnaſcenti ſimilis. Tabulis ligneis adnaſcitur in fluvio Thameſi prope *Greenwich* & *Woolwich*; Mr. *Dood. Not. Mſcr.*

Byſſus pulverulenta incana, farinæ inſtar ſtrata. Byſſus pulverulenta incana farinæ inſtar ſtrata. Super terram Muſcoſve putreſcentes farinæ inſtar ſternitur. Autumno & hyeme paſſim locis uliginoſis, quo radii ſolares minus pertingunt, comparet.

Byſſus pulverulenta viridis. Byſſus botryoides ſaturate virens. Ad ſcrobes & viarum loca excavata, quo radii ſolares non pertingunt in ericeto Hamſtedienſi, æſtate.

Byſſus pulverulenta ſanguinea ſaxis innaſcens. Byſſus perennis pulverulenta rubra lapidibus innaſcens. *Fl. lapp.* 528. *Fl. ſuec.* 1125. * *Gvett. ſtamp.* 1. *p.* 3. *Roy. lugdb.* 520. Byſſus germanica minima ſaxatilis aurea violæ odorem ſpirans. *Mich. gen.* 210. *t.* 89. *f.* 3. Jolithus ſ. lapis violaceus. *Swenck. foſſ.* 382. *It. weſtrogothie.* 9. 250. * 254. 263. *Habitat in ſylvis opacis, ſupra ſaxa ante unum alterumve annum everſa & ſupinata.*

SPONGIA.

RAMIS *ex filis contextis in conſiſtentiam panni ſ. tophi.*

Tenaces.

Spongia tenax ramoſiſſima erecta: ramis teretiuſculis obtuſis. Spongia ramoſa *C. B. Pin.* 368. 6. ramoſa Britannica *Park.* 1304. Conſervæ marinæ genus *Lob. Ic. T.* 2. 257. *Branched Sponge.* Found by *Lobel* on the Coaſt of *Portland* Iſland among the Sea-wrack. Of this kind Mr. *Newton* alſo ſhewed me Specimens found by himſelf

himſelf on the Britiſh Shores. On the Shores of *Shepey* Iſland.

Variat hæc ſpecies, & nunc ramulis eſt oblongis & teretibus, de qua *Lobelius* & *Ger. Em. p.* 1577. quæ inſula Sheppy pone Sheerneſs ſubinde obſervatur : vel ſummitatibus planis latiſve, caulibus vero vel ramis anguſtioribus obſervatur : vel ſummitatibus eſt acuminatis, caulibus autem latiuſculis, crebris ſecundum longitudinem ramulis acutis cornuum inſtar enaſcentibus, quæ Spongiæ romoſæ alterius Anglicæ nomine a *Parkinſono p.* 1304. exhibetur, quæ varietates ſpecie forte diſtingui merentur.

Spongia parva ſordidior ex Oſtrearum conchis *Pluk. Alm.* 356.

Ex cauliculis anguſtis clavatis, unciam & duas uncias longis, non ramoſis, conſtat, qui modo leviter compreſſi, modo teretes, levi & ſordidiore cruſta ſpongioſa, fuſca obſeſſi obſervantur. Variis adnaſcitur Fucis aliiſve rebus marinis, & in littore Suſſexiano ſæpe occurrit.

Spongia dichotomos teretifolia viridis. Fucus teretifolius ſpongioſus parvus *Syn. II.* 4. 11. ſpongioſus teres ramoſior viridis erectus D. *Stevens H. Ox. III. p.* 647. *S.* 15. *T.* 8. *f.* 7. On the Coaſt of *Cornwal.* Among the *Bognor* Rocks in *Suſſex.*

Altitudo palmaris, Ramuli & folia craſſa, teretia & veluti holoſericea, aquam Spongiæ inſtar imbibunt, unde facile exprimitur.

Spongia dichotomos compreſſa, ex viridi ſplendens D. *Stevens.* Alga ſpongoides Monſpeſſulana viridis *Petiv. Gaz. Tab.* 4. *f.* 12. On the Coaſt of *Cornwal.* Differentiam titulus indicat.

Fragiles.

Spongia repens fragilis, ramis teretibus obtuſis. Spongia ramoſa fluviatilis *Faſc.* 20. *Hiſt. I.* 81. *Syn. I.* 7. 2. *II.* 11. 2. *Branched River-ſponge.* In fluvio Hiera (Yare) prope Nordovicum urbem a D. *Newton* inventa eſt. (Dr. *Richardſon* retibus involutam & piſcando extractam ſæpius obſervavit in lacu *New Millerdam* dicto, prope *Wakefield* agri Eboracenſis oppidum.)

Spongia erecta fragilis, ramis teretiuſculis. Spongia fluviatilis ramoſa fragilis *Syn. II.* 11. 3. fluviatilis anfractuoſa

tuoſa perfragilis ramoſiſſima noſtras *Pluk. Alm.* 356. *T.* 112. *f.* 3. Muſcus aquaticus ceratoides *Kylling. Vid. Dan. p.* 106. *Fl. Pr. p.* 172. *Ic.* 52. *Brittle branched River-ſponge.*

In the River Thames by *Swythens Wyars*, near *Oxford*; Mr. *Bobart.* In fluvio *Camo* inter Cantabrigiam & Cheſterton; D. *Morton.* (In the River by *Waltham Abbey* in *Eſſex.* In the River *Nen* two Miles above *Peterborough.* It is ſometimes white. The Seeds are very conſpicuous through the whole Body of the Sponge. It does not always branch, but ſpreads itſelf on Stones, Wood, or Ground, and ſometimes the Branches riſe from theſe Subſtances; Mr. *Doody in his Notes.*)

Spongia informis durior, compreſſa.

Non ramoſa, nec erecta eſt, ſed plana & ſeſſilis. Color eſt albidus, ſubſtantia duriuſcula, innumeris foraminibus parvis pertuſa, quibus intermixta obſervantur hinc inde eminentiæ quædam, foramine majuſculo in medio donatæ. Petris, Bognor-rocks dictis, in litore Suſſexiano adnaſcitur; Dr. *Dillenius.*

Pſeudo Spongia coralloides *Doody Syn. II. App.* 346.

Ex multis fibris tenuibus, albis micis cryſtallinis inæqualibus, hinc inde ramulis tranſverſis coaleſcentibus corpus gibboſum conſtituitur: externe in apicibus terminantur fibræ, adeo ut totum echinatum appareat. Haud fragile eſt, guſtanti autem ſcrupoſum videtur. E qualo ſubmarinarum ad ſalinas non procul a *Portersfield* in agro Hamptonienſi lectarum; *Doody.* Found alſo in *Portſea* Iſland at *Galhamhaven*; *Id. Ann. Manuſcr.*

ZOOPHYTA.

Has Linnæus, Peyſonellum ſequutus, regno adjecit animali.

ALCYONIUM.

ALcyonium eſt plantæ genus in aquis naſcens, fungiforme, variæ figuræ, cruſta in quibuſdam ſcrupoſa, in aliis calloſa tectum, ſubſtantiæ intus ſpongioſæ, in aliis ſpeciebus quaſi carnoſæ; *D. Breynius Eph. N. Cur. Cent. VII. & VIII. App. p.* 158.

Alcyonium ramoſum molle, medullæ panis intus ſimile. Spongia ramoſa fiſtuloſa Veneta *Park.* 1305. *Ic.* Fucus marinus noſter, ſimilis medullæ panis *Ant. Donati,*

ti 112. *Ic. bon.* Inter alia maris purgamenta ad pagum *Borth* in agro Cereticenſi *D. Lloyd* legit. Prope *Sheerneſs* quandoque etiam reperitur. On *Shepey* Iſland, 1750. Nomen *Donati* aptius competit huic plantæ, quam *Parkinſoni.*

Alcyonium ramoſo-digitatum molle, aſteriſcis undiquaque ornatum *Breyn. Eph. Germ. Cent. VII. & VIII. Ap. p.* 159. ubi deſcriptio. An Palma ſive manus marina *J. B. III.* 797? E mari prope Lizard Point expiſcatum.

Burſa marina & Alcyonii genus 4 Cæſ. *C. B. Pin.* 368. 12. Algæ pomum Monſpelienſium *J. B. III.* 795. Pila ſeu Sphæra marina, Burſa marina, Algæ pomum *Chabr. fig.* 570. Pulmo marinus alter *Rondel.* 132. Corpus quoddam rotundum, Pilæ marinæ modo &c. *Geſn. Ic. Anim. p.* 266. *Pet. Syn. II. App.* 321.

Hujus figuræ una cum deſcriptione Burſæ marinæ a *Rajo* inventæ in litoribus Siciliæ & deſcriptæ *Hiſt. Pl. T. I. p.* 83. bene convenire videntur cum fœtu illo marino mihi exhibito a *D. Williams*, quem prope littus noſtrum invenit, cum Algas indagaret; *Petiv. Syn. II.* 321.

Adianti aurei minimi facie planta marina.

Tota planta coloris eſt ſtraminei. Caules ſeu potius culmi ſunt cavi, liquore craſſo rubeo repleti, cruorem potius referente, quam plantarum ſuccum, unde forte ad Zoophyta referenda. Si culmi inferius digito premantur, liquor rubens ſurſum tendit, & flores ſeu capitula reflexa erecta reddit; *D. Lloyd Act. Phil. Vol. XXVIII. An.* 1713. *p.* 275. *Ic. Tab.* 81.

ESCHARA.

ESchara eſt plantæ genus fere lapideum, telam textura ſua quodammodo referens; *Inſt. R. Herb.* 576.

Eſchara retiformis. Reticulum marinum *J. B. III.* 809. Conchis teſtiſve adnaſcitur & circa *Cockbuſh* in Suſſexia ſæpe reperitur.

Millepora arenoſa Anglica *Muſ. Pet. n.* 271.

Anomala eſt planta nec cum Eſchara, nec cum Madrepora, aliove genere exacte conveniens. Found at

Deal

Deal by Mr. *Cunningham.* Mr. *Buddle* received it from Mr. *Thorne*, who collected it near *Haſtings.* Among the *Bognor* Rocks, *Suſſex.*

CORALLIUM.

Corallium eſt plantæ genus fere lapideum, ramoſum, arbuſculæ aut fruticis aphylli figura, nullis foraminibus conſpicuis pervium.

Corallium album pumilum noſtras *Syn. II.* 1. 1. *Small white Coral.* A Corallio albo *Lob. Ger. Park.* differt.

It is found plentifully in the *Ouze dredged* out of *Falmouth* Haven, to manure their Lands in *Cornwal.* It is not unlikely that it may alſo grow on the Rocks about St. *Michael*'s Mount, though we obſerved it not there. Variat colore e luteo vireſcente.

Corallium minimum calcariis rupibus adnaſcens *Syn. II.* 2. 2. minimum Armoricum & Cambrobritannicum, rupibus adnaſcens *Pluk. Amalth.* 64.

In rupibus Arvorniæ, cum in monte *Snowdon* prope *Lhan-Berys*, tum præcipue circa *Lhan-Didno* Conovio non procul. Hanc ſpeciem, quamvis terreſtris ſit, ob cognationem huc retulimus; *D. Lhwyd.* (Quomodo differt a præcedenti? *Doody Not. Mſcr. ad Syn.*)

LITHOPHYTON.

Lithophyton eſt plantæ genus, ſubſtantiæ velut corneæ & lapidem inter ac lignum mediæ, cui plerumque adhæreſcit cortex vel fibris contextus, vel tartari æmulus; *Inſt. R. Herb.* 173. Keratophyti nomine aptius hoc genus diſtinguit D. *Boerhaave.*

Keratophyton flabelliforme, cortice verucoſo obductum. Coralloides granuloſa alba *J. B. III.* 809. Frutex marinus flabelliformis, cortice verrucoſo obductus *Doody Syn. II. App.* 327.

Deſcriptio, inquit *Doody*, Arbuſculæ marinæ coralloidis *Cluſii* huc plurimum convenit, colore tamen non miniaceus eſt, ſed albidus, & altitudine ſemipedem vix ſuperat. D. *Woodward* M. D. & in Collegio Greſhamenſi Præ-

Prælector Medicinæ, hunc accepit a D. *Cole* Briſtolienſi qui retulit ſe majores inveniſſe in littore Cornubienſi; *Doody*. (Ejuſmodi ſpecimen pedem longitudine æquans in Inſula St. *Georgii* prope *Weſtlow* comitatus *Cornub.* collectum in *H. S. Buddl. Vol. I. fol.* 2. aſſervatur.)

Keratophyton dichotomum; caule & ramulis leviter compreſſis. Found by Mr. *Dale* growing near *Margate*. On the Shores of *Shepey* Iſland.

CORALLINA.

CORallina eſt plantæ genus in aquis naſcens, tenuiſſime diviſum, ex partibus conſtans articulatione quadam veluti conjunctis; *Inſt. R. Herb.* 570.

I. Corallinæ per gomphoſin articulatæ.

SEU quarum articuli ſuperior pars craſſior, inferior autem anguſtior in latiorem incumbentis partem clavi inſtar infigitur.

Corallina *J. B. III.* 810. Anglica *Ger.* 1379. pennata longior *Ph. Br.* 31. Muſcus coralloides ſquamulis loricatus *C. B. Pin* 364. 2. candidus coralloides ſquamatus *Lob. Ic. T. II.* 249. *Sea-coralline.* Rupibus marinis, interdum etiam conchis aut teſtis accreſcit ubique fere apud nos. Variat colore albo, purpureo, luteo aut virente. Cauliculo eſt & ramulis pyxidatim articulatis.

Huic eadem vel ejus ſaltem varietas eſt: Corallina magis erecta pennata, eburneo nitore candicans *Pluk. Alm.* 118. Muſcus marinus geniculatus, eburneo nitore candicans erectus, cauliculis pennatis *Ej. Ph. T.* 48. *f.* 4. quæ figura minus bona ac *Gerardi* & *Tabernæmontani* figuræ. Nam nonniſi pluviis & inſolatui ortum debere videtur.

Corallinæ craſſiuſculæ contritæ pulvis in vino, lacte aut Caſſia exhibitus, pueris ad drachmam dimidiam, adultioribus ad drachmam unam interaneorum vermes enecat & expellit.

Corallina ramoſa parva *Ph. Br.* 31. muſcoſa, ſeu Muſcus marinus tenui capillo, ſpermophoros *Pluk. Alm.* 119. *T.* 168. *f.* 3. *H. O. P. III. p.* 651. *S.* 15. *T.* 9. *f.* 9.

f. 9. Muſcus coralloides ramoſiſſimus polyſpermus D. *Robinſon Syn. II.* 9. 11. Common about the *Buoy of the Nore*, eſpecially beyond *Sheerneſs*. *Petiver* obſerved it near *Leigh* in *Eſſex*. Near *Canvey* Iſland, *Eſſex*. Vaſcula ſeminalia ſecundum ramulos creberrima, ſubrotunda.

Corallina parva tenuiſſima, eburnei nitoris, plumoſa *Pluk. Amalth.* 64. Muſcus marinus plumiformis, ramulis & foliis denſiſſimis capillaceis *Cat. Jam.* 6. *Raj. Hiſt. III.* 15. Ad oras noſtras maritimas ſponte naſcitur, affirmante *Plukenetio*.

Corallina capillaceo multifido folio albido *Inſt. R. H.* 571. Corallinæ affinis, ſeu Muſcus marinus tenui capillo *J. B. III.* 811. deſcr. Muſcus capillaceus multifido folio albidus *C. B. Pin.* 363. 1. marinus, ſive Corallina rubra *Ger.* 1379. marinus rubens, ſive Corallina rubens *Park.* 1296. *Fine-leafed Coralline-moſs.* Saxis, teſtis, Algæ, aliiſque plantis marinis adnaſcitur. Variat colore rubente, viridante, cinereo, nigro, albicante. (Figuræ Botanicorum vel non exprimunt, minuſque bonæ ſunt, vel aliam deſignant plantam.)

Corallina capillaceo folio tenerior, candidiſſima & nodulis aſperſa. Fucus minimus capillaceus ramoſiſſimus, per ſiccitatem albicans *Syn. II.* 8. 11. Found by Dr. *Robinſon* amongſt Oyſters.

Corallina geniculata mollis, internodiis rotundis brevioribus noſtras *Pluk. Mant.* 56. Muſcus coralloides mollis elatior ramoſiſſimus Doody *Syn. II. App.* 330. Pone *Sheerneſs*.

Ab initio viret, per ſiccitatem vero & in littus diu ejecta albicat. In crebros ramulos, hique in minores breveſque glomeratim dividuntur.

Corallina confervoides gelatinoſa alba, geniculis craſſiuſculis pellucidis.

Lubrica eſt & valde tenera. Per dichotomiam ſemper dividitur. Lapillis adnaſcitur in littore Suſſexiano prope Cockbuſh. Dr. *Dillenius*. On the *Bognor* Rocks abundantly.

Corallina confervoides gelatinoſa rubens, ramulis & geniculis perangustis. Muſcus marinus capillaris rubens non ramoſus D. *Dale M. P.* 274. ſed vere ramoſus eſt, ſi attente examinetur, quamvis minus crebro. Ad *Cockbuſh* & pone *Sheerneſs*.

Corallina lenta purpurea compreſſa. Fucus purpureus humilis tenuiter diviſus geniculatus D. *Stevens H. Ox. III. p.* 646. *S.* 15. *T.* 8. *f.* 14. In Cornwalliæ littore collecta eſt hæc ſpecies.

II. Corallinæ vel denticulatim diviſæ, vel capillamentis piliſve obſitæ.

Corallina Aſtaci corniculorum æmula *J. R. H.* 571. Corallinæ affinis non ramoſa arenacei coloris, Aſtacorum corniculi inſtar geniculata *Pluk. Alm.* 119. Muſcus marinus ſeu Coralloides non ramoſus erectus, arenacei coloris, Aſtacorum corniculi adinſtar geniculatus *Ej. Ph. T.* 48. *f.* 6. M. marinus equiſetiformis non ramoſus *Syn. II.* 9. 6. *Horſe-tail Sea-moſs.*

Plurimi ad eadem radice exeunt ſcapi, ſeta equina craſſiores, intus concavi, creberrimis geniculis, & ad ſingula breviſſimis ſetarum velut rudimentis, in ambitu quinis, obſiti. Found on the Rocks by Mrs. *Ward*, an ingenious Gentlewoman of *Gisburgh* in *Cleveland*, *Yorkſhire*, and by her named *Sea-beard*; I ſuppoſe from its growing in a thick Tuft; Mr. *Lawſon.*

Corallina ramoſa cirris obſita. Fruticulus elegans geniculatus, cirris obſitus *Doody Syn. II. App.* 331.

Palmaris, inquit, eſt, ramoſus, albus, craſſitie culmum triticeum æquans, ſubſtantiæ Coralloidis, parte inferiore corneus & tenax, ſuperiore eleganter geniculatus, vertebrarum piſciculorum æmulus. In littore Dubrenſi collegit D. *Dare* Pharmacopœus Londinenſis. (Cauliculi prioris inſtar formati ſunt & abraſis cirris vel pilis ejuſdem ubivis ſtructuræ obſervantur, qua de cauſa priori proxime hic jungitur.)

Corallina marina abietis forma *J. R. H.* 571. Corallinæ affinis, Abies marina dicta *Pluk. Alm.* 119. Muſcus marinus major argute denticulatus Raj. Hiſt. *Ejuſd. Ph. T.* 48. *f.* 5. Muſcus coralloides marinus denticulatus major *Syn. II.* 8. 2. maritimus Filicis folio *C. B. H. Ox. III. p.* 650. *S.* 15. *T.* 9. *f.* 1. (bona, ſed perperam *C. B.*) Muſci marini genus foliis pinnatis, & Abies Cluſii Belgica *J. B. III.* 799. Abieti ſimilis maritima *C. B. Pin.* 365. 13. Abies marina Belgica *Cluſ.*

H.

H. 35. ex ſententia D. *Plukenet:* & revera icon hanc exacte refert, niſi quod caulis lævis abſque denticulis pictus ſit. *Toothed Coralline-moſs the greater.* Fuco phaſganoidi adnatum, obſervavi in mari Britannico.

Corallina minus ramoſa, alterna vice denticulata. Muſcus marinus denticulatus minor, denticellis alternis *Syn II.* 8. 3 Found on the Sea-ſhores by Mr. *Newton.* On Pebbles near the *Bognor* Rocks. (Oſtrearum teſtis non raro adhærens obſervatur. Lenticulæ, quæ e denticulorum alis enaſcuntur, vacuæ ſunt, lineis tranſverſis externe ſtriatæ. Vid. Tab. 2. fig. 4.)

Cum ſequenti eundem facit D. *Doody in Ann. Manſcr. ad Syn* ſed planta ipſa plane repugnat, & veriſimilius videtur ſequentem potius ad Muſcum pennatum ramulis & capillamentis falcatis pertinere.

Corallina muſcoſa denticulis bijugis, unum latus ſpectantibus *Pluk. Alm.* 119. Muſcus marinus denticulatus, denticulis bijugis unum latus ſpectantibus *Syn. II.* 8. 5. Found by Mr. *Newton.*

Corallina ſcrupoſa pennata, cauliculis craſſiuſculis rigidis *Pluk. Alm.* 119. Fruticulus marinus, cauliculis craſſiuſculis teretibus rigidis, pennatus *Syn. II.* 2. Found by Mr. *Newton.*

(Oſtrearum teſtis ſæpe adhæret. Ramuli vel pennæ alternatim denticulatæ ſunt. A *D. Vernon*, fidem faciente *Hort. Sicc. Buddlejano Vol. I. f.* 1. in aquis dulcibus prope *Cantabrigiam* etiam reperta eſt hæc ſpecies, verum aliquanto tenerior & minor, quæ ſub nomine Fruticuli fluviatilis viticulis illis præcedentis tenuioribus in dicto *H. S.* agglutinata eſt. Hanc ſpeciem detritis per vetuſtatem ramulis, pro Fuco minimo hirſuto fibrillis herbaceis ſimili habet *Buddle H. S. Vol. I. f.* 16. Verum veroſimilius eſt, Muſcum marinum capillarem rubentem geniculatum ramoſiſſimum ipſius *Buddl.* qui per vetuſtatem Fuco radicibus arborum fibroſis valde ſimilis, niſi quod minor ſit, a *Doodio* intellectum fuiſſe.)

Corallina muſcoſa pennata, ramulis & capillamentis falcatis *Pluk. Alm.* 119. *T.* 47. *f.* 12. Muſcus pennatus, ramulis & capillamentis falcatis *Syn. II.* 9. 7. *H. Ox. III. p.* 650. *S.* 15. *T.* 9. *f.* 2. marinus ſpiralis pennatus n. d. *Johnſ. Merc. Bot. P. II. p.* 26. *Ph. Br.* 78. *Merr. Pin.* 81. *Sickle-feathered Sea-moſs.*

Plantula eſt perelegans. Ramuli & capillamenta reflexa ſunt, falcis aut pennarum in cauda Galli gallinacei in modum. Muſcum hunc ipſum eidemve valde ſimilem & affinem ad me tranſmiſit D. *Lhwyd* titulo, Cupreſſi marinæ Belgicæ *Cluſ.* Fuci Equiſeti facie *Sibbald. Pr. Hiſt. Nat. Scot. Tab.* 12. quem Fucis adnaſcentem in maritimis *Venedotiæ* & *Demetiæ* obſervavit. (Pone *Sheerneſs* in littore ſæpe obſervatur.) On the Shores of *Shepey* Iſland.

Corallina muſcoſa, alterna vice denticulata, ramulis in creberrima capillamenta ſparſis *Pluk. Alm.* 119. *T.* 48. *f.* 3. Muſcus marinus erectior, ramulis in innumera & tenuiſſima capillamenta diviſis *Syn. II.* 9. 8. marinus argenteus coralloides ramoſus erectus *Bocc. Muſ. P. I. p.* 259. *T.* 6. *f.* 6. marinus minor denticulis alternis Raj. Hiſt. & Syn. *H. Ox. III.* 650. *S.* 15. *T.* 9. *f.* 4.

Figura *Bobarti* bona eſt & melior, quam *Plukenetii*, ſed male pro alternatim denticulato proponitur, quin potius hujus denticuli ex adverſo locantur, licet id ob eorum exilitatem minus conſpicuum ſit. Ad littus maris juxta *Sheerneſs* ſæpe copioſe obſervarur. Variat & ſubinde cum ramulis brevioribus reperitur.

Corallina muſcoſa denticulata procumbens, caule tenuiſſimo, denticellis ex adverſo ſitis *Pluk. Alm.* 119. *T.* 47. *f.* 11. *J. R. H.* 570. Muſcus marinus denticulatus procumbens, caule tenuiſſimo, denticellis bijugis *Raj. H. l.* 79. *Syn. II.* 8. 4. *H. Ox. III.* 650. *S.* 15. *T.* 9. *f.* 3. item Corallina marina minima lendigera *J. R. H.* 571. Muſcus marinus lendiginoſus minimus, arenacei coloris *H. Ox. III.* 650. *S.* 15. *T.* 9. *f.* 2. Ambæ enim una eademque planta ſunt. Found by Mr. *Newton.*

Corallina pumila repens, minus ramoſa. Muſcus coralloides pumilus, denticellis bijugis *Doody Syn. II. App.* 330.

Quercui marinæ aliiſve Fucis frequenter adnaſcitur, & ſuper eorum folia repit, unciam, ſi ſinguli ſpectentur ramuli, longitudine non ſuperans, cauliculi autem, qui denticulis orbi obſervari ſolent & e quibus ramuli egrediuntur, longius protenduntur.

Corallina pumila erecta, ramoſior. Muſcus coralloides

des pumilus ramoſus *Doody Syn. II. App.* 330. Fucis variis adhæret. Figuram vid. Tab. 2. fig. 1.

Muſcus coralloides ſetaceus non ramoſus *Doody Syn. II. App.* 330.

Tabulis, inquit, navium adnaſcentem vidi, Muſco marino Equiſetiformi non ramoſo *Synopſ.* ſimilem, verum non geniculatum, ſed alternatim denticulatum.

Fucus telam lineam ſericeamve textura ſua æmulans *Syn. II.* 5. 16. *Inſt. R. H.* 568. *T.* 334. marinus ſcrupoſus albidus, telam ſericeam textura ſua æmulans *H. Ox. III. p.* 646. *S.* 15. *T.* 8. *f.* 16. Alga marina platyceros poroſa *J. B. III.* 809. Porus cervinus Imperati *C. B. Pin.* 367. 7. *Broad-leafed horned Wrack.* In littus ejectus hinc inde reperitur. Virentem nemo adhuc obſervavit, unde conjicere licet in profundioribus eum naſci.

Fucus marinus ſcrupoſus albidus anguſtior compreſſus, extremitatibus quaſi abſciſſis *H. Ox. III. p.* 646. *S.* 15. *T.* 8. *f.* 17. Fuci telam lineam ſericeamve textura ſua æmulantis altera ſpecies anguſtior *Syn. II.* 5. 16. In littoribus maris hinc inde, ſed minus quam prior frequens, a qua diſtincta omnino ſpecies eſt.

F U N G I.

A G A R I C U S.

FUNGUS *horizontalis, ſubtus lamellatus.* OBS. *Agaricus* D. caret petiolo, & margine laterali adnaſcitur. *Amanita* D. inſtruitur petiolo, centro orbiculati capitis inſerto. *Agaricos* Dill. ab *Amanita, Boleto & Erinaceo* Dill. non ſpecie differre, ſed ſolo loco naſcendi mutatos reddi, ſuadent obſervationes quotquot hactenus fuere inſtitutæ.

Stipitati, pileo, orbiculato.

Agaricus ſtipitatus, lamellis ramoſis decurrentibus. Fungus luteus ſeu pallidus, Chanterelle dictus, ſe contorquens eſculentus, *J. B. III.* 832. anguloſus & velut in lacinias ſectus *C. B. Pin.* 371. *n.* 20. Auricula leporis lutea, de Geilhaſenoor, oft beter Seeme-leire Fungi

Sterb. p. 59, 60, 61. *T.* 4. *B. B.* Fungi lethales, *Ger.* 1384. (ſed male, ſunt enim innoxii, quin & optimi.) In ſylvis ſub arboribus. In *Waſhingley* Woods, *Huntingtonſhire.*

Variat magnitudine & colore: nunc enim major eſt, nunc minor occurrit. Colore eſt plerumque pallidiore, non raro tamen ſaturatiore & croceo ubique tinctus obſervatur.

Fungi eſculenti decimi quarti generis ſpecies ſecunda Cluſii, aut ei ſimilis D. *Dale Faſc. Syn. II.* Cluſiano major eſſe videtur, pediculo breviſſimo craſſo, capitulo ſurſum reflexo, ut coni inverſi ſeu infundibuli ſpeciem referat, margine non exacte circulari, ſed in angulos excurrente. Color luteus & in adultis rubeſcens. In ſylvis aut ſylvoſis a D. *Dale* obſervatus. (Prioris varietas eſt, ni idem videatur.)

Agaricus ſtipitatus, lamellis dimidiatis ſolitariis, ſtipite volvato: apice dilatato, baſi ovato. Fungus minor campeſtris rotundus, lamellatus, inferne albus, ſuperne purpureus. Ovi columbini magnitudinem raro ſuperat. Capitula nunquam expanſa vidi. Pediculi breves craſſi. De Eſculentorum familia eſt. In paſcuis ſiccis circa initium Novembris aliquando apparet; Dr. *Richardſon.*

Fungus pileolo lato, longiſſimo pediculo variegato, *C. B. Pin.* 371. *n.* 24. Fungi longiſſimo pediculo candicantes, ſed maculati eſculenti *J. B. III.* 826. eſculenti 18 genus. *Cluſ. Hiſt. CCLXXIV.* Fungus quercinus, διφακοειδης *Col.* ex ſententia D. *Liſter,* quamvis *C. Bauhinus* in *Pin.* diverſum faciat, quem nos in Hiſtoria ſequuti ſumus; notis tamen diligenter collatis cum D. *Liſter* ſentimus. Obſerved frequently in *England* by the forenamed worthy Perſon; as in *Cheſterton* Cloſe near *Cambridge,* and in the Woods in *Lincolnſhire*; in the Woods near *Thorndon* in *Eſſex,* and in *Biſhops-wood* near *Hampſtead,* who alſo experienced it in eating to be more ſavoury than the Champignon.

Fungus quercinus διφακοειδης *Col. Ec. P. I. p.* 336. bulboſus fuſcus duplici pileolo *C. B. Pin.* 371. 25. Ex obſervatione D. *Dale,* (Vid. *Faſcic. Syn. Ed. II. præfix.)* qui utrumque invenit. Specie diverſus eſt a Fungo eſculento 18 *Cluſ.* i. e. Fungo pileolo lato longiſſimo pediculo variegato *C. B.* ideoque ab illo ſeparandus.

Agaricus ſtipitatus, lamellis omnibus magnitudine æqualibus. Fungus magnus rubentis ſeu incarnati coloris, *Syn. Ed. II. p.* 14. *n.* 22.

Fungus

Fungus minor pileolo lato, ſuperne candido, lamellis ſubtus creberrimis pallide rubentibus, ſeu incarnati, ut vocant, coloris *S. Dale. Faſc. Syn. II.* Pediculus brevis & modice craſſus. In ſylvis D. *Dale* obſervavit. In Paſtures near *Paddington.* An a prima ſpecie diverſus?

Agaricus ſtipitatus, pileo convexo, lamellis baſi mucrone dentatis. Fungus pileatus major, ſuperne coloris caſtanei, lamellis candidis, caule maculato D. *Sherard, Syn. II.* 12. 5. In the County of *Down,* in *Ireland.*

Agaricus ſtipitatus, pileo plano carneo lacteſcente, lamellis ruffis, ſtipite longo carneo. Fungus lacteſcens non acris, *Doody Syn. II. App.* 334. Capitellum habet duas uncias latum, fuſcum, pediculum brevem. Apud *Belbar* non procul ab aquis medicatis Northallenſibus, ubi etiam obſervavi Fungum bulboſum obſcure fuſci coloris, capitello minore, cujus diameter craſſitiem pediculi non æquabat; *S. Doody.*

Fungus major rubeſcens pediculo brevi craſſo, lamellis crebris albentibus *Syn. II.* 12. 7. Colore eſt exterius vel rubente, vel fulvo, pulpa candidiſſima. Sub *Quercubus* menſe Auguſto. Piperis ſaporem habet.

Agaricus ſtipitatus, pileo planiuſculo lacteſcente: margine deflexo lamellis incarnato-pallidis. Fungus piperatus albus lacteo ſucco turgens, *J. B. III.* 2. 825. F. 10. ſive pileolo lato orbiculari candicante, *C. B. Pin.* 370. *it.* F. 27. ſive albus acris *Ejuſd. Pin.* 371. Found by Dr. *Liſter* in *Marton* Woods under *Pinno-moor* in *Craven, Yorkſhire,* plentifully. In the Out-woods near *Loughborough,* and in the Woods near *Mount-ſorrel* in *Leiceſterſhire*; Mr. *Pultney.* Hujus deſcriptionem & obſervationes de ſucco lacteo factas ab ingenioſiſſimo ſimul & eruditiſſimo D. *Liſter,* vide vel in *Catal. Pl. Angl.* vel in *Hiſtoria noſtr. T. I. p.* 88.

Agaricus ſtipitatus, pileo convexo ſquamato albido, lamellis ruffis. Fungus campeſtris albus ſuperne, inferne rubens *J. B. T. III. P.* 2. *p.* 824. eſculentus 13 ſive pileolo lato & rotundo livido, *C. B. Pin. p.* 370. parum rubens inferne, pileo albo plano, quandoque umbilicato, *Sterb. Th. F. p.* 28. *Tab.* 1. *Fig.* A. eſculentus 12 *Park. Th. p.* 1317. *Muſhrooms.* In paſcuis ſterilioribus ſub finem æſtatis.

Hujus varietas occurrit in pratis circa Camberwell, pi-

leo minore, colore ſuperne tincto flavicante; lamellæ alias, ut in priori, rubent.

Agaricus ſtipitatus, pileo rimoſo: margine violaceo tomentoſo, ſtipite cæruleſcente lana ferruginea. Fungus pileo magno, orbiculari, ſublivido, lamellis albis, pediculo brevi bulbiformi violaceo. Pileus magnus, latus, craſſus, ab initio pulvinatus, mox leviter concavus, oris leviter reflexis. Lamellæ crebræ ita verſus pediculum contrahuntur, ut ſequentis inſtar quadantenus pyramidatus appareat Fungus. Pediculus brevis, craſſus, verſus baſin intumeſcens, & velut bulboſus, coloris pallide violacei. Lamellæ prorſus candidæ, pilei vero membrana nunc palleſcit, nunc ex livido in ſubfuſcum vergit colorem. In pratis circa *Newington* Decembri menſe obſervavit D. *Dillenius.* Near *Chelſea* in *December* 1743.

Agaricus ſtipitatus, pileo ſordide flavo, lamellis luteo-ruffis. Fungus ovinus, *Sterb. p.* 64, 65. *T.* 4. *D. E. F.* planus orbiculatus aureus *C. B. Pin.* 371. *n.* 23. Fungi lutei magni, dicti Laſeras ſpecioſi, *J. B. III.* 2. 831. Ibidem ab eodem obſervatus. In the Paſtures near *Chelſea.* Eſculenti & optimi ſaporis ſunt.

Agaricus ſtipitatus, pileo purpuraſcente fuſco viſcido, lamellis fuſco-purpuraſcentibus. Amanita dura, ex fuſco rubens quercina *Cat. Giſſ.* 181. In *Hornſey* Wood.

Pileo eſt orbiculari, plano & æquali quandoque, non raro vero tortuoſo & inæquali, a duabus ad tres & quatuor uncias extenſo, pediculus digitum craſſus, duas treſve uncias altus, coloris ex rufo & fuſco pallidi, quo colore & lamellæ preditæ ſunt, pilei vero membrana obſcurioris eſt coloris. Caro pauca. Subſtantia eſt minus ac alii terreſtres molli, & materno odore locoque natali facile cognoſcitur, nam e Quercuum plerumque radicibus enaſcitur, & quercini quid diffractus ſpirare ſolet. Oritur plerumque ſolitarie, quandoque tamen plures juxta ſe prodeunt. In ſylvula *Canewood*, prope Highgate, Octobri; Dr. *Dillenius.*

Fungus arboreus mollis multiformis *Doody Syn. II. App.* 335. In vivario & arboreto *S. Jacobi.*

Arboribus ſemper adnaſcitur. Subſtantia terreſtrium eſt. Colore, magnitudine & forma multum ludit. Communiter capitellum lamellatum inſidet pediculo ad latus; aliquando ſine pediculo eſt, vel eo præbrevi, qui raro ejus centro inſeritur

tur ad modum terreſtrium. Color albidus, & aliquando, ut *Cluſius* loquitur, fuligine tinctus.

Amanita orbicularis ſublivida, lamellis ſubfuſcis, pilei oris leviter purpuraſcentibus, *C. Giſſ.* 185.

Pediculus tres plerumque uncias altus, albus, fibroſus, culmum, craſſus, cavus. Pileus duas & tres uncias in diametro habet, oris plerumque laceris. Caro nulla. Prope *Camberwell* Auguſto. Dr. *Dillenius.* On the Bank near the Neathouſes, *Chelſea.*

Fungus fimetarius in plano orbicularis, candidus *C. B. Pin. p.* 372. *n.* 11. Fungi quilinii albi pernicioſi, *J. B. III.* 845. Fungorum noxiorum 3. genus *Cluſ. Hiſt. CCLXXVII.* Pileo orbiculari plano, candido, & veluti farina conſperſo ab aliis omnibus facile diſtinguitur. In Anglia provenit recenſente *Merreto,* nec dubium, cum locus natalis ei nullibi deeſſe queat.

Fungus lamellatus, pileolo lato, tenui, coriaceo, compreſſo, umbilicato, *Syn. II.* 13. 9. *Scotch Bonnets.* Frequent about *Hyde-Park,* towards the latter end of *October*; Dr. *Tancred Robinſon.*

Fungus parvus ex luteo fuſcus, pileo per maturitatem inverſo *Doody Syn. II. App.* 337. Amanita parva luteo-fuſca, orbicularis *C. Giſſ.* 187. it. Amanita pileo ex livido fuſco, lamellis magis albicantibus *Ib.* 183. On Cow-dung and Stubble near *Paddington.*

(Ab initio conicum capitulum habet hic Fungus, dein explicatur & orbicularis fit, per vetuſtatem vero excavatur, & veluti inverſus apparet. Lamellæ albicant, pilei autem membrana & pediculus ex luteo fuſci coloris ſunt. Locis humidis tum verno, tum autumnali tempore oritur. *Doodio* inter Muſcos in horto Chelſejano & ædes Lambethanas obſervatus. Plerumque vero locis ericetorum paluſtribus, & e Muſco paluſtri *Dodon.* putreſcente oritur.)

Agaricus ſtipitatus, pileo pallido: diſco ſtellatim luteo, lamellis ſulphureis. Fungus parvus pediculo oblongo, pileolo hemiſphærico, ex albido ſubluteus, *Syn. II.* 13. 13. parvus albus, cum luteola parte in ſummitate capituli, viſco nitente reſplendens *J. B. III.* 2. 847. In paſcuis e fimo bubulo aut equino plerumque exit, Septembri & Octobri menſibus. On Dung in *Hyde-Park.*

Parvitate ſua & lamellis crebris ſublividis, veluti tot radiis a pediculo ad circumferentiam pileoli recta extenſis, ut nulla ſit interior cavitas, ab aliis ſpeciebus diſtinguitur. Pediculus tenuis lentus, tres quatuorve uncias longus, capitulum

pitulum gerit ſubrotundum, ſublividi coloris ſuperne, inferne autem nigricantis: Lamellæ planæ, non fornicatæ: pediculi albent, & ad radicem ſæpe craſſiores & veluti bulboſi ſunt, pluresque aliquando ex eodem principio naſcuntur.

Fungus pratenſis minor, externe viſcidus, capitulo præcedentis, ſtriis ſubtus fulvis ſeu croceis *Dal. Faſc. Syn. II.* On *Hampſtead* Heath.

Pileoli figura priorem refert, ſtriarum raritate, pediculi brevitate, & viſco nitente pratenſes imitatur. Colore lamellarum fulvo ab utriſque differt.

Agaricus ſtipitatus, pileo flavo convexo, lamellis albis. Fungus eſculentus pileo & lamellis albis *Doody Syn. Ed. II. App.* 334. Circa Londinum, vulgari guſtu parum cedit.

Fungus magnus viridis *Sterb. p.* 67. *T.* 5. *C.* ſylvarum aſper eſculentus 1. ſeu ex albo vireſcens, *J. B. III.* 2. 827. Fungi umbilicum referentis variegati 3. ſpecies *C. B. Pin.* 370. *n.* 8. In *Hornſey* Wood obſervavit Dr. *Dillenius.* In *Charlton* Foreſt, *Suſſex.*

Agaricus ſtipitatus, pileo convexo acuminato griſeo, lamellis convexis griſeis crenatis, ſtipite nudo. Fungus ſordide fulvus capitulo in conum faſtigiato, pediculo longiſſimo firmo ſtriato *S. Dal. Ib.* Under a Hedge near *Chelſea.*

Capitulum e cinereo obſcure fulveſcit, & in conum, non tamen acutum aſſurgit. Lamellæ albæ, non omnes a margine ad pediculum extenduntur, ſed quarta quæque, nec valdæ crebræ ſunt. Pediculus in majoribus duos fere palmos longus eſt, gracilis ſed firmus, ſtriatus, hirſutus, obſcure fulvus. Capitulum ſeu pileolus ad unum latus plerumque inclinat. Fungus eſt pulcherrimus. Iiſdem in locis ab eodem inventus.

Fungus paſcuorum majuſculus, capitulo conico, lamellis ſubtus creberrimis, exteriore medietate rubentibus, interiore nigris *S. Dal. Ib.*

Per exteriorem medietatem eam intelligimus quæ ad marginem eſt, per interiorem eam quæ ad pediculum. Hæc nota nulli alii Fungi ſpeciei nobis hactenus cognitæ conveniens, ab aliis hanc facile diſtinguit.

Agaricus ſtipitatus, pileo hemiſphærico viſcido acuminato, lamellis albis, ſtipite longo cylindrico albo. Fungus major pediculo longo, modice craſſo, lamellis albis creberrimis,

ſuperne

ſuperne ad margines apparentibus *S. Dal. Faſc. Syn. II.* In *Biſhops-wood* near *Hampſtead.*

Pediculus in majoribus ſeſquipalmari eſt altitudine, minimi digiti propemodum craſſitie: Pileus palmum latus non admodum craſſus, lamellis ſubtus candidis, creberrimis, quæ hoc peculiare habent, quod a margine ad pediculum omnes extendantur, ut non plures ſint ad marginem, quam ad pediculum. Lamellæ etiam ad margines ſuperne apparent, ita ut margo ſtriata ſeu pectinata videatur. In ſylvis. D. *Dale* attulit.

Agaricus ſtipitatus, pileo lævi livido, lamellis nigricantibus ſeparatis, ſtipite bulboſo volvato. Fungus pediculo in bulbi formam excreſcente *C. B. Pin.* 373. 22. bulboſo pediculo, pallidus maculatus *J. B. III.* 843. ſphæricus parvus pernicioſus *Sterb. p.* 192. *T.* 18. *G.* Among the Fern in *Middleton* Park, *Warwickſhire.* Near *Paddington.*

Agaricus ſtipitatus, pileo campanulato ſtriato pellucido, lamellis adſcendentibus, ſtipite nudo. Fungus ſuperficie murini coloris, lamellis albicantibus *Doody Syn. II. App.* 335.

Capitellum habet circinatum, tres uncias latum, lubricum; colorem muris domeſtici, modicum carnis, lamellas ſatis profundas, pediculum craſſum & brevem. Per maturitatem capitellum parum invertitur. In agris Chelſejanis. *S. Dood.* In Paſtures near *Pancras.*

Agaricus ſtipitatus, pileo campanulato lacero, lamellis nigris lateraliter flexuoſus, ſtipite fiſtuloſo. Fungus albus ovum referens *Doody Ibid.*

Figura & magnitudo ovi gallinacei, cujus oræ ſphinctere coactæ caulem, qui ſatis longus eſt, amplectuntur, & non ante ab eo ſeparantur, quam juſtam magnitudinem aſſequutus fuerit. Tunc vero ſtatim putreſcit, ejuſque liquor ſtillatitius niger atramenti loco inſervire poteſt. Iiſdem in locis cum priori. *Idem.*

Huic proculdubio idem eſt Fungus oviformis *Merr. Pin.* On a Moor betwixt *Rood-lane* and *Somerſet-bridge*, in *Hampſhire.*

Agaricus ſtipitatus, pileo convexo viſcido pellucido lamelliſque luteis, ſtipite nudo. Fungus ſordide fulvus in acutum conum faſtigiatus *Syn. II.* 14. 23. Hujus iconem (inquit *Rajus*) vide apud *Parkinſonum Th.* 1321. In Fields near *Pancras.*

(Enim-

(Enimvero figura *Parkinſoni* originem debet eademque eſt cum *Cluſiana Hiſt. CCLXXXI.* Fungorum nempe pernicioſorum 15 genere, quod a *C. Bauhino Pin.* 373. 22. Fungus pediculo in bulbi formam excreſcente nominatur, qui ſuperius n. 12. recenſitus & ab hoc diverſus eſt. Ceteroquin nomen hujus Fungi tam ſimile eſt ſpeciei 19. ut ni D. *Dale* hac de re quæſitus diverſum monuiſſet, uterque idem videri queat. Differt autem ab eo pediculo breviore & teneriore, lamellis ex livido nigricantibus.)

Fungus medius pileo muco æruginei coloris obducto *Doody Syn. II. App.* 335. Hunc nomen ſatis a reliquis diſcriminat. In Horto Societatis Pharmaceuticæ Londinenſis, & in Arboreto Regio S. Jacobi; *S. Dood.* (Mr. *Dandridge* obſerved it in a Gravel-pit in the middle of *September*.

Fungi albi venenati viſcidi *J. B. III.* 826. *Syn. II.* 12. 2. A prima ſpecie, cum qua figura quadantenus conveniunt, differunt pediculis longioribus tenuioribuſque, capitulis latioribus minuſque craſſis & carnoſis; odore viroſo & ingrato. In Paſtures near *Chelſea.*

Fungi pratenſes minores, externe viſcidi, albi & lutei, pediculis brevibus *Syn. II.* 13. 10. Auguſto & Septembri menſibus in paſcuis frequenter proveniunt, præſertim tempeſtate humida.

Fungi pratenſes minores, externe viſcidi rubentes *Syn. II.* 13. 11. Cum prioribus.

Lamellæ in his raræ ſunt: pileoli cum inveteraſcunt, marginibus ſurſum elatis, coni inverſi, aut infundibuli formam referunt.

Fungus hæmorrhoidalis, purpureus, minimus, viſcidus.

Seſquiuncialem altitudinem attingit, tubuloſus & ferme cylindraceus eſt, externe ex purpureo liveſcens, interne albidus, venis hæmorrhoidalibus tumentibus haud diſſimilis. Capitulum nunquam expanſum vidi, diffractum autem lamellas albidas oſtendit. Ex arboribus dejectis & lignis putridis enaſcitur; Dr. *Richardſon.*

Fungus parvus parvi galeri formam exprimens, rufus *C. B. Pin.* 373. 27. vaccinus *Sterb. p.* 210. *T.* 21. *C.* In Paſtures near *Paddington.*

Pileo eſt ſemper demiſſo, nunquam expanſo, multo minus ſurſum elato; qua ratione, ut & lamellarum colore a penultimo evidenter diſtinguitur. Lamellæ autem colore flavo conſpicuæ ſunt. Elegans eſt Fungi ſpecies; & pileo galericulato ſuperne ex rufo rubente, inferne eleganter luteſcente facile cog-

cognoſcitur. Per vetuſtatem niger fit. In ericetis circa Highgate Octobri & Novembri; Dr. *Dillenius.*

Fungus parvus lethalis galericulatus *Lob. Ic. T. II.* 272. *C. Pl. Angl. II.* 120. parvus galericulatus alter flavus *C. B. Pin.* 373. 28. Sed plerumque colore eſt fuliginoſo, ſtriis ſubtus nigris, ad pilei uſque membranam pertingentibus. In tabum cito reſolvitur. A priori plurimum differt. In paſcuis ad ſepes viaſque paſſim ſub Autumnum frequens eſt. In Paſtures near *Paddington.* Hi duo viſcidi non ſunt; *Idem.*

Agaricus ſtipitatus, pileo plicato membranaceo, lamellis baſi latioribus. Fungus terreſtris pediculo ſtriato & cavernoſo, capitello plicatili ſubtus plano *Doody Faſc. Syn. II.*

Totus Eungus albus & tener. Capitellum tenue raro expanſum ultra dimenſiones pediculi, qui craſſitie ſaltem pollicari eſt, longitudine vero duarum vel trium unciarum. Found about the End of *October*, 1691, in the *Mount-walk* between the Hazel Hedge and the Wall next the Thames, in the Biſhop of *London*'s Garden at *Fulham.* In the Graſs-walks at *Burley-hall*, near *Loughborough, Leiceſterſhire*; Mr. *Pultney.* Alſo in St. *James*'s Park in *October.*

Fungus parvus pediculo oblongo, galericulatus, ſtriis lividis aut nigris *Syn. II.* 13. 14. F. 7. ſeu bufonii prima ſpecies *Cluſ. Hiſt. CCLXXVIII.* In paſcuis e fimo bubulo aut equino plerumque exit, Septembri & Octobri menſibus.

Cum priori convenit longitudine & tenuitate pediculi, & pileoli parvitate, ab eodem colore exterius ſublivido, ſuperficie ſicca nec muco oblita, pileolo magis turbinato & interius concavo, ſtriis nigrioribus differt.

Fungus parvus, pediculo oblongo, firmo, lento, pileolo in medio faſtigiato, ſtriis exterius apparentibus *Syn. II.* 13. 15. Septembri menſe in paſcuis. In Paſtures near *Chelſea.*

Fungus perpuſillus, pediculo oblongo pileolo tenui, utrinque ſtriato, ſeu flabelli in modum plicatili *Syn. II.* 13. 16. Color huic murinus. In paſcuis autumno reperitur. Alſo near the Neat-houſes, *Chelſea.*

Amanita parva verna, utrinque ſtriata, fuſca, pileo obtuſe coniformi, Muſco paluſtri ramoſo majori, foliis membranaceis acutis *Vern.* innaſcens *C. Giſſ.* 184.

Colore ubivis eſt fuſco; pediculus tenuis, cavus & fragilis. Caro nulla; ſtriæ exterius apparent. Capitulum obtuſius quam præcedentium. In *Charlton* Bog; Dr. *Dillenius.* Near the Neat-houſes at *Chelſea.*

Fungus

Fungus minimus, capitulo conico, ruſeſcens, lamellis ſubtus paucis *Syn. II.* 13. 18. In ædium tectis inter Muſcos. Parvitate ſua & lamellarum raritate ab aliis diſtinguitur. Huic ſimilem ſi non eundem in locis paluſtribus obſervavi. On Cow-dung near *Paddington.*

Fungus minimus e cinereo albicans, tenui & prælongo pediculo, paucis ſubtus ſtriis *Syn. II.* 14. 19. E ſurculorum ligneorum fractorum ſubſtantia ipſa emergit. D. *Dale* obſervavit & attulit. In Paſtures about *Chelſea.*

Fungus parvus candidiſſimus lamellatus, pediculo longo gracili D. *Vernon Syn. II.* 14. 29. In ſylvis ſub finem autumni foliis vel lignis putridis adnaſcitur. On dead Leaves in Hedge-bottoms about *Leiceſter* ; Mr. *Pultney.* In the Hedges on *Primroſe-hill,* and near *Paddington.* (Priori idem vel varietas ſaltem ejus videtur.)

Fungus minor tenerrimus farina reſperſus, pileolo ſuperne cinereo, lamellis ſubtus tenuiſſimis creberrimis, nigris *Syn. II.* 13. 12. Pediculo eſt brevi, pileolo in acutum apicem faſtigiato. In paſcuis Septembri & Octobri menſibus, ſed rarius occurrit. In Paſtures about *Chelſea.*

Fungus minimus, pediculo longo tenuiſſimo, lacteſcens *Syn. II.* 13. 17. In paſcuis inter Gramina ſolitarius exit.

Agaricus ſtipitatus albus, pileo plicato membranaceo, ſtipite nigro. Fungus minimus Adianti aurei capitulis, an Mithridaticus Mentzelii *Syn. II.* 20. 49. caule nigro capillari, Androſaces capitulo *Bocc. Muſ. P.* 1. *p.* 143. *T.* 104. On rotten Sticks in the Bottoms of old Lakes. The ſame hath been found by Dr. *Richardſon* in *Yorkſhire* ; Dr. *Sherard.*

Fungi plures ex uno pede e Prunorum radicibus enati *Syn. II.* 14. 24. multi ex uno pede pernicioſi *J. B. III.* 835. dumetorum ex uno pede prodeuntes *C. B. Pin.* 375. 35. Nodi aurei *Sterb.* 223. *T.* 4. *M.* Sub dumetis ad arborum radices. In St. *James*'s Park in *December.*

Agaricus ſtipitatus, pileo luteo convexo ſtriato, lamellis ſtipiteque albis. Fungus faſciculoſus, pileo orbiculari luteſcente, pediculo fuſco tenerrime villoſo, lamellis ex flavo candicantibus. Pilei parvi, uncialis & ſemiuncialis ſunt latitudinis, coloris ex luteo ſubfuſci, pediculi vero plane fuſci, & quod præcipue notabile, tenerrime villoſi ſunt. Lamellæ crebræ, caro pauca. Pediculi culmi craſſitiem habent, & duas plerumque uncias altitudine attingunt: Quatuor aut quinque juxta ſe naſcuntur. In Ericeto Hamſtediano obſervavit D. *Martyn* Decembri menſe.

menſe. On an Elm-ſtump near *Pancras* Church, and on the Ground on *Hampſtead* Heath.

Fungus faſciculoſus pileo orbiculari luteſcente, pediculo purpureo. Pileus ab unciali ad biuncialem latitudinem extenſus, ſuperne coloris eſt fuſci, inferne ex fuſco pallidi, pediculi vero purpureo donantur colore, quo ab omnibus aliis facile diſtinguitur. E ligno putreſcente naſcentem obſervavit D. *Dandridge*.

Fungi minores plurimi ſimul naſcentes turbinati, exterius cinerei aut ſubfulvi, ſtriis nigricantibus *Syn. II.* 14. 25. Ad ſepes & ſub dumetis. Horum deſcriptionem vide *Hiſt. I.* 100.

Fungi plures juxta ſe naſcentes, parvi, turbinati candidi ubivis coloris. Near *Paddington*.

A præcedenti ſpecie differt pileo obtuſiore, coloris ubique candidi, lamellis fornicatis & pilei membrana lævi & æquali, ſeu minime, ut in priori, ſtriata. Cæterum laminæ ad pilei uſque membranam, ut in priori ſpecie, pertingunt. Pediculi valde tenues ſunt. E ramis ligniſque putridis naſcentem obſervavit *D. Car. Du Bois* Novembri menſe. *Vid. Tab.* 1. *Fig.* 2. *lit. aa.*

Fungi plures, ſimul albi, ad arborum radices, eſculenti *J. B. III.* 834. umbilicum exprimentes, plures ſimul albi, *C. B. Pin.* 370. 7. Fungorum unus, ſive Fungus racemus *Sterb.* 103. *T.* 12. *B.* Ad Ulmorum radices verſus Camberwell; Dr. *Dillenius*.

Fungi multi ex uno pede clypeiformes variorum colorum, per oras crenati vel non *J. B. III.* 836. In ruſticorum tuguriolis vetuſtis putreſcentibus; *Merret. Pin.*

Fungus mediæ magnitudinis, pileolo ſuperne e rufo flavicante, lamellis ſubtus ſordide virentibus *Syn. II.* 12. 6. At the Root of an old Willow near the Neat-houſes.

Plurimi ex eodem pede ſeu fundo exeunt, pediculo palmari fere, non admodum craſſo, pallido, pileo rotundo, duarum circiter unciarum in diametro, ſuperne e rufo flavicante, circa centrum ſubinde rubente, ac ſi uſtulatus eſſet, lamellis ſubtus crebris, ſordide viridibus. Septembri menſe exit. Invenit D. *Dale*.

Paraſitici, acaules, dimidiati.

Agaricus acaulis, lamellis labyrinthiformibus. Agaricus membranaceus ſinuoſus, ſubſtantia gelatinæ *C. Giſſ.* 194. Fungus membranaceus parvus aureus *Sterb. p.* 242. *Spec.* 113.

113. *T.* 26. luteus Sambucino ſimilis, colore ſuo manus inficiens, Geniſtæ vulgari ſpinoſæ adnaſcens *Merr. Pin.* putridus arborum ramis inhærens, plurimis ſimul cohærentibus *C. B. Pin.* 372. 2. Fungi dicti Spongiæ lignorum pernicioſi *J. B. III.* 841. F. pernicioſi Gen. 24. Species 3. *Cluſ. H. CCLXXXVII Syn. II.* 19. 40. On rotten Wood in *England* and *Ireland.* Obſerved by Dr. *Sherard* and Mr. *Dale.* On old Pales near *Highgate.*

(Subſtantia conſtat uniformi, plus minuſve ſinuoſa & ſæpe meſenterii inſtar convoluta, lineam circiter craſſa, tenera & gelatinæ inſtar tremula, coloris pallide lutei.)

Agaricus meſentericus violacei coloris *C. Giſſ.* 194. Fungus arboreus purpureus corrugatus *Doody Syn. II. App.* 336.

(Subſtantia eſt inter gelatinoſam & coriaceam media, varie ſinuoſus & rugoſus, inferne lævis & plana ſuperficie lignis & ſtipitibus putreſcentibus innaſcens: color violaceus obſcurior: odor non ingratus, ad Merulium Fungum accedens.)

Fungus arboreus major aureus, nulla membrana ſuperne tectus *Dood. Syn. II. App.* 336. On an Elm near *Ivor.*

Sex circiter uncias latus, duas craſſus eſt, ſuperne pulchre rubri coloris. Tageti minori fere ſimilis, nulla membrana tectus. Fibrillæ ſericum levidenſe piloſum. *Velvet* dictum, adamuſſim referentes cernuntur. Infra non foraminoſus, ſed punctatus eſt, citrini coloris, ſubſtantia molli, quæ ſecta Rhabarbarum repræſentat; *S. Doody.*

B O L E T U S.

FUNGUS *horizontalis, ſubtus poroſus.*

Acaules, paraſitici.

Boletus acaulis pulvinatus albus lævis, poris acutis difformibus. Agaricus intybaceus *Inſt. R. H.* 562. Fungus intybaceus *J. B. III.* 839. *Syn. II.* 14. 21. arboreus maximus poroſus, diverſimode ſe dividens & protrudens *Doody Syn. II. App.* 336.

Memorabilis eſt magnitudinis, ex foliis totus, aliis ſubeuntibus, aliis incumbentibus conſarcinatus, obſervante *J. Bauhino,* apud quem reliquam deſcriptionem vide.

Fungus foraminoſus arboreus lævis albiſſimus *Doody Syn. II. App.* 340.

Hunc

Hunc ſubſtantia & color ab aliis ſatis diſtinguunt. Albiſſimus enim eſt, lævis, friabilis, exſuccus, externe dilute rufeſcens, frequenter in varios lobos diviſus imbricatim diſpoſitos. In ſome Woods in Surrey; *S. Doody.*

(Non niſi ætate a præcedente differt, utpote qui per vetuſtatem ſiccus valde & lævis, albus interne, externe vero rufeſcens evadit.)

Boletus acaulis pulvinatus lævis, poris tenuiſſimis. Agaricus pedis equini facie *Inſt. R. H.* 562. Fungus durus ſive igniarius *Park.* 1323. (fig. mal.) in caudicibus naſcens, unguis equini figura *C. B. Pin.* 372. 3. F. arborei ad ellychnia *J. B. III.* 840. *Touchwood, or Spunk.* Fraxino aliiſque arboribus adnaſcitur. (Ubique ſibi ſimilis, & nec lamellatus, ſed poroſus eſt.) On Trees in *Hyde-park.*

Fungos hoſce in lixivio decoquunt, & ſiccatos tundunt, rurſuſque nitro coquunt, ut igni concipiendo aptiores reddantur; *Trag.*

Fungus albus minimus trilobatus, ſine pediculo, foliis quercinis adnaſcens D. *Vernon Syn. II.* 18. 27. In *Madingly* Wood, near *Cambridge.* In *Hornſey* Wood, 1743.

Fungus arboreus lobis rubellis, diverſimode figuratis & punctatis *Syn. II.* 20. 52. Obſerved on the Stumps of old Elms by Dr. *Tancred Robinſon.*

Boletus acaulis: faſciis dicoloribus poris albis. Agaricus digitatus maximus, ex luteo, coccineo & nigro colore eleganter variegatus.

Decem & plures juxta ſe ex eadem velut radice oriuntur, palmari & bipalmari longitudine, latitudine vero unciali, bi & triunciali, coloris ſuperne ex luteo & coccineo variegati nigro hinc inde ad latera adſperſo. Lævis eſt & nec in lamellas, ſed poros dividitur; ſubſtantia ſatis craſſa conſtat, & inter Fungoides & Agaricum ambigere videtur, quoniam tamen inferior ſuperficies a ſuperiori poris diſtincta eſt, Agarici potius, quam Fungoidis generi adjungendus videtur. Maii menſis ſine ad ſtipitem Taxi prope *Boxhill* obſervavit D. *Dandridge.* Fungus 4. *Park.* 1321. *deſcr. F.* Corallii rubri colore, multis lineis nigricantibus maculiſque luteis inſignitus *Merr. Pin.* huic idem videtur.

Agaricus villoſus tenuis, inferne lævis *C. Giſſ.* 193. Fungus arboreus villoſus, inferne planus *Doody Syn. II. App.* 335. On old Trees about *Chelſea.*

Horizontaliter arboribus & lignis adnaſcitur, marginibus uncialibus extantibus, & imbricatim diſpoſitis. Color inferne & ſuperne multum variat, (nunc enim luteſcere, nunc vero purpuraſcere ſolet, plerumque autem inferne colore ſaturatiore, vel luteo, vel purpureo, ſuperne vero vel ex luteo & albo, vel ex purpureo & albo pictus obſervatur. Baſis quidem colore dilutiore & albicante, margines vero ſaturatiore tincti ſunt. Nullis lamellis ſed poris minimis diſtinguitur.)]

Stipitati.

Boletus ſtipitatus perennis, pileo utrinque planiuſculo. Agaricus poroſus igniarius Carpini *C. Giſſ.* 193. Fungus arboreus maximus fuſcus, ſubtus planus *Dood. Syd. II. App.* 335. Lateraliter Ulmo adhærentem prope *Epſom* invenit D. *Plukenet.*

Latitudo pedalis, duas circiter uncias craſſus, ſuperficie inæquali & lineis ſemicircularibus notatus. A pedem equinum referente plane differt. Obſervavi autem multo minorem, quem diſtinguere non potui; *S. Doody.* (Colore ubivis eſt eodem & ſuperficiem inæqualem habet.)

Agaricus varii coloris ſquamoſus *Inſt. R. H.* 562. Fungus arborum & lignorum putreſcentium, coloris varii *Syn. II.* 18. 31. Ceraſorum imbricatim alter alteri innatus variegatus *C. B. Pin.* 372. 8. Fungi Ceraſorum coloris varii pernicioſi *J. B. III.* 842. Fungus ſemicircularis durus, multos durans per annos *Merr. Pin.* holoſericeus iridiformis quaſi, colorum alternatione variegatus *Cat. Alt.* Inferne foraminulentus eſt, non lamellatus, colore albicante. Non Ceraſo tantum, ſed & aliis paſſim arboribus adnaſcitur. On Elms in *Hyde-park.*

Boletus ſtipitatus, pileo pulvinato viſcido, poris teretibus convexis immerſis diſtinctis, ſtipite lacero. Fungus coriaceus quercinus hæmatodes *Breyn. Eph. Germ. D. I. A.* 4. & 5. *O.* 150. *Oak-leather* Hibernis.

In fiſſuris Quercuum putridarum reperitur in Hibernia. Hunc ruſtici colligunt & reponunt ad ulcera ſananda, fruſtulo loco affecto impoſito; Dr. *G. Sherard*, qui eundem etiam in Anglia reperiri ſibi perſuadet: immo a Dr. *Eales* ex Hartfordiæ Com. ad me miſſus eſt. (In Fraxi-

nis

nis præterea obſervavit Dr. *Richardſon.* In Virginia huic Fungo non male ſuperinducunt emplaſtra, præterquam enim quod mollis ſit, & partem affectam non gravet, ſanandi virtute pollet. Cæterum Anomalus eſt hic Fungus & intra lignum naſcendi modo a reliquis omnibus differt, Agarico tamen propius, quam alii cuicunque generi accedit.)

Fungus niveus aqueus, lignis cellarum vinariarum adhærens, *Syn. II.* 19. 38.

Obſerved by Dr. *Tancr. Robinſon*, in Mr. *Sory*'s Cellar at *York*, where he ſays they hang down from the Beams and Timber only, like great Flakes of Snow, or Fleeces of the whiteſt Wool. Upon diſſolving and drying them by Heat, they leave a Subſtance like Touchwood, which crackles in the Fire, firſt running or melting into a tough membranaeous Matter of a fungous Smell. (Common in moſt Wine Vaults in London. Ex ſubſtantia uniformi floccorum inſtar congeſta conſtat. Anomalus eſt Fungus.)

Boletus ſtipitatus, pileo pulvinato ſubviſcido, poris rotundatis convexis flaviſſimis, ſtipite albido. Agaricus multiplex poroſus *C. G.* 193. Fungus circulum gradatim perficiens, cujus diameter quandoque triginta vel plures pedes conficit *Merr. Pin.* In montoſis paſcuis non infrequens, referente *Merret.* Memorabilis eſt magnitudinis & plures juxta ſe oriri ſolent, qui ſatis latum ſpatium ambitu ſuo complectuntur.

Boletus ſtipitatus, pileo glabro pulvinato marginato, poris compoſitis acutis: porulis angulatis brevioribus. Agaricus poroſus igniarius Fagi, ſuperne candicans, inferne fuſcus *C. Giſſ.* 193. Fungus pedem equinum referens, ſubtus foraminoſus *Dood. Syn. II. App.* 336. Ad arbores. Ignarius dicitur, quod caro ejus in fomitem igni concipiendo idoneum præparari queat.

Boletus ſtipitatus, pileo flavo ſubtomentoſo, poris ſubangulatis difformibus fulvis planis, ſtipite flavo. Agaricus villoſus & poroſus, ſubſtantiæ coriaceæ *C. Giſſ.* 193. Fungus arboreus variegato illi Ceraſorum &c. *C. B.* ſimilis, ſed hirſutior, foraminulis etiam majoribus *Doody Syn. II. App.* 336. Arboribus junioribus plerumque adnaſcitur. Near the Neat-houſes, *Chelſea.*

Fungus arboreus poroſus minor abſque pediculo, ſemicircularis *Doody Syn. II.* 336. In the Willow-walk near *Chelſea.*

Tres circiter uncias latus eſt, ſemiunciam craſſus, ſemicircularis & foraminibus pluribus ſubrotundis inſculptus; *S. Doody.*

Agaricus villoſus, lamellis ſinuoſus & invicem implexis *C. Giſſ.* 192. Fungus arboreus villoſus albus, foraminibus oblongis, ſemicircularis *Doody Syn. II. App.* 336.

Quatuor uncias latus, plus ſemiuncia craſſus, nullo pediculo affixus. *D. Woodward* M. D. nobis communicavit; *S. Dood.*

Agaricus quernus coriaceus albus *C. Giſſ.* 191. Fungus arboreus inferne foraminibus longis & rotundis inſculptus *Doody Syn. II.* 18. 33. Hic a D. *Dale* pariter obſervatus. Near the Neat-houſes at *Chelſea.*

Agaricus quernus coriaceus villoſus *C. Giſſ.* 191. Fungus arboreus holoſericeus, *Syn. II.* 14. 26. In a Wood near *Denham.*

Fungum Ceraſorum dictum refert, & conſimilibus coloribus ſtriatus eſt; *Doody* & nobis etiam obſervatus.

Fungus parvus arboreus villoſus albus, inferne poroſus. *Doody Syn. II.* 18. 32.

(Quæritur an a præcedenti ſpecie aliter quam magnitudine differat?)

Agaricus parvus pectunculi forma elegans *C. Giſſ.* 192. Fungus parvus pectunculi forma Alno adnaſcens *Syn. II.* 14. 27. Common in Woods in *Ireland*; Dr. *Sherard.* In the Woods near *Dulwich*, and many other Places; Mr. *Doody.*

Fungus arboreus albus durus, inſtar lapidis Hæmatitis *Syn. II.* 14. 28. Malo ſylveſtri adnaſcitur; Dr. *Sherard.*

Agaricus parvus croceus, e Corylorum ramulis dependens. Undulatus eſt & figura ſua lobum nucis Juglandis non male refert. Croceo colore manus inficit. Corylorum ramis aridis & emortuis plerumque adnaſcitur.

Agaricus coriaceus longiſſimus, pectinatim inferne diviſus.

Hic ex cute coriacea, corium bubalinum colore & conſiſtentia, niſi quod aliquanto mollior eſſet, referente conſtabat, ex qua inferne numeroſiſſimi dependebant denticuli, non contigui invicem, ſed ſeparati, ideoque pectines potius, quam lamellæ dicendi. Erant ii ſemiunciam longi, ſemiculmum & culmum lati, denſiſſime ſtipati, colore ad margines tincti cœruleo. In cella quadam ſubterranea in vico Wimbleton trabibus de inferna ſuperficie longe lateque adnaſcentem obſervavit

vavit ſpecioſum hunc Fungum D. *Jac. Sherard.* Vid. Tab. I. fig. 5. In Cellars in *Peterborough.*

Boletus ſtipitatus, pileo albido, poris difformibus oblongo-flexuoſis niveis. Agaricus officinali ſimilis *C. Giſſ.* 192. Agarico ſimilis Fungus diverſarum arborum caudicibus adhærens *C. B. Pin.* 375. 2. Fungus arboreus albidus maximus, ſeu Agaricus ſpurius *Doody Syn. II. App.* 355. Near the Neat-houſes, *Chelſea.*

Irregulariter Agarici modo creſcit & ad magnam molem ſæpe extenditur, ita ut *Doodio* ſiccati fruſtum, quod e Salicis trunco prope *Batterſea* collegerat, libras tres pondere æquaverit. Pori quam in vulgari ſpecie majores ſunt & ſinuoſi.

Agaricus poroſus rubens carnoſus, hepatis facie *C. Giſſ.* 192. Fungus hepatis facie & colore *Merr. Pin.* arboreus rubeus carnoſus, hepatis facie *Dood. Syn. II. App.* 340. I firſt found it near *Hally* in *Kent,* and ſince I received it very fair from Mr. *Chaplin,* gathered in *Suffolk* ; Mr. *Dood.* As you go from Sir *Robert Dillington*'s Houſe to the new Church in the Iſle of *Wight.* Near *Paddington.* Merr. Pin.

Caudicibus adnaſcitur, nunc ſimplex, nunc in duos vel tres lobos diviſus. Extra obſcure rubeſcit, intus albus, rubedine nunc ſaturatiore, nunc dilutiore tinctus, ſubſtantiæ mollis & non nigrati ſaporis ; *S. Dood.*

Fungus poroſus craſſus *Syn. II.* 14. 1. An F. poroſus magnus craſſus *J. B. III.* 833? Auguſto & Septembri menſibus invenitur. In the Out-woods near *Loughborough,* and in *Buddon* Woods near *Mountſorrel,* in *Leiceſterſhire* ; Mr. *Pultney.* Vaccæ hanc ſpeciem eſitantes lac reddunt nauſeoſum ; Linnæi Fl. Æcon.

Ab aliis omnibus Fungis facile diſtinguitur ſubſtantia inferiore, non in lamellas diviſa, ſed crebris foraminibus pertuſa, ejuſque colore e luteo virente. Color in hoc genere tum capitelli, tum pediculi interdum ruber eſt.

Fungus coriaceus, pileolo latiſſimo atro rubente, pediculo breviſſimo *D. Dale Syn. II.* 15. 2.

Pileolus tenuis eſt, ſed admodum lentus ; duplici ſubſtantia, ut reliqui, conſtat, exteriore tenuiſſima, interiore non in lamellas digeſta, ſed fibris cum rumpitur ligni pectines æmulantibus compoſita, unde tenuiſſimis & vix conſpicuis foraminulis punctatus eſt.

HYDNUM.

FUNGUS *horizontalis, ſubtus fibris ſubulatis echinatus.*

Hydnum ſtipitatum, pileo convexo imbricato. Fungus pæne candidus, prona parte erinaceus *J. B. III.* 828. In ſylva quadam prope *Middleton* vicum in agro Warwicenſi. About *Leiceſter*, but ſparingly; Mr. *Pultney*.

Hydnum ſtipitatum, pileo convexo lævi flexuoſo. Fungus anguloſus pediculo exiguo *C. B. Pin.* 370. *n.* 5. Fungorum eſculentorum 5. genus *Cluſ. H. CCLXV.* Fungi fere ſine pediculo, coloris ex rufo fuſci, eſculenti, in arborum caudicibus naſci ſoliti *J. B. III.* 831. Auricula flammea Malchi *Sterb. Th. p.* 105. *n.* 82. *T.* 13. *A. A. B.* Plurimæ hujus varietates ſunt, quas *Sterbeeckius n.* 83, 84, 85, 86 & 87. minus bene pro diverſis ſpeciebus exhibuit. Tres jam ſuo tempore animadvertit *Cluſius*, cujus ſecunda ſpecies vel potius varietas, quæ magis orbiculari pileo eſt, obſervata fuit a D. *Dandridge* in arbore quadam prope *Charlton*. Tertiam præterea obſervatam refert *Merr. in Pin.* On a decayed Willow on the North of St. *Neots*, near the Mill. On Willows near *Thorney* in *Lincolnſhire*.

Fungus maximus arboreus erinaceus, pediculo limbo affixo *Doody Syn. II. App.* 336.

Capitellum ſubrotundum pede latiore fultum, ſubtus fibris oblongis, obliquis, ſuperficialibus inſignitum, quod ſuſtinet margini affixus pediculus, brevis, craſſus, tenax. Ex caudicibus ulmorum putreſcentium duo vel tres ab eadem radice naſcuntur; *Dood.* (Idem cum ſequenti ſpecie.)

Boletus luteus *C. G.* 188. Pediculo eſt digitum craſſo, uncias duas alto, pileo ſeſquiunciali & duarum unciarum in diametro, coloris ſuperne e luteo fuſci, inferne lutei, crebris fibris, ſed quam iu ſequenti majoribus, licet totus Fungus multo minor ſit. Obſerved by Mr. *Dandridge* in *Biſhops-wood.* It is found there to this Time, 1758.

PHALLUS.

FUNGUS *ſubtus glaber, ſuperne callis reticulatus.*

Phallus pileo ovato, ſtipite nudo rugoſo. Fungus favaginoſus *Park.* 1317. rugoſus vel cavernoſus, ſive merulius *J. B. III.* 836. eſcul. 1. ſeu poroſus, *C. B. Pin.* 370. In pratis & paſcuis, inque dumetis verno tempore.

Phallus

Phallus volvatus ſtipitatus, pileo celluloſo. Fungus phalloides *J. B. III.* 843. *Cat. Pl. Angl. Ed. II.* 122. *ic.* fœtidus, penis imaginem referens, *C. B.* 374. 38. virilis penis arrecti facie *Ger.* 1385. penis effigie albus fœtidus *Merr. Pin.* Phallus Hollandicus *Park.* 1322.

Fungi hi late ſub terram radicibus ſeu filis longiſſimis albis varie implexis repunt; radicibus hiſce ſubinde accreſcunt globuli Volvæ dicti. *Middletoni* agri Warwicenſis in Viridario D. *Franc. Willughbeij*, e Fraxinorum quarundam dejectarum radicibus enatos obſervavimus plurimos. (This is known to all our Country People by the Name of *Stinkhorns*; Dr. *Richardſon.* In *Lancaſhire*, ſed raro invenitur: maturum devorat muſca arnivora; *Merr. Pin.* At *Bentley*, in the Park and *Lanes* thereabout, at *Oldfallings*, and almoſt any where within three or four Miles of *Wolverhampton*, in old dry Ditch Banks, about *July* and *Auguſt*, and ſometimes later; *D. Plot. H. N. St. C.* 6. §. 5. *p.* 200.)

Fungus fontanus, purpureus elegans D. *Vernon Syn. II.* 18. 28.

Tota planta videtur formari ex uno tereti pediculo; (ſpecimina quæ a D. *Vernon* accepta in *H. Sicc. Buddlejano* ſervantur, capitula habebant, ſed parva & uniformia, nec lamellata nimirum, nec poroſa.) In hoc quoque ſingulare eſt, quod Graminibus aquis innatantibus ſemper adnaſcatur. At *Gamlingay* in *Cambridgeſhire*, where the Filix florida grows.

Fungus minimus infundibuliformis, ſuperne nigris punctis notatus *Syn. II.* 17. 25. *Hiſt. III.* 21. minimus lignoſus diſco punctato *Bocc. Muſ. P. II.* 142. *T.* 107. *Ic. bon.* On old Cow-dung. The ſame hath been obſerved by Dr. *Richardſon.* On old Horſe-dung near *Chelſea.* Diſco potius eſt plano, vel leviter ſaltem concavo, nec laminas nec poros habet. Dr. *Sherard.*

Fungus minimus candidus abſque lamellis *Syn. II.* 20. 50. Found in the Inſide of hollow Oaks, near the Bottom, where they are moiſt. On fallen Aſh Leaves on *Primroſe-hill.* It is about an Inch high, the Pileus about a Quarter of an Inch over, without any viſible lamellæ. Hunc eive ſimilem obſervavit D *Dale* in Hederæ foliis aridis, pediculo longo tenui rubente, capitulo non lamellato, verum 5. velut nervis a pediculo ad ejus circumferentiam excurrentibus.

Fungus pileatus minimus, pediculo tenui capillaceo D. *Richardſon.* On old Horſe-dung near *Chelſea.*

Omnium, quotquot vidi, Fungorum minimus eſt, & qui vix diſcerni poteſt, niſi cum rore madidus. Capitellum parvum tenue, membranaceum, coloris obſcuri. Pediculi capilli inſtar tenues & pellucidi plurimi ſimul naſcuntur, quadrante unciæ vix altiores, qui tactu evaneſcunt. I have obſerved it ſeveral times upon dead Sticks in Hedges. It ſeems to come neareſt to the Fungus (ex ſtercore equino) capillaceus &c. *Pluk.* Dr. *Richardſon.*

Fungus (ex ſtercore equino) capillaceus, capitulo rorido, nigro punctulo in ſummitate notato, *Pluk. Ph. T.* 116. *f.* 7. Mr. *Baniſter*'s Virginia Muſhroom with dewy Heads in Catal. Virginienſum D. *Baniſter Hiſt. noſt. p.* 1928. exhibito. This I have obſerved on Horſe dung about *London*; on Horſe-dung in *Hyde-park. Petiv. Syn. II. App.* 322.

ELVELA.

FUNGUS *ſuperne & inferne lævis.*

Elvela acaulis. Agaricus Lichenis facie variegatus *Inſt. R. H.* 562. Fungus ſalignus Lichenis forma variegatus *C.B.Pin.* 372. 7. quartus perniciofus *Cluſ. H. CCLXXVII.* depictus *Sterb.* 240. *T.* 26. *A.* Fungi Salicum, colore varii, pernicioſi *J. B. III.* 842. Nec lamellatus, nec poroſus eſt. A *D. Sherard* obſervatus. On old Poplars near *Chelſea.*

Pulvis de Fungo Salicis rufæ cum ſacchari candiana, in phthiſi inveterata utilis eſt; *Ephem. Germ. Ann. II. Obſ.* 121. *Welſchius* inſuper ex *Prævotio* in pulmonibus exulceratis corticem medium tenellæ Salicis commendat.

PEZIZA.

FUNGUS *campanulatus, Seminibus orbiculatis, convexo-planis.*

Acaules.

Peziza campanulata lentifera. Fungi calyciformes ſeminiferi *Mentz. Pugill. lc.* Fungus minimus ανωνυμος

Cluſ.

Cluſ. H. CCLXXXVII. deſcr. minimus ligneis tabellis areolarum hortorum adnaſcens *C. B. Pin.* 374. 39. minimus ſine petiolo, perniciofus *J. B. III.* 847. campaniformis niger parvus, multa ſemina plana in ſe continens *Merr. Pin. Pluk. Ph. T.* 184. *f.* 9. (Called in *Worceſterſhire* Cornbells, where it grows plentifully; *Merr.*)

Obſervavit & ad me tranſmiſit D. *Sloane.* Mr. *Dale* obſerved it in a Barley Eddiſh near *Braintree* in *Eſſex*, growing to the Stalks of Barley, trodden into the Ground, plentifully. Ab aliis omnibus Fungis abunde diſtinguitur, quod ſemine prægnans ſit. Deſcriptionem vide in *Hiſt. noſt. I.* 105. (Ligna putrida plerumque quo radice habet. Oræ ab initio clauſæ ſunt & mucilagine alba involuta ſemina claudunt, poſtea ubi diducúntur, ſicca fiunt corpuſcula illa lenticularia, ſingula ſingulam radicem ſeu filum tenue in baſin patellæ demittentia.)

Fungus ſeminifer minor, fere hemiſphæricus *Doody Syn. II. App.* 333.

Hujus oræ dum junior exiſtit, non ut in ceteris ſuæ ſortis contrahuntur, ſed operculo membranaceo obducuntur. In horto Societatis Pharmaceuticæ Londinenſis, & in area D. Plukenet M. D. *Dood.* Near *Greenwich*, 1743. (Lignis putridis plerumque naſcitur. Vid. Tab. I. Fig. 2. lit. b. & c. ſemina ſeorſim exhibita, quæ tenui filo baſi Fungi adnaſcuntur.)

Fungus ſeminifer externe hirſutus, inferne ſtriatus *Ejuſd. Ibid.* Vulgari longior eſt & anguſtior. In horto Societatis prædictæ obſervavi, & ab occidentali plaga etiam accepi.

Goedartius in Tractatu de Inſectis affirmat, hujus ſemina ſeu grana in terræ rimas delapſa reviviſcere & tridui ſpatio aranearum juſtam magnitudinem nanciſci. Super ea re ſententiam ferre impræſentiarum ſuperſedeo, donec periculum faciendo res penitus innoteſcat; *Doody.*

Peziza cyathiformis: extus angulata venis ramoſis. Fungoides fuſcum acetabuliforme: externe ramificatum. Fungus collyricus, in putreſcente Salice natus *Pluk. Amalth.* 102. Ita dictus, quod Collyræ *Judæorum* noſtratium paſchali valde aſſimiletur; *Pluk.* An hujus proprie loci ſit, ex deſcriptionis defectu non conſtat.

Peziza acetabuliformis ſubfuſca *C. Giſſ.* 194. Fungus caliciformis caſtanei coloris vernus D. *Richards.* rotundus, ſuperne

ſuperne concavus & tranſlucidus, coloris ſuccini *Merr. Pin.*

Pediculus unciam & ſeſquiunciam altus, ſolidus & non cavus, in pyxidem unciam latam expanditur, coloris extus & intus ſubflavi vel ſubfuſci etiam. Cutis vel ſubſtantia craſſiuſcula, tenera tamen & fragilis. Tum e terra, tum e lignis putridis oritur.

Peziza acetabuliformis, coccinei intus coloris *C. Giſſ.* 194. Fungus caliciformis, vernus, foris ex albo rubens, intus coccineus Dr. *Richards.* Fungus rotundus, ſuperne concavus & tranſlucidus, coloris coccinei *Merret. Pin.* Near the Church at *Hillingdon, Middleſex.*

Pediculo inſidet ſemiunciali & unciali, ſolido, qui ſuperne in pyxidem vel acetabulum ſemiuncialis & uncialis diametri eapanditur, coloris interne elegantiſſimi cremeſini, externe albidi, vel ex albo rubentis. Oræ æquales & leves, neque criſpatæ neque piloſæ ſunt. Lignis ſubputridis plerumque innaſcitur.

Peziza acetabuliformis coccinea marginibus piloſis *C. Giſſ.* 195. Fungus arboreus acetabuli modo cavus, coccineus, marginibus piloſis D. *Sherard*. *Syn. II.* 19. 41.

This is not above half an Inch over: all Scarlet, with black ſtiff Hairs on the Brim. I found it in *June* on rotten Oaks in *Kilwarlin*, near *Hilsborough*, in *Ireland*; Dr. *G. Sherard.*

Fungus membranaceus acetabuli modo cavus, coccineus criſpatus *Doody Syn. II. App.* 340. On dead Wood in *Charlton* Foreſt, *Suſſex.*

Similis eſt Fungo membranaceo ſeu coriaceo, acetabuli modo concavo, colore intus ccccineo ſeu cremeſino D. *Dal.* pediculatus, intus coccineus, lævis, extra pallidus, verum multo major, criſpatus, corrugatus & aliquando laciniatus. *S. Doody.* (Forte ultimo vel penultimo idem, vel ejus ſaltem varietas.

Fungus maximus pileolo pyxidato *Doody Syn. II. App.* 337.

Quem ego vidi pediculum habuit fere ſemipedalem, capitulum quatuor uncias plus minus latum, ſurſum pyxidis inſtar contractum. *Guil. Chaplin* invenit non procul *Cantabrigia*, & refert majores plus ſemipinta continere. Idem inſuper Fungum arboreum aureum nulla ſuperius membrana tectum mihi impertivit, a Fraxino in vivario Regio, *Hyde-park* dicto, decerptum. Poſtea 1695, ipſe eundem obſervavi in eadem arbore apud *Silkſtead* proxime Wintoniam; *S. Doody.*

Peziza tubæ Fallopianæ æmula *C. Giſſ.* 194. Fungus tubæ

bæ Fallopianæ æmulus *Syn. II.* 20. 51. membranaceus argenteo cinereus, cavus, infundibuli expanſione ſinuoſa tubæ extremum ſive florem Daturæ repræſentans *Cat. Alt. Sylv.* Found by Mr. *Vernon* in Mr. *Wingate*'s Wood in *Hertfordſhire.* In St. *James*'s Park, among the dead Leaves of the Limes.

Fungus arboreus pyxidatus coloris intus ferruginei Dr. *Sherard Syn. II.* 19. 47.

Fungus minor calyciformis, vernus, craſſior, nigricans *D. Richards.*

Tertiam unciæ partem longus erat, brevi pediculo, ſuperius calycis inſtar expanſi, naſcens, craſſiuſculus, nigricans, per ſiccitatem ſtriatus, nulla, quantum ex ſiccis ſpeciminibus conſtare poterat, ſemina, ſiquidam ea talia cenſeri debeant, ferens.

Peziza cyathiformis: margine obtuſo erecto. Peziza lutea parva, marginibus levibus. In *Charlton* Wood, Decembri; *Idem.* Pediculo eſt breviſſimo, calice fere plano, leviſſime excavato.

Peziza plana: margine convexo piloſo. Peziza lutea parva marginibus piloſis. Obſerved in *June* in a Lane near *Chicheſter*, South-gate, by Dr. *Dillenius.* Near the Neat-houſes at *Chelſea.*

Fungi Pezizæ Plinii *Col. Ec. I.* 335. ic. & deſcr. *Syn. II.* 17. 23, Fungus noxius 5. ſeu acetabulorum modo cavus, radice carens *C. B. Pin.* 372. *Cup Muſhroom.* This ſprang out of the Clefts of the Ground in that dry Year of the Sickneſs continued in *Cambridge*, 1666. in the Woodridings at *Burwell* in *Lancaſhire*; Dr. *Liſter.* Found alſo in a ſhady Lane near *Belchamp S. Paul*, in *Eſſex*, by Mr. *Dale.* Mr. *Doody* ſhewed me the ſame ſpringing up in his own Garden in the Strand, *London.* It is hollow, reſembling little Cups or Boxes, and holds Water, being of a pale livid Colour.

Peziza ſubfuſca major *C. Giſſ.* 194. Obſerved on Mr. *Du Bois*'s hot Beds at *Mitcham*, and in Mr. *Fairchild*'s Back-Garden. In a Garden at *Weſtbourn-green*, 1755.

Colore erat externe ſordide cinereo, interne ſubfuſco. Calicem vel patellam refert & figura cum ſequenti magis, quam cum præcedenti convenit. Subſtantia fragilis eſt. Dr. *G. Sherard.*

Peziza miniata major *C. Giſſ.* 194. Fungus ſcarlatinus calice amplo, ex Abſynthio marino poſt olei Chymici extractionem projecto in hortum Coll. Med. Lond. & ibidem ſepulto ortus *Merr. Pin.* Fungi Pezizæ ſpecies, oris non commiſſis, ſaturo mali aurantii colore *Raii Hiſt. I.* 106. F. Pezizæ altera ſpecies *Ejuſd. Syn. II.* 17. 24. Ad radices arbo-

rum

rum dejectarum Middletoni agri Warwicenſis in vivario ferarum D. *Franc. Willughby.*

Similis erat membranæ craſſæ aut corio crudo, fragilis tamen, ſaturo Aurantii mali colore. This ſprang from one Point, and ſo dilating turned round almoſt like ſeveral Cups or Funnels, yet were not the Edges joined ſo as to hold Water, like that of *Columna.* This may eaſily be diſtinguiſhed from all others of this kind, in that it is the only Earth-muſhroom I yet know of, that imitates Leaves without any Stem, being all of one ſimilar Subſtance.

Peziza miniata minor *C. Giſſ.* 194. Fungus minimus ſcutellatus coloris aurantii *Syn. II.* 17. 26. Common on old Cow-dung; Dr. *Sherard.* On old Cow-dung in *Hyde-park.*

Fungus membranaceus ſeu coriaceus, acetabuli modo concavus, colore intus coccineo ſeu cremeſino ſaturo *S. Dale Syn. II.* 19. 39. Fungi pernicioſi Gen. 24. Species ſecunda *Cluſ. Hiſt. CCLXXXVII.* Parva concha marina colore coccineo *Sterb.* 242. *T.* 26. *D.* Very common on rotten Sticks in *England* and *Ireland.* Variat colore purpureo; Dr. *Sherard* and Mr. *Dale.* Near *Denham* in *Buckinghamſhire.*

Peziza lenticularis parva miniata. Fungus fimoſus bracteolatus croceus *Petiv. Syn. II. App.* 322. Qui in fimo vaccino tempore autumnali, *Dn. Dandridge* autem in ericeto Hamſtediano ſolo arenoſo obſervavit. A penultima ſpecie differt, quod planus ſit & minime excavatus, ſeminis Lentis minoris figura.

Peziza turbinata cochleata. Fungus membranaceus expanſus *Doody Syn. II. App.* 334. On old Boards near *Iſlington.*

Ejuſdem Subſtantiæ eſt cum Sambucino: verum ille in pyxides corrugatas formatur, hic autem expanditur ad palmarem formam, ſcilicet pro ratione loci ubi creſcit: ubique corrugatus. Oræ univerſæ ſubtus holoſericeæ videntur. In Horto Societatis Pharmaceuticæ Londinenſis; *S. Doody.*

CLAVARIA.

FUNGUS *perpendicularis, ſuperficie unica.*

Indiviſæ.

Clavaria clavæformis ſimpliciſſima. Fungoides clavatum minus *C. Giſſ.* 189. Fungus clavatus *Merr. Pin.* parvus

parvus luteus ad Ophiogloſſoidem nigrum accedens *Syn II.* 16. 13. In vivario Middletoniano D. *Fr. Willughby*, & alibi in paſcuis copioſe D. *Dale* in paſcuis glareoſis circa *Bocking* vicum in Eſſexia obſervavit. (On *Hampſtead* Heath, near the *Spaniard*'s ; Mr. *Dandridge.*) In Paſtures about *Leiceſter*, but not common ; Mr. *Pultney*. Near *Waſhingley*, the Seat of Mr. *Apreece*, in *Huntingtonſhire*.

Fungus clavatus minimus Dr. *Sherard Ray Hiſt. III.* 24. A priori ſpecies diſtincta eſt, ceu quo multo eſt gracilior & aliquanto longior. In ſylvis prope *Badmington* in agro Gloceſtrenſi menſe Octobri copioſe.

Clavaria clavata integerrima: capite ſquamoſa. Fungoides clavatum incurvum in acutum mucronem productum. Fungus digitatus citrinus minor *Merr. Pin.* Colore & ſubſtantia cum penultima ſpecie convenit, differt caule incurvo & inflexo, inque acutum mucronem producto. In ericeto Hamſtediano obſervavit D. *Dandridge.*

Fungus parvus denticulatus *Park.* 1321. *Syn. II.* 17. 22. Small-toothed Muſhroom. I have obſerved in the Paſtures of Warwickſhire, a Muſhroom ſpringing out of dry Horſe-dung, or Cow-dung, which *Parkinſon*'s Figure doth nearly reſemble.

Clavaria clavata integerrima compreſſa obtuſa. Fungus Ophiogloſſoides *Ph. Br.* deſcr. *Merr. Pin.* Ophiogloſſoides niger *Syn. II.* 16. 12. In montoſis pratis agri Weſtmorlandici. On graſſy Ant-hills, in a Cloſe next *Hamplewood* ; Mr. *Stonehouſe* : and at *Comb-park* in the way to *Kingſton* ; *Merr.* Hujus ſpeciem albam & mollem invenit D. *Reynolds* in fodinis prope *Woolwich* ; Mr. *Doody* : On *Rookſhill* near *Goodwood.*

Clavaria ramoſo-cornuta compreſſa. Fungus ramoſus, niger, compreſſus, parvus, apicibus albidis *Syn. II.* 15. 11. An Fungus digitatus niger velut cornua exprimens *J. B.* ? cujus meminit *T. III. L.* 40. *C.* 40. Ligno, præſertim radicibus adnaſcitur. About the Neat-houſes at *Chelſea.*

Durus eſt & tenax, digiti longitudine, ſumma parte velut in cornua diviſus. Pulverulenta quadam materia nigra obducitur, holoſerici nigri inſtar ſplendentis, quæ non facile detergitur ; farina autem alba, qua apices aſpergun-

perguntur, facile detergitur; Dr. *Sherard.* (Variat apicibus, nunc ſimplicibus, nunc plus minuſve diviſis. Apices ejus nunc teretes ſunt, nunc plus minuſve compreſſi; quandoque ſummitates planæ latiuſculæ obſervantur, in plurimos denticulos ſuperius diviſæ, ut galli criſtam belle referant, qualem Dr. *Richardſon* ſub nomine Fungi lignoſi minoris dentati cinerei communicavit.) Near *Denham* in *Buckinghamſhire*, 1748.

Fungus niger ſubularis, apicibus albidis *Doody Syn. II. App.* 333. About the Neat-houſes at *Chelſea.*

In omnibus cum præcedenti convenit, præterquam ſummitate, quæ in illo palmata eſt & digitata, in hoc ſubrotunda & acuta ſubulæ inſtar, ſimplex & aliquando duplex, ab inferiore parte diviſus. D. *Carolus Du Bois* communicavit in horto ſuo apud Mitcham collectum; D. *Dood.* (Nonniſi præcedentis varietas eſt.)

Fungus niger compreſſus, varie divaricatus & implexus inter lignum & corticem *Doody Syn. II. App.* 333.

Subſtantia eadem eſt cum ſuperiore, externe niger, interne albus, vix quadrantem unciæ latus, tenuis, compreſſus. Mirifice quidem inſinuabat ſe inter corticem & lignum Ulmi emortuæ in arboreto *Regio S. Jacobi,* ad pedes minimum duos in longitudinem, neque minus in latitudinem.

Radix perennis eſt cujuſdam agarici. See Account of Muſhroom Stone, *London,* 1758, 8vo.

D. *Bonavert* ex Hibernia attulit Fungum prædicto fere ſimilem, inter ſtipites & folia decidua ſe inſinuantem, ramuli vero ſubrotundi & fragiles nonnunquam coaleſcunt, quod præcedenti etiam commune eſt. Id quod nunquam a me hucuſque obſervatum fuit in alia quacunque planta terreſtri; in pelagicis vero exempla non raro occurrunt; *Doody.*

Fungus tenuis niger ramoſus *Doody Syn. II. App.* 334. Subſtantia priorum eſt: ad palmarem longitudinem excreſcit, ramoſus, craſſitudinis fili emporetici minoris. In cellulis arcuatis Londinenſibus; *Idem.*

Fungus niger minimus ramoſus capillaceus *Ejuſd. Ibid.* Corallinæ affinem ſeu Muſcum marinum, tenui capillo *J. B.* ſimulat. In cella arcuata domus meæ; *Idem.*

Fungoides ramoſum Damæ Cornua referens. On the Block of a Smith's Anvil, in the Haymarket, many ſucceeding Years. Duos pedes altitudine æquat.

Ramoſæ

Ramoſæ.

Clavaria ramoſa lignea nigra. Fugnus Piperi Æthiopico ſimilis, vel digitatus niger *Merr. Pin.* 43. Hypoxylon, excrementum ligni putridi fungoſum, digitatum *Mentz. Pug. T.* 6. *Syn. II.* 19. 43. Lythophyton terreſtre digitatum nigrum *Comm. Ac. R. Sc. An.* 1711. Colore eſt nigricante. Found by Mr. *Dale*, and by Dr. *Sherard*, on old Planks in *England.* On old Pales near *Ely.*

Fungoides humile ex albo liveſcens, apicibus tenuiſſime crenatis. Obſerved by Mr. *Wilmer* growing out of rotten Boards in *November* and *December.*

E cruſta plana, lævi & fungoſa, varia oriuntur tubercula, quæ mox magnitudine aucta ad culmi & duorum culmorum altitudinem extenduntur, & velut totidem cauliculi vel columellæ apparent, nunc ſolitariæ, nunc plures juxta ſe poſitæ, vel connatæ etiam, non ramoſæ, nunc tenuiores, nunc craſſiores, apicibus terminatæ obtuſis & tenuiſſimis crenis diviſis. Tam cruſta, quam ſtyli obſoleti, & ex albo liveſcentis coloris ſunt. *Vid. Tab.* 1. *Fig.* 4.

Clavaria ramis confertis ramoſiſſimis inæqualibus. Fungus ramoſus flavus & albidus *J. B. III.* 837. ramoſus & Imperati *C. B. Pin.* 371. 29. Barba caprina *Sterb. p.* 96, 97, 98. *T.* 11. *C. D.* Corolloides flava & albida *Inſt. R. H.* 564. *T.* 332. *B.* In ericetis quibuſdam obſervavit D. *Willughby.* (At Fulham Town's-end, in the way to *Hammerſmith*; *Merr. Pin.*)

Fungoides ramoſum maximum, Braſſicæ caulifloræ facie & magnitudine D. *Richards.* Florum faſciculus *Sterb. Th. p.* 269. *n.* 130. *T.* 28. *A.*

A pediculo brevi craſſo in multos dividitur ramulos, qui in capitula rotunda irregularia deſinunt, in ſummitate conjuncta & in glomerulos & viridi luteſcentes, Braſſicæ caulifloræ ſimiles terminata. Nonnulli duos treſve libras pendent. I obſerved ſeveral of theſe 1703 (and only that Year) in a Meadow nigh my Houſe, they were full grown; Dr. *Richardſon.*

Fungus ramoſus minor, colore ſordide flavicante, *Syn. II.* 15. 7. Obſerved and communicated to me by Mr. *Dale.* On old Pales near *Peterborough.*

Altitudinem palmarem vix aſſequitur, inque ramulos crebros ab imo ſtatim dividitur & ſubdivitur, non ſemper dichotoma

toma diviſione, nam rami plerumque lateſcunt, & plures emittunt ramulos: ſummi tamen ſurculi perſæpe biſurci ſunt.

Clavaria ramis confertis ramoſiſſimis faſtigiatis obtuſis luteis. Fungoides coralliforme luteum fœtidum & minus ramoſum *Cat. Giſſ.* 191. quod in Angliæ paſcuis ſub autumnum etiam naſcitur, & collatum cum Fungo parvo luteo ramoſo D. *Sherard* diverſum agnoſcit Auctor.

Clavaria ramis ramoſis acuminatis inæqualibus luteis. Fungus parvus luteus ramoſus D. Sherard. *Syn. II.* 15. 8. It is not above an Inch high, common in the Paſtures in *Leiceſterſhire.* (On *Dartmouth* Heath; Mr. *Doody.*) In Paſtures about *Loughborough* in *Leiceſterſhire*; Mr. *Pultney.*

Fungus ramoſus minimus coloris aurantii D. Sherard *Syn. II.* 15. 9. On the Bark of Beech, very common in *England.*

Fungus ramoſus candidiſſimus ceranoides, ſeu digitatus minimus *D. Plot. Hiſt. Nat. Stafford. Cap.* 6. §. 3. *p.* 200. *T.* 14. *f.* 2. *Syn.* 2. 15. 10.

Ad hunc proxime accedit, ſi non prorſus idem ſit, Fungus digitatus candidiſſimus a nobis obſervatus & deſcriptus *Hiſt. I. p.* 104. figuræ Fungi digitati *Park. p.* 1318. reſpondens. In paſcuis Autumno.

Fungus gelatinus dentatus, Sabinæ adnaſcens, fulvi coloris *Doody Syn. II. App.* 336. In horto Societatis Pharmaceuticæ Londinenſis.

Fungoides quercinum peltatum nigrum *C. Giſſ.* 190. Fungus quercinus niger *Syn. II.* 18. 36. Caudicibus & ramis Quercuum dejectarum adnaſcitur.

Fungus fraxineus niger, durus, orbiculatus *Syn. II.* 18. 35. Fraxinis marceſcentibus & tabidis adnaſcitur & quidem ſolis, quod hactenus obſervavimus. Vide deſcriptionem *Hiſt. noſtr. I.* 109.

Fungus rotundus planus ligno putrido adnaſcens gelatinæ inſtar Dr. *Sherard Syn. II.* 19. 45. On an Oak near *Paddington.*

Fungus ſpongioſus maximus aqueus, e Fraxinorum truncis exſudans *Syn. II.* 19. 44. Obſerved at *Rocliff* near *York*, and in *Surry* by Dr. *Tancr. Robinſon.* (An hujus proprie loci ſit dubium eſt; videtur potius ad Agarici genus pertinere.)

LYCO-

LYCOPERDON.

FUNGUS *ſubrotundus, Seminibus farinaceis inpalpabilibus repletus, ab apice dehiſcens.*

Solida, ſubterranea abſque radice.

Lycoperdon ſolidum muricatum, radice deſtitutum. Tubera *J. B. III.* 849. *C. B. Pin.* 376. 1. terræ *Ger.* 1385. terræ edulia *Park.* 1319. *Trubs or Trufles.* Diſcovered at *Ruſhton* in *Northamptonſhire*, by that learned Phyſician D. *Hatton* of *Harborough* in *Leiceſterſhire.* Vid. *Philoſoph. Tranſact. n.* 202. *p.* 824.

Dantur minima nucis magnitudine, coloris purpurei, in *Hampton-court* Park; *Merr. Pin.* 42. it. Tubera terræ majora fimbriata caliciformia, from *Lancaſhire.* Idem. p. 122.

Lycoperdon ſolidiuſculum centro farinifero, radice deſtitutum. Tubera perniciosa terreſtria ſeu cervina *Sterb. p.* 315. *T.* 32. *B. B. B.* cervina *C. B. Pin.* 376. 2. *Park.* 1319, 1320. Tuberum genus, quibuſdam Cervi Boletus *J. B. III.* 851.

Ad Lupi crepitum referenda videtur hæc Species; quamvis enim iſtius inſtar ſe non aperiat, pulvere tamen ſimili repletur. In *Canewood* prope *Highgate* Octobri; Dr. *Dillenius.* In *Charlton* Foreſt, *Suſſex.*

Huic idem videtur:

Fungus diſciformis tuberis ſpecie *Merr. Pin.* Betwixt *Highgate* and *Hampſtead*, in the Valley, and on the Downs of *Suſſex* and *Surrey.*

Pulverulenta, radicata ſupra terram.

Lycoperdon ſubrotundum: lacerato dehiſcens. Fungus maximus rotundus pulverulentus, dictus Germanis Bofiſt *J. B III.* 848. cucurbitiformis, magnitudine capitis humani & ponderoſus; candiduſque inſtar nivis *Merr. Pin.* Fungi rotundi orbicularis 2. Species *C. B Pin.* 371. 42. F. noxiorum 26. generis 2. Species Cluſ. *Sterb.* 270. *T.* 28. *C.* In pinguioribus paſcuis & ad fimeta.

Caput humanum magnitudine interdum æquat: ima ejus pars ſubſtantia conſtat cohærente, ſed rara, Fungorum eorum inſtar, quos excipiendis ſilice chalybeque excuſſis ſcintillis præparatos vendunt. Hæc ſubſtantia vulneribus, ubi ſiccata fuit, imponi ſolet pro ſanguinis fluxu cohibendo.

Fungus pulverulentus cute membranacea, ſubſtantia intus ſpongioſa, pediculo brevi craſſiore in oras fere ducto *D. Plot. Hiſt. Nat. Stafford. Cap.* 6. §. 4. *p.* 200. *T.* 14. *f.* 3. *Syn. II.* 17. 20. Obſerved by Mr. *Walter Aſhmore* of *Tamworth*, near *Pakington*, and in *Alrewas Hays*, near the deep Spring, by *Fran. Wolferſton*, Eſq; In *Hornſey* Wood, 1743.

Fungus pulverulentus compreſſus pediculatus, cortice craſſiore *Dood. Syn. II. App.* 333.

Eſt illi pediculus breviſſimus, vix ſemiunciam longus. Latitudo craſſitiem ſuperat: cortex non lævis, craſſus & tenax: per totum pulvere refertus; *S. Dood.*

Fungus pyriformis *Merr. Pin.* lupinus pyriformis cineraceus *Bocc. Muſ. P. I. T.* 301. *f.* 7. In old Paſtures not far from *Yarmouth*, on the North of the Iſle of *Wight*. On *Rookſhill*, near *Goodwood*.

Fungus pulverulentus, Crepitus Lupi dictus major, pediculo longiore ventricoſo Dr. *Sherard Syn. II.* 16. 16. In ſeveral Places of the North of *Ireland*: as in Sir *Arthur Rawdon*'s Orchard in the County of *Down* at *Moyra*. Deſcriptionem vid. *Hiſt. III.* 19.

Fungus pulverulentus, Crepitus Lupi dictus, pediculo longiori ſcabro Dr. *Sherard Syn. II.* 16. 17. Found under the Pine Trees in *Warings Town*, in the County of *Down* in *Ireland*. Recens veſtibus adhæreſcit.

Crepitus Lupi ſive Fungus ovatus *Park.* 1323. Fungus pulverulentus dictus Crepitus Lupi *J. B. III.* 848. rotundus orbicularis *C. B. Pin.* 374. 42. tertius ſeu orbicularis *Ger.* 1385. F. noxiorum 26. Generis 1. Species *Cluſ. Sterb. p.* 273. *T.* 29. *F. Puff-balls, duſty Muſhrooms, Bull-fiſts.* In paſcuis ubique fere Autumno invenitur.

Fungus orbicularis per totum pulvere repletus *Dood. Syn. II. App.* 333.

Fungus Lupi crepitus dictus in ſummitate ſolum pulverulentus *Ejuſd. ibid.* Fungus ſemiorbicularis niger *Dodon. Pempt.* 485. *Syn. II.* 19. 46. niger calycis figuram referens *C. B. Pin.* 375. 44. calyciformis magnus ex genere Crepitus Lupi *Mentz. Pug.* 10. Semiplanus Crepitus

pitus Lupi *Sterb.* 274. *T.* 29. *G.* In Paſtures near *Highgate.*

Uterque a *Doodio* obſervatus, & poſterior quidem viſus ipſi fuit vulgatiſſimus, ab Auctoribus rei Herbariæ paſſim deſcriptus.

Lycoperdon volva multifida patente, capitulo glabro: ore acuminato dentato. Fungus pulverulentus, Crepitus Lupi dictus, coronatus & inferne ſtellatus *Syn. II.* 16. 19. In the ſandy Ground, near the Shore, on the Eaſt Side of *Jerſey* Iſland; Dr. *Sherard.* (On a Bog in the Warren near *Charlton* in *Kent*; Mr. *Rand.*)

Perelegans ſane Fungi Species eſt. (Calix tenerior eſt quam ſequentis, veſica autem ſuperius in collum breve contrahitur, & per maturitatem in tenuiſſimas lacinias diviſa rumpitur, qua nota a ſequenti abunde diſtinguitur. Vid. Fig. 1. Tab. I. ubi figura ſuperiore *a.* cum volva ſtellata & veſica nondum aperta inferiore autem *b.* abſque volva cum veſica diſrupta exhibetur.)

Fungus pulverulentus coli inſtar perforatus, cum volva ſtellata *Doody Syn. II. App.* 340. ſtelliformis *Merr. Pin.* Lycoperdon veſicarium ſtellatum *Inſt. R. H.* 564. *T.* 331. *fig. G. H.*

Per maturitatem diſcinditur in plures partes & humi ſtratus ſtellam repræſentat, in cujus centro ipſe Fungus orbiculatus, variis foraminibus pertuſus, e quibus pulvis exſilit. This elegant Fungus I found this *September*, 1695. in the Lane that leads from *Crayford* to *Bexley* Common, in *Kent*; *S. Doody.* At *Hampton-court*, below the Houſe, near King *Henry*'s Gate; *Merr.*

Lycoperdon ſtipite longo, capitulo globoſo glabro: ore cylindrico integerrimo. Fungus pulverulentus minimus, pediculo longo inſidens *Syn. II.* 16. 18. Lycoperdon Pariſienſe minimum pediculo donatum *Inſt. R. H.* 563. *T.* 331. *Fig. E. F.* In agris circa Londinum; Dr. *Robinſon.*

MUCOR.

FUNGUS *veſicula ſubrotunda, in qua Semina numeroſa, affixa receptaculis criniformibus.*

Mucor ſtipitatus, ſpicis digitatis. Fungi ex putreſcentibus carnibus &c. enati plurimorum generum, Anglice Mouldineſs *Merr. Pin.* Hos Fungos detexit ſagaciſſimus

vir D. *Hook* in ſuo ſingulari libro micrographico, ibidemque belle depinxit.

Fungi parvi globoſi, ex ungue equino putreſcente enati. Capitula præcedentis inſtar uniformia habebat, verum ea majora multo erant, pediculi vero breviores & modice craſſi. Capitula cæterum duriuſcula erant, coloris ex livido rubeſcentis, pediculi vere albeſcebant. Figuram vid. Tab. I. Fig. 3. Obſervavit D. *Wilmer* Decembri menſe. On an old Horſe's Hoof on *Hampſtead* Heath. Accedit plurimum ad Fungulos incarnati coloris minutos Muſco innatos *Mentz.*

Fungus bombycinus murini coloris, e fimo felino, tenuiſſimis capillis, *Pluk. Alm.* 16. *D. Doody* & *D. Gidley* obſervavere.

Fungus fimoſus, niveus, ramoſiſſimus, mollis *Pet. Syn. II.* 322. Tender-branched Cats-dung Muſhroom. Found in Cellars on Cats-dung in Autumn; *Petiver.*

Omitted at Page 415.

Verbeſina minima *Cat. Giſſ.* 167. & *App.* 66. Eupatorium cannabinum palmare & anguſtifolium *Merr.* In *Surrey* near to *Somerſet-bridge*, in the Fiſh-pond upon the Moor. Vid. Tab. VII. F. 2. lit. *a.* ſemen cum floſculo.

Omitted at Page 618.

Byſſus tenerrime villoſa & elegantiſſime ramificata. Ex baſi latiuſcula mucida & villoſa oriebantur variæ ramificationes tam in longum, quam in latum præcipue ſparſæ, in minores alias elegantiſſime diviſæ & ſubdiviſæ, quæ ubi ad extremitates ventum erat, nunc in capillaceas fibras, nunc & plerumque in latiuſculas expanſiones abſque numero & figura certa terminabantur, in eo vero omnes conveniebant, ut vegetationis principium aliquod & naturæ velut plantas efformare addiſcentis ingenium demonſtrarent; nam tota iſta efformatio expanſionem vegetativam ac dendroiden præcipue luculenter repreſentabat. Subſtantia erat mucido-villoſa, color ex albo liveſcens. Trabi abietinæ in cella quadam innatam hanc ſpeciem e Muſæo ſuo Naturalium ampliſſimo communicavit D. *Hans Sloane*, Angl. Bar. Coll. Med. Lond. Præſes. Vid. Tab. XXIII.

INDEX.

INDEX.

A	Page
ABIES	490
Abrotanum	417
Abſynthium	418
Acanthium	413
Acer	517
Acetoſa	194, 195
Achillæa	438
Acinos	304
Aconitum	267
Acorus	183
Acroſticum	525
Actæa	267
Adiantum	525
Adiantum n.	529
Adiantum a.	531
Adiantum v.	536
Adiant. petræum	536
Adiant. alb.	544
Adianti fil.	622
Adonis	279
Adoxa	213
Ægopodium	161
Æthuſa	153
Agaricus	629
Agaricus	642, 643
Agrifolium	85
Agrimonia	243
Agroſtema	237
Agroſtis	40
Ajuga	288
Aira	42

	Page
Alchemilla	82
Alcyonium	621
Alga	464
Alga mar.	597
Algæ	571
Algæ pom.	621
Aliſma	197
Alliaria	339
Allium	175
Alnus	479
Alnus nigra	116
Alopecurus	42
Alſine	232
Aloe paluſtr.	276
Alopecurus	59
Alſinanthemos	199
Alſinaſtrum	214
Alſine f. s. a.	320
Alſine hirſuta	239
Alſine ſperg.	241
Alſine alt.	230
Alſine marin.	231
Alſine polygon.	84
Alſine ceut.	80
Alſine baccif.	226
Alſine parv. pal.	69
Alſine	165
Alſinella	90
Althæa	356
Amomum	148

	Page
Anacampſeros	505
Anacampſeros	234
Anagallis	103
Anagallis	102
Anagallis rot.	108
Anblatum	314
Anchuſa	93
Andromeda	216
Anemone	277
Anethum	158
Angelica	146
Anonis	363
Anthemis	435
Anthericum	179
Anthoceros	579
Anthoxanthum	22
Anthyllis	364
Anthyllis	190
Anthyllis mar.	231
Antirrhinum, 315 316, &c.	
Aparine	76
Aparine maj.	96.
Aphaca	367
Aphanes	83
Aphyllum	314
Apium	161
Apium ſcot.	145
Aponogeton	466
Aquifolium	85
Aquilegia	275
Arabis	341
Aracus	370
Arbutus	217
Arctium	407
Arenaria	231
Arenaria	241
Argemone	270
Argentina	262
Aria theoph.	251
Armeria	224
Armerius	237
Artemiſia	417, 419

	Page
Arum	463
Arundo	60
Aſarum	242
Aſcyron	387
Aſparagus	180
Aſperugo	96
Aſperula	73
Aſplenium	527
Aſter	429
Aſter flav.	431
Aſtragalus	366
Aſtragalus	377
Athamanta	141
Atriplex	514
Atriplex	124, &c.
Atropa	113
Avena	57, &c.
B	
Baccharis	423
Ballota	301
Balſamine	448
Barbarea	339
Bardana	407
Bartſia	309
Been album	227
Belladonna	113
Bellis	432
Bellis major	433
Berberis	189
Beta	127
Betonica	291
Betonica aq.	319
Betula	478
Bidens	415
Bifolium	458
Biſtorta	208
Blattaria	111
Blitum	123
Boletus	640 to 645
Bonus henricus	123
Borago	96
Braſſica	342, 343

Page
Braſſica 348
Briza 48
Bromus 53
Brunella 309
Bryonia alb. 491
Bryonia nigr. 503
Bryum roſ. 547
Bryum 545 to 553
Bryum 553 to 560
Bufonia 84
Bugloſſa 97
Bugloſſum 93
Bugloſſum lut. 392
Bugula 288
Bulbocaſtanum 139
Bulbocodium 174
Bunias 347
Bunium 139
Buphthalmum 437
Bupleurum 134
Burſa mar. 621
Burſa paſtoris 324, 344, 332, 328
Butomus 215
Buxus 479
Byſſus 617

C

Cakile 347
Calamintha 307
Calamus arom. 183
Calcitrapa 441
Calceolus mariæ 462
Callitriche 13
Caltha 286
Camelina 339
Campanula 105
Cannabis 501
Capillus ven. 536
Caprifolium 109
Cardamine 333
Cardiaca 303
Carduus 409, 410
Carduus ſolſt. 441

Page
Carex 469
Carlina 414
Carpinus 488
Carthamus 414
Carui 159
Carum 159
Caryophyllata 264
Caryophyllata m. 266
Caryophyllus 224
Caryophyll. h. 339
Caryophyll. hol. 230
Caryophyll. mar. 167
Caſſida 308
Caſtanea 487
Catanance 367
Caucalis 136
Cauda muris 172
Centaurea 439
Centaur. lut. 131
Centaur. min. 130
Centunculus 80
Ceraſtium 239
Ceraſus 249
Ceratophyllum 481
Cerefolium 154
Ceterach 528
Chamæciſtus 274
Chamædrys 290
Chamæfilix 529
Chamæmelum 434, 435
Chamænerion 201
Chamæpitys 289
Chamærubus 260
Chærophyllum 155
Chamæmorus 260
Chamæpericlymenum 82
Chanterelle 629
Chara 593
Cheiranthus 340
Chelidonium 268
Chenopodium 123
Chondrilla 396

	Page
Chriſtophoriana	267
Chryſanthemum	432
Chryſoſplenium	219
Cichoreum	406
Cicuta	140
Cicuta aq.	152
Cicutaria	153, 155
Cicutaria	151
Circæa	14
Cirſium	409
Ciſtus	216
Ciſtus	273
Clavaria	652
Clematis	277
Clematis daphn.	12
Clinopodium	303
Cochlearia	329
Colchicum	196
Comarum	266
Conferva	612 to 617
Conium	140
Conſolida m.	288
Conſolida maj.	95
Convallaria	181
Convolvulus	104
Convolvulus nig.	212
Conyza	423, 424, 428
Conyza	431
Conyza pal.	442
Corallinæ	624 to 629
Corallium	623
Coralloides	655
Coriandrum	153
Coronopus ruell.	330
Cornus	81
Coronopus	79
Corrigiola	119
Corylus	488
Cotula	436
Cotyledon aq.	133
Cotyledon	233
Cracca	379

	Page
Cracca	373
Crambe	348
Crategus	251
Crateogonum	313
Crepis	403
Criſtagalli	311
Crithmum	144
Crithmum chr.	431
Crithmum ſpin.	135
Crocus	25
Cruciata	513
Cucubalus	226
Cuſcuta	84
Cyanus	439
Cymbalaria	316
Cynocrambe	505
Cynogloſſum	94
Cynoſurus	49
Cyperus	27
Cyperus	28
Cyperus	33
Cypripedium	462

D

DActylis	49
Damaſonium	198
Daphne	207
Datura	111
Daucus	138
Delphinium	275
Dens leonis	398
Dentaria	332
Dentaria	314
Dianthus	224
Diapenſia	134
Digitalis	319
Dipſacus	71
Draba	324
Droſera	171
Dryas	265
Dryopteris	529
Dulcamara	114

E

E	Page
EBulus	163
Echinophora	135
Echium	98
Echium ſcorp.	91
Eglantina	256
Eleagnus	497
Elaphoboſcum	156
Elatine	214
Elatine	316
Elleborine	460
Elleborus	285
Elvela	648
Elymus	63
Empetrum	498
Enula campana	431
Epilobium	200
Equiſetum	519
Equiſetum	594
Eranthemum	279
Erica	205, 216
Erica baccif.	498
Erigeron	423
Eriophorum	34
Eruca aquat.	336
Eruca	337, 344, 338
Eruca	347
Ervum	367
Ervum	372
Eryngium	132
Eryſimum	337, 338
Eſchara	622
Eupatorium	416
Euonymus	116
Euphorbia	245
Euphraſia lut.	310
Euphraſia	311
F	
FAba	372
Fagopyrum	212
Fagus	486
Ferrum equin.	376
Feſtuca	51

	Page
Feſtuca av.	53
Filago	442
Filipendula	255
Filipendul. aq.	149
Filix florida	523
Filicula	525
Filix ſaxat.	525
Filix fæm.	526
Filix	522 to 535
Filix mas	534
Fœniculum	158
Flos adonis	279
Flos cuculi	238
Fœnugræcum	379
Fontinalis	543
Frægaria	261
Frangula	116
Frankenia	190
Fraxinus bub.	253
Fraxinus	518
Fucus	597 to 610
Fucus	610
Fumaria	358
Fungus clavat.	653
Fungus ophioglosſoides	653
Fungus	629 to 656
Fungus phalloides	647
Fungus merulius	646
G	
GAle	500
Galeopſis	300
Galeopſis	298
Gallium	74
Geniſtella	362
Geniſta ſp.	373
Geniſta	361
Geniſta	362
Gentiana	130
Gentiana c.	223
Geranium	349 to 355
Geum	220
Geum	264

Gla-

	Page
Gladiolus	444
Gladiolus	215
Glaſtum	347
Glaux	120
Glaux	378
Glecoma	296
Glycyrrhiza	374
Gnaphalium	420
Gnaphal. mar.	442
Gnawel	222
Gramen	35, &c.
Gr. typhinum	36
Gr. dactylon	38
Gr. myoſuroides	39
Gr. miliaceum	40
Gr. pratenſe	46
Gr. tremulum	48
Gr. aſperum	49
Gr. criſtatum	49
Gr. murorum	52
Gr. ſparteum pen.	56
Gr. avenaceum	57, &c.
Gr. arundinaceam	60
Gr. loliaceum	61
Gr. canin. mar.	63
Gr. ſecalin.	64
Gr. hordeac.	65
Gr. canin.	69
Gramen parnaſſ.	166
Gramen junceum	186
Gr. luzulæ	188
Gr. ſylvatic.	188
Gr. leucanthem.	230
Gr. cyperoides	470, 478
Gr. miliaceum	511
Gr. piper.	537
Gramini folia	537
Groſſularia	117
H	
HAlimus	514
Hedera	118
Hedera terreſtris	296
Hedyſarum	377
Helianthemum	274
Helleboraſter	285
Helleborine	460
Helenium	430
Helleborus	285
Helxine	212
Heracleum	144
Herba gerardi	162
Herba paris	212
Herniaria	122
Heſperis	339, 340
Hieracium	399 to 405
Hieracium	393, 394
Hippocrepis	376
Hippophae	499
Hippoſelinum	157
Hippuris	12
Holcus	511
Holoſteum	187
Holoſteum	80
Holoſteum	230
Hordeum	65
Horminum	21
Hottonia	102
Humulus	501
Hyacinthus	179
Hyacinthus	183
Hydnum	646
Hydroceratophyllon	482
Hydrocharis	506
Hydrocotyle	133
Hyoſciamus	112
Hyoſeris	404
Hypericum	387
Hypnum	560 to 570
Hypochæris	405
Hypopitys	216
J	
JAcea	439
Jacobæa	442
Jacobæa	427

Ja-

	Page
Jaſione	443
Iberis	331
Ilex	85
Illecebrum	119
Impatiens	418
Inula	430
Iris	25
Iſatis	347
Iſoetes	537
Inglaus	485
Juncellus	30
Juncus	29
Juncus	184
Juncus floridus	214
Jungermania	571 to 576
Juniperus	508
K	
KAli	11
Kali minus alb.	127
Kali ſpin.	128
Keratophyton	623
L	
LActuca	396, 397
Lactuca mar.	611
Lagopus	380
Lamium	297, 300
Lamium cannab.	299
Lampſana	406
Lantana	162
Lapathum	191
Lapſana	406
Lappa	407
Lappa min.	482
Lathræa	313
Lathyrus	361
Laureola	207
Ledum	216
Lemna	467
Lenticula	467
Lens	372
Lens paluſtr.	467
Lentibularia	19
Leontodon	397
Leonurus	303
Lepidium	326
Leucanthemum	230
Leucanthem.	432
Leucoium	324, 340
Lichen	576
Lichen	580, 610
Lichen	577
Lichenaſtrum	577, 579
Lichenaſtrum	572 to 576
Lichenoides	580 to 593
Liguſticum	145
Liguſtrum	14
Lilium convall.	181
Limnopeuce	12
Limodorum	45
Limonium	167
Limoſella	320
Linaria lut.	317
Linaria	316
Linaria adult.	121
Linum	168
Lithoſpermum	92
Lithophyton	623
Lobelia	444
Lolium	61
Lonchitis	535
Lonchitis aſp.	523
Lonicera	109
Lotus	384
Lujula	236
Lunaria	325
Lupulus	501
Luteola	244
Lychnis	237
Lychnis	228
Lychnis ſeg.	237
Lychnis	227
Lychnis ſ.	223
Lychnis eric. fac.	190
Lycopſis	98

	Page
Lycoperdon	657
Lycopſis	97
Lycopodium	538
Lycopus	21
Lyſimachia gal.	308
Lyſimachia	102
Lyſimachia	201
Lyſimach. ſp.	243
Lythrum	243
M	
MAlva	357
Malus	255
Marchantia	576
Marrubium	302
Marrubium aq.	21
Marrubium n.	301
Matricaria	434
Medicago	385
Melampyrum	312
Melica	44
Melilotus	379
Meliſſa	306
Melyſſophyllum	308
Melittis	307
Mentha	292, &c.
Mentha cataria	291
Mentaſtrum	292
Menyanthes	101
Mercurialis	123
Mercurialis	505
Merulius f.	647
Meſpilus	251
Meſpilus	254
Meum	141
Millefolium	482
Millegrana min.	168
Millegrana	122
Militaris	276
Milium	40
Millefolium	438
Millepora	622
Mnium	545 to 553

	Page
Mollugo	75
Monorchis	459
Monotropa	215
Montia	69
Morſus ranæ	506
Moſchatellina	213
Muſci	538 to 596
Muſc. ſabin. f.	541
Muſc. polyſperm.	540
Muſc. paluſtr.	541
Muſc. aquat.	543
Muſc. filic.	564
Muſc. pyxidatus	587
Muſc. cornic.	588
Muſc. ramoſ.	590
Muſc. arbor.	592
Muſc. mar.	604
Myagrum	323, 339
Myoſotis	91
Myoſurus	172
Myrica	500
Myriophyllum	482
N	
NApus	342
Narciſſus	174
Nardus	35
Naſturtium	326
Naſturtium	331, 333
Nepeta	290
Niduſvis	454, 457
Noli me tang.	448
Nummularia	102
Nux avellana	488
Nux juglans	485
Nymphæa	271
Nymphæa m.	507
Nymphæa fimbr.	101
O	
OEnanthe	149
Onagra	201
Onobrychis	378
Onopordum	413

Ono-

	Page
Ononis	363
Onopteris	529
Origanum	304
Ornithopodium	375
Ornithopus	375
Ornus	253
Orobanche	321
Orobanche	216
Orobus	375
Orobus	366
Oſmunda	523
Ophiogloſſum	522
Ophris	457
Opulus	162
Orchis	450
Orchis myodes	459
Orchis fuciflor.	459
Ornithogalum	177
Oſtrya	488
Othonna	441
Oxalis	195
Oxalis	236
Oxycantha	189
Oxycoccus	204
Oxys	236
P	
PAlma chriſti	453
Panicum	37
Papaver	268
Papaver cornic.	268
Paralyſis	99
Parietaria	513
Paris	212
Parnaſſia	166
Paronychia	324
Paſtinacha	156
Paſtinacha	139
Pecten veneris	154
Pedicularis	314
Pedicularis	311
Pentaphylloides	172
Pentaphylloides	262, 266

	Page
Pentapterophyllon	483
Pentaphyllum	263, 266
Peplis	191
Perfoliata	134
Periclymenum	109
Percepier	83
Perſicar. ſil.	448
Perſicaria	209
Pervinca	121
Pes cati	420
Petaſites	425
Peziza	648
Peziza	595
Peucedanum	141
Phalangium	179
Phalaris	36
Phallus	646
Phaſcum	542
Phellandrium	151
Phleum	38
Phyllitis	527
Phyteuma	108
Picea	490
Picris	393
Piloſella	400
Piloſella ſil.	341
Pilularia	537
Pimpinella	484
Pimpinella ſaxifr.	159
Pimpinella	81
Pinguicula	18
Pinus	489
Piperitis	326
Piſum	365
Plantaginella	321
Plantago	77
Plantago aq.	197
Poa	45
Podagraria	162
Polemonium	105
Polygala	360
Polygala	120

	Page
Polygonatum	182
Polygonum	222
Polygonum	208, 211
Polygonum gr. f.	84
Polygonum	120
Polygon. hern.	122
Polypodium	532
Polytrichum	544, 554
Populago	286
Populus	503
Portula	191
Portula exig.	70
Portulaca mar.	514
Potomogeton	86
Potam. umbell.	89
Potentilla	261
Poterium	484
Prenanthes	397
Primula	99
Prunella	309
Prunus	249
Pſeudo aſphodelus	179
Pſeudomyagrum	323
Pſeudonarciſſus	174
Pſeudo orchis	456
Pteris	526
Pulegium	295
Pulmonaria	401
Pulmonaria	95
Pulſatilla	277
Pyrola als. fl.	199
Pyrola	218
Pyrus	254
Q	
Quercus	485
R	
Ranunculus n.	277
Ranunculus	280
Ranunc. glob.	285
Raphanus	345
Raphanus ruſt.	331
Raphanus aq.	336
Rapiſtrum	336
Rapiſtrum	345, 346
Rapum	343
Rapum gen.	321
Rapunculus	443
Rapunculus	106
Rapunculus cornic.	108
Reſeda	244
Reticulum m.	622
Rhamnoides	499
Rhamnus	115
Rhinanthus	310
Rhodia radix	505
Rhodiola	504
Ribes	117
Riccia	577
Rorella	171
Roſa	256
Roſmarinum	216
Roſolis	171
Rubeola	73
Rubia	77
Rubia cynan.	74
Rubus	258
Rubus Idæus	258
Rumex	191
Ruppia	89
Ruſcus	509
Ruta muraria	531
S	
Sabina	509
Sagina	90
Sagitta aquat.	483
Sagittaria	483
Salicaria	243
Salicornia	11
Salix	493 to 497
Salſola	128
Salvia	21
Sambucus	163
Sambucus aq.	162

Sa-

	Page
Samolus	108
Sanguiſorba	81
Sanguiſorba	484
Sanicula	220
Sanicula	133
Sanicula Ebor.	18
Saponaria	223
Satyrrium	455
Saxifraga	90
Saxifraga	219
Saxifraga aur.	219
Scabioſa	72
Scabioſa	443
Schænus	27
Scirpus	29, &c.
Scandix	154
Scilla	178
Scleranthus	222
Scorodonia	289
Scordium	289
Scrophularia	318
Scutellaria	308
Secale	64
Sedum	220
Sedum	234
Selago	540
Selaginoides	539
Senecio	426
Serapias	460
Seſeli pratenſe	143
Sherardia	73
Sempervivum	235
Serpyllum	305
Serratula	409
Sibbaldia	172
Sibthorpia	320
Sideritis	297, 299
Sideritis a.	301
Silene	228
Sinapis	344
Siſon	148
Siſymbrium	293
Siſymbrii ſp.	334, 336
Sium	147, 148
Smyrnium	157
Solanum	114
Solanum lethale	113
Solidago	429
Soldanella	104
Sonchus	394
Sophia chir.	337
Sorbus	253
Sorbus torm.	252
Sparganium	468
Spartium	361
Spartum	35
Specùlum ven.	107
Spergula	232
Spergula	240
Sphagnum	554
Sphagnum	541, 542
Sphæra mar.	622
Sphondylium	144
Spina cervina	115
Spiræa	255
Splachnum	544
Spongia	619
Stachys	300
Staphylæa	164
Staphylodèndum	164
Statice	167
Stellaria	230
Stellaria	13
Stipa	56
Stramonium	111
Stratiotes	276
Stratiotes	506
Subularia	538
Subularia	324
Symphytum	95
T	
TAmus	502
Tanacetum	416
Targionia	577

	Page
Taxus	509
Telephium	234
Teucrium	289
Thlaſpi	327
Thymus	305
Tithymalus	245, &c.
Thalictrum	278
Theſium	121
Tilia	272
Tordylium	135
Tormentilla	264
Trachelium	107
Tragopogon	392
Tragorchis	455
Tremella	595
Trientalis	199
Trifolium	378 to 387
Trifolium paluſtr.	101
Triglochin	195
Trichomanes	529
Trichomanes	536
Triorchis	457
Trifol. acetoſ.	236
Triticum	67
Trollius	285
Turritis	341, 342
Tuſſilago	425
Typha	468

V

VAccinium	202
Valantia	513
Valeriana	23

	Page
Valeriana gr.	105
Verbaſcum	110
Verbaſculum	100
Verbena	20
Vermicularis fr.	124
Veronica	15, &c.
Viburnum	162
Vicia	369
Vinca	121
Viola	445, 447
Viola aquat.	102
Viorna	277
Virga aurea	428, 429
Viſcum	499
Vitis idæa	203
Ulex	373
Ulmaria	256
Ulmus	129
Ulva	610
Ulva	595
Umbilicus ven.	233
Urtica	480
Uſnea	592
Utricularia	19
Vulneraria	364

X

XAnthium	481
Xyris	25

Z

ZAnnichellia	466
Zoſtera	464

FINIS.